

AA0004049128



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



REESE LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received *Mar. 27* 1893.

Accessions No. *50810* Class No. *V24*

PA
6105
V24

v.138 Valpy -
Delphin classics.

**Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles**

Form L 1

PA
6105
V24
v.138

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

VOL. IX:

UNIV. OF CALIFORNIA
SOUTHERN BRANCH

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

75959

VOLUMEN NONUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.



UNIVERSITY OF CALIFORNIA
SOUTHERN BRANCH
LOS ANGELES, CALIFORNIA

THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

1000 UNIVERSITY AVENUE, LOS ANGELES, CALIF. 90024

TEL. 213-747-1511

TELETYPE 213-747-1511

INTERNET ACCESS: WWW.LIBRARY.UCLA.EDU

50810

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

1000 UNIVERSITY AVENUE, LOS ANGELES, CALIF. 90024

TEL. 213-747-1511

TELETYPE 213-747-1511

INTERNET ACCESS: WWW.LIBRARY.UCLA.EDU

50810

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

LXXVI. Limeum herba appellatur a Gallis,^y qua sagittas in venatu tinguunt medicamento, quod venenum cervarium^z vocant. Ex hac in tres modios salivati¹ additur, quantum in unam sagittam addi solet: ita offa demittitur boum faucibus in morbis. Alligari postea ad præsepia oportet, donec purgentur; insanire enim solent: si sudor insequitur, aqua frigida perfundi.

LXXVII. Leuce,^b Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente: quare mesoleucon¹ quidam vocant. Succus ejus fistulas sanat: ipsa contrita, carcinomata. Fortassis eadem sit, quæ leucas^d appellatur, contra omnia marina venena efficax. Speciem ejus^e auctores non tradunt, nec aliud, quam sylvestrem latioribus foliis esse efficaciorē, hanc semine acriorem.²

CAP. LXXVI. 1 Vox *salivati* deest in cod. Dalec. Mox, *unam sagittam* Chiffi.

CAP. LXXVII. 1 Chiffi. *Mesopeleucton*.—2 Vet. Dalec. *acriore*.

NOTÆ

^y *Limeum . . . a Gallis*] Quos antiqui scilicet Transpadanos dixere. Hodieque in Pedemontio nascitur limeum, *Herba terra* ibi nuncupatum, cujus e radice succus elicitur, quem vocant *Medicame*. Auctor Anguillara par. XII. pag. 213. Sed et hellebore sagittas tingere solitos esse Gallos dictum est supra xxv. 25.

^z *Venenum cervarium*] Festus: 'Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perunguere sagittas soliti sunt.' Celsus v. 27. 'Venatoria venena, quibus Galli præcipue utuntur.'

^a *In tres modios salivati*] Sic etiam Mss. codices. Salivatium potionis genus fuit, quo veterinarii medici utebantur in ægrotantium animalium curatione. Panacis et eryngii radices fœniculi seminibus miscabantur: farina præterea moliti tritici, milive, aut hordei: eoque medicamine sali-

vabatur ægrotum pecus. Vide Colum. vi. 5. 10. et 24.

^b *Leuce*] Nondum nostris herbariis cognita. Anguillara par. XII. pag. 220. Alio nomine polium appellatur a Cælio Aurel. Chron. 1. 4. de dolore dentium: 'Leuces,' inquit, 'quam etiam polium vocant.' Nisi forte leuce alterum sit polii, de quo nos alibi, nomen: quod, ut Plinius ait xxi. 21. 'folia sunt ei canis hominis similia.'

^c *Mesoleucon*] Μεσόλευκον, albo distinctum in medio.


^d *Quæ leucas*] Λευκάς, quam adversus serpentes et scorpiones Nicander commendat in Theriac. pag. 60. Perinde ignota nobis: Περί δὲ τῆς λευκάδος ἀγνοεῖται περὶ ποίας φησὶν, inquit Scholiastes in eum locum, pag. 39. Ἀντίγονος μέντοι τὴν λευκάδεσμον φησιν.

^e *Speciem ejus*] Totidem de leucade verba facit Diosc. III. 113.

LXXVIII. *Leucographis* ^f qualis esset, scriptum non reperi: quod eo magis miror, quoniam utilis proditur sanguinem exscreantibus, tribus obolis cum croco: item cœliacis: trita ex aqua et apposita, profluvio fœminarum: oculorum quoque medicamentis, et explendis ulceribus, quæ fiunt in teneris partibus corporis.

LXXIX. (XII.) *Medion* ^g folia habet iridis sativæ, ^h caulem tripedalem, et in eo florem grandem, purpureum, rotundum, semine minuto, ² radicem semipedalem. In saxis ⁱ opacis ³ nascitur. Radix ^j drachmis duabus cum melle menses fœminarum sistit, ecligmate per aliquot dies sumto. Semen quoque in vino, tritum, contra abundantiam ^k fœminarum datur.

LXXX. *Myosota*, ^l sive *myosotis*, lævis herba, caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus rubentibus, concavis,



CAP. LXXIX. 1 ⁴ E Dioscoride iv. 18. emendandum videtur, *seridis sativæ*. Ibi enim dicitur *ἴμοια σέριδι.* Brotier. Mox, quidam ap. Dioscoridem legunt, *caulem tripedalem*.—2 Diosc. *semine cnici*.—3 Diosc. *et opacis*.

NOTÆ

^f *Leucographis*] *Silybus lacteus* est, quo de egimus xxvi. 25. Nec Anguillaram audio, qui par. xii. pag. 220. herbam scriptam, seu virgam auream vocat. Pinetus, et post eum Salmasius, gemmam lapidemque, cui idem nomen est, ut suo loco dicemus, in herbarum albo censuque a Plinio temere hic positam, temere pronuntiarunt.

^g *Medion*] Et a Diosc. iv. 18. ita fere describitur: *Μήδιον, κ. τ. λ.* Quid vero sit, obscurum est: Lobelio in *Adversariis* pag. 127. violam Marianam interpretante: Dodonæo negante, pag. 163. Diosc. in *Nothis*, pag. 463. eandem facit cum *Medica*, de qua xviii. 43. *Μήδιον, οἱ δὲ μηδική, οἱ δὲ τρίφυλλον . . . Ῥωμαῖοι τριφύλιον μὲν ὀδοράτου.* Ignoram sibi ait Anguillara par. xiv. pag. 253.

^h *Iridis sativæ*] Vel *seridis potius*.

Vide Notas et Emend. num. 12.

^l *In saxis*] Diosc. ἐν παλισκόις τόποις καὶ πετρῶδεσιν.

^j *Radix*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

^k *Semen . . . contra abundantiam*] Hoc est, ad pellenda menstrua quæ abundant, seu menses commorantes. Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ σπέρμα σὺν οἴνῳ ποθὲν ἄγει ἔμμηνα. Cui Galeus astipulatur de *Fac. Simp. Med. lib. vii.* pag. 207. ubi docet medii semen ac radicem contrario esse temperamento: illa, si quidem austera est, fluxorem muliebrem coluberi, isto cieri: Ἡ ῥίζα μὲν ἐφεκτικὴ τοῦ γυναικείου τοῦ δὲ σπέρμα προτρέπει τὰ καταμήνια.

^l *Myosota*] Diosc. ii. 214. Μυδὸς ᾧσα, οἱ δὲ μυδὸς ᾧσιδα καλοῦσιν, ceteraque, quæ Plinius, totidem plane verbis. Galeus item, de *Fac. Simp. Med. lib. vii.* pag. 210. Μυδὸς ᾧσις,

ab imo foliis angustis,¹ oblongis, dorso acuto, nigris, per intervalla assidue geminatis, tenuibus² cauliculis ex alis prodeuntibus, flore cœruleo. Radix digitali crassitudine multis capillamentis fimbriata.^{3 m} Vis ei septica⁴ et exulceratrix, ideoque ægilopas sanat.⁵ Tradunt Ægyptii, mensis quem Thothi^{5°} vocant die XXVIII.⁶ fere in Augustum mensem incurrente, si quis hujus herbæ succo inungatur mane priusquam loquatur, non lippiturum eo anno.

LXXXI. Myagros^p herba ferulacea¹ est foliis similis rubiæ, tripedanea. Semen oleosum,^q quod et fit^r ex eo.² Medetur oris ulceribus perunctis hoc succo.



CAP. LXXX. 1 Diosc. *ab imo rub. concavis fol. angustis.*—2 Chiff. *et tenuibus.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fibrata* Gronov. et al. vett.—4 *Vis ei stiptica* Vet. Dalec.—5 ‘In codd. Regg. 2. et Chiff. *Thoti.* Male eruditus Harduinus in altera sua editione *Thiatin.* Is est Thoth, primus Ægyptiorum mensis.’ Brotier. *Thiatin* edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Thothi* Harduin. 1. et Bipont.—6 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Chiff. Male Editio princeps et eruditus Harduinus in altera sua editione, *die XXVII.* Dies xxviii. Thoth. incidit in diem 25. Septembris.’ Brotier. *die XXVIII.* Harduin. 1. et Bipont. *die XXVII.* edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.

CAP. LXXXI. 1 ‘Dioscoridi iv. 117. non dicitur *ferulacea*, *ναρθηκώδης*, sed *surculacca*, *φρυγανώδης.*’ Brotier.—2 Vet. Dalec. *fit et oleum ex eo.*

NOTE

ἐνιοὶ δὲ μὲν δῶτα. Pingitur a Bauhino tom. III. pag. 359. qualem in horto Regio vidimus. In officinis, ‘Auricula muris:’ sed non habet ea omnes myosotidis Plinianæ ac Dioscorideæ notas. Scribonio Largo Compos. 153. ‘Auricula murina’ nuncupatur, et prodesse dicitur calculosis.

^m *Fimbriata*] Sic Mss. non *fibrata*, ut editi, etsi utrumque perinde hic valet. Fibræ sunt herbarum arborumque minutiores radiculæ, in quas, velut extremas, crassiores effusæ sparguntur. Hinc et appellatæ fimbriæ vestium extremitates, quod fibrum antiqui dicebant extremum, si Varroni credimus.

^u *Ægilopas sanat*] Dioscor. loc. cit. *τάτης ἡ ῥίζα καταπασθεῖσα αἰγιλώπια ἴσται.*

^o *Quem Thothi*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lb. vi. num. 87.—‘Ita libri omnes, tum editi, tum manu exarati: non *Thoti*, ut in Chiffletiano codice legisse se Dalecampius dicit: quemadmodum et mox xxviii. ubi ceteri omnes constanter habent xxvii. Incidit hic dies xxvii. Thiatin, in diem tertium mensis Augusti, more Romano.’ *Ed. sec.*

^p *Myagros*] Diosc. iv. 117. *Μύαγρος . . . δίπηχυς, φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου.* Galli *Camelinam* vocant, officinæ pleræque sesamum, oleoque hujus utuntur pro sesamino. Ipsum crysimum est, de quo egimus xviii. 22.

^q *Semen oleosum*] Plenum pinguitudinis, ex qua exprimitur oleum.

LXXXII. Herba, quæ vocatur nyma,^{1 s} tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit.

LXXXIII. Natrix^a vocatur herba, cujus radix evulsa virus hirci redolet. Hac in Piceno a fœminis abigunt, quos mira persuasione Fatuos¹ vocant:^b ego species lymphantium hoc modo^c animorum esse crediderim, qui tali medicamento juventur.

LXXXIV. Odontitis^d inter fœni genera est, cauliculis densis ab eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris. In geniculis folia parva habet, longiora tamen quam polygonon. Semen in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum. Nascitur in pratis. Decoctum cauliculorum ejus in vino austero, quantum manus capiat, dentium dolori medetur, ita ut contineatur ore.

LXXXV. Othonna^{1 e} in Syria nascitur, similis erucæ, per-

//////////

CAP. LXXXII. 1 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Chiffi. *nigina* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *pluribus foliis* Vet. Dalec.

CAP. LXXXIII. 1 *Faunos* alii ap. Dalec.

CAP. LXXXV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Othonus* Vet. Dalec. et Chiffi. *Othone* Gronov. et al. vett. Mox, *in Arabia nascitur* margo edd.

NOTÆ

^r *Quod et fit]* Subintellige, quod oleum et ex eo sit.

^a *Herba . . . nyma [nigina]* In Indice, *nyma*. Hoc loco Mss. *nygma*, *nyma*, *nygam*, et *nuga* exhibent. Herbariis et officinis iucognita.

^a *Natrix]* Quam herbarii Natricem Plinii nuncupant, ea delineatur a Lobelio in Observ. pag. 493. Quibus vero argumentis hæc esse conjectent, hariolari non vacat.

^b *Fatuos vocant]* Sic Mss. omnes. *Fannus*, *Fatnus*, *ἐφιάτης*, *incubus*, idem plane significant: nocturnos nempe genios, quibus, qui mente sunt parum sana, premi se interdum putant. A Fauno Latii Rege, *Fatua* que conjuge, de quibus Justinus lib. XLIII. nomen his datum. Qui viros aggredi existimati sunt, ii Fauni, qui mulieres, *Fatui* dici consue-

runt. Vide Lactant. 1. 22. et Servium in Æneid. VI. ad eum versiculum, 'Pometios, castrumque Inui.' Et in Æn. VII. ad istum, 'Hunc Fauno et Nympha genitum,' &c. Quinetiam in fragmento Festi Farnesiano *Fannus* a nonnullis veterum *Fatnus* dicitur appellatus. 'Is,' inquit, (de Pico loquitur,) 'regem *Fatuum*, *Fannum* alii quem vocant, et *Fatuam* procreavit.'

^c *Lymphantium hoc modo]* Hominum falso existimantium se ab ejusmodi incubis premi: qui homines tali medicamento juvantur.

^d *Odontitis]* Rectius fortasse *ὀδοντίδης*, inde nomen habens, quod decoctum in vino dolores dentium mitiget: nam *ὀδὸς* dentem sonat.

^e *Othonna]* Hæc totidem verbis Dioscor. II. 213 *Ὄθοννα . . . γερνᾶσ-*

foratis crebro foliis, flore croci: ^{2 f} quare quidam anemone-
nem vocaverunt. Succus ejus ^s oculorum medicamentis
convenit Mordet enim ^h leniter et excafcit, ³ astringit-
que siccando. Purgat cicatrices, et nubeculas, et quicquid
obstat. ^{4 i} Quidam ^j tradunt lavari, atque ita siccata di-
geri in pastillos.

LXXXVI. Onosma ^k longa folia habet fere ad tres digitos,
in terra jacentia, tria, ad similitudinem ^l anchusæ incisa,
sine caule, sine flore, sine semine: prægnans ^m si edat eam, ^l
aut supergradiatur, abortum facere dicitur.

LXXXVII. Onopordon ⁿ si comederint asini, crepitus
reddere dicuntur. Trahit urinas et menses: alvum sistit:
suppurationes et collectiones discutit.

Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Cliffl. *cocci*.—3 Ita ex codd. Harduinus et
recentt. *leniter et calfcit* Cliffl. *leviter excafcit* Gronov. et al. vet.—4 Vet.
Dalec. *oculis obstat*.

CAP. LXXXVI. 1 Cliffl. *edit eam*.

NOTÆ

θαι δὲ αὐτὴν καὶ ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον
'Αραβίᾳ· ἔχει δὲ τὰ φύλλα εὐζώμφ ἐμ-
φερῆ, πολύτρητα ὡσπερ σητόκοπα, κ. τ. λ.
*Nasci aiunt in co Arabiæ tractu, qui ad
Ægyptum spectat. Habet folia erucæ
proxima, crebro perforata, et tanquam a
lineis pertusa, &c. Ex eodem Diosc.
Pintianus legit cribro pro crebro:*
quod nec Plinii stylum sapit, neque
apud Dioscoridem extare, si Græce
legisset, ipse intellexisset. Quid
porro sit Othonne nec scit Anguilla-
ra par. xi. p. 181. neque alii sciunt.
Lobelius in Notis Mss. ad eum li-
brum ait esse florem Africanum.

^l *Flore croci*] Dioscor. loco citato,
"Ανθος δὲ φέρει κρόκινον, πλατύφυλλον.
ὕθεν ἔδοξαν ἀνεμώνης αὐτὸ τινες εἶδος
εἶναι.

^g *Succus ejus*] Diosc. loc. cit.

^h *Mordet enim*] Dioscor. loco ci-
tato.

ⁱ *Quicquid obstat*] Quicquid oculis
offundit caliginem, πάντα τὰ ἐπισκο-
τούμενα ταῖς κόραις.

^j *Quidam*] Quidam hunc succum,
sive humorem qui ex herba manat,
elotum, semotis lapillis, in pastillos
ad oculorum medicamenta dige-
runt.

^k *Onosma*] Sic fere Diosc. III. 147.
περὶ ὀνόσματος. Nihil porro aliud
onosma esse censuerim, præter an-
chusam degenerem, quæ, ut in aliis
quoque generibus herbarum accidit,
viribus exhaustis biennio trienniove
florem fructumve nullum edat.

^l *Ad similitudinem*] Totidem verbis
Diosc. loc. cit.

^m *Prægnans*] Diosc. ad verbum,
loc. cit. et Galenus de Fac. Simp.
Med. lib. VIII. p. 215.

ⁿ *Onopordon*] Apud Hesych. ὀνό-
μορδον mendose, pro ὀνόπορδον, ἀπὸ
τῆς ὄνου πορδῆς, a crepitu ventris. Car-
dium tomentosum appellat Lobe-
lius in Observ. p. 482. Coronam
fratrum herbarii: Galli, servata Græ-
ci nominis significatione, *Pet d'âne*.
Vidimus in horto Regio. Calabria,

LXXXVIII. *Osyris*¹ ° ramulos fert nigros, tenues, lentos : et in iis² folia nigra, ceu lini : semenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex his. Radicum^p decoctum³ potum sanat arquatos. Eædem, priusquam maturescat semen, concisæ, et Sole siccatae, alvum sistunt. Post maturitatem vero collectæ, et in sorbitione decoctæ, rheumatismis ventris medentur, et per se tritæ ex aqua cœlesti bibuntur.

LXXXIX. *Oxys*^q folia terna habet. Datur ad stomachum dissolutum. Edunt et qui enterocelen habent.

XC. *Polyantherum*,^r quam quidam batrachion appellant, caustica vi exulcerat cicatrices, et ad colorem reducit. Eademque vitiligines concorporat.^s

XCI. *Polygonon*^a Græci vocant, quam nos sanguinariam : non attollitur a terra, foliis rutæ, semine graminis :¹ ^b succus



CAP. LXXXVIII. 1 *Ospiris* Chiff. — 2 Idem codex, et his. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *folia, seu lini nigra initio, deinde colore mutato rubescencia : semen in ramulis. Smegmata, e Diosc. seu lini Gronov.* — 3 *Ejus decoctum* Diosc. nulla radice mentione.

CAP. XCI. 1 Vet. Dalec. *similis graminis.* — 2 Ita ex codd. Harduinus et

NOTÆ

Siculisque etiamnum *Anapordo*, teste Anguillara par. VIII. p. 145.

° *Osyris*] Totidem fere verbis, eadem certe sententia Diosc. IV. 143. ° *Osyris, φρυγάνιον μέλαν, κ. τ. λ.* Scopæ ex ea olim fieri solitæ, et nunc plerisque locis fiunt : unde *Linaria scopariæ* a nonnullis appellatur : a nostris, Italisque, *Belvedere*. Patavii, *le Scope di Padoua*, teste Anguillara par. XIV. p. 290. Vidimus in horto Regio, qualis a Dodonæo pingitur p. 101.

^p *Radicum*] Diosc. loc. cit.

^q *Oxys*] Ὄξυς. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 495. Officinæ Trifolium acetosum vocant, Galli Panem cuculi, *Pain de cocu*, et *Allechia*. Appellationum causas declarat Dodonæus, a quo pariter delineatur p. 565. Vidimus in horto Regio.

^r *Polyantherum*] Ranunculus ipse est, quo de egimus XXV. 109.

^s *Vitiligines concorporat*] Vitiligines delet, redditque cuti suum colorem, reliquo corpori parem.

^a *Polygonon*] Hæc totidem verbis Marcellus Empir. c. 9. p. 80. Ipsa proserpinaca est, de qua dicemus iterum c. 104. Apuleius c. 18. de proserpinaca, sive polygono : ‘Polygonon alii . . . polygonaton, Romani sanguinariam, Itali proserpinacæam.’ Celsus II. 33. ‘Herba sanguinalis, quam Græci polygonion vocant.’ Sanguinalem pariter vocat Columella VI. 12. p. 213. Sanguinariam VII. 5. p. 263. Et Diosc. in Nothis p. 462. Πολύγονον ἔρβρον, . . . Ῥωμαῖοι σεμνάλις, οἱ δὲ στοπίνακα, pro proserpínaka. Gallis, a frequentia nodorum, seu geniculorum, *Renouée*.

ejus^c infusus naribus supprimit sanguinem: et potus^d cum vino cujuslibet partis profluvium exscreationesque^{2 e} cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt, hanc marem^f intelligi volunt, appellarique a multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon.^g Alii polygonaton,^h a frequentia geniculorum: alii theuthalida, alii carcinethron, alii clema, multi myrtopetalon. Nec non inveniuntur,ⁱ qui hanc foeminam esse dicunt: marem autem majorem,³ minusque nigram, et geniculis densiorem, semine sub omnibus foliis turgescentem.⁴ Quocumque hæc modo se habeant, vis earum est spissare^j ac refrigerare. Semina^k alvum solvunt: largius sumta urinam cient, rheumatismos cohibent: qui si non fuere, non prosunt.⁵ Stomachi^l fervori folia imponuntur: vesicæ dolori illinuntur, et ignibus sacris.^m Succus et auribusⁿ purulentis instillatur, et oculo-

recentt. *excretionisque* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *minorem*.—4 Dalec. *turgescente*.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Succus al. sistit lar.*

NOTÆ

^b *Semine graminis*] Semine, cujusmodi in gramine cernitur, nempe triangulari.

^c *Succus ejus*] Marcellus Empir. c. 10. p. 83. Scribonius Largus c. 7. 'ad sanguinis eruptionem de naribus,' Compos. 46. 'Injicere autem intus narem aut naves oportebit. . . . herbam, quæ quia multa est, et ubique nascitur, πολύγονον appellatur.'

^d *Et potus*] Dioscor. iv. 4. Apuleius c. 18. de proserpinaca, tit. 1. 'Ad eos qui sanguinem rejiciunt: 'Herbæ proserpinacæ succum cum vino optimo austero,' &c. Polygonum ad eos usus commendat et Marcellus Empir. c. 17. p. 124.

^e *Exscreationesque*] Celsus III. 22.

^f *Hanc marem*] Recte illi quidem. Pingitur a Dodonæo p. 113. polygonum mas, quale in horto Regio vidimus.

^g *Calligonon*] In Reg. 2. fortasse sincerius, *callipogona*, καλλιπόγωνα,

densitatem fruticum ea voce μεταφορικῶς indicante, ex similitudine barbæ. Sic etiam Index in eodem cod. pro *thalassias*, quæ vox ibi nihili esse videtur.

^h *Alii polygonaton*] Diosc. in Nothis p. 462. Οἱ δὲ πολυγόνατον, . . . οἱ δὲ καρκίνηθρον, οἱ δὲ τευθαλίδα, οἱ δὲ κλήμα, οἱ δὲ μυρτοπέταλον. Habet et hæc nomina Oribasius l. XII. p. 212. Apuleius quoque carcinethron et myrtopetalon vocat, a foliorum myrti similitudine.

ⁱ *Nec non inveniuntur*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

^j *Vis earum est spissare*] Astringere. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικὴν, κ. τ. λ.

^k *Semina*] Has succo epoto vires Dioscorides attribuit loc. cit.

^l *Stomachi*] Diosc. loc. cit.

^m *Et ignibus sacris*] Πρὸς ἐρυσσιπέλατα. Diosc. loc. cit.

ⁿ *Succus et auribus*] Marcellus Em-

rum dolori ° per se. Dabatur ^{6 p} et in febribus ante accesiones duobus cyathis in tertianis, quartanisque ⁷ præcipue: item cholericis, ^q dysentericis, et in solutione ⁸ stomachi. Tertium ^r genus oreon vocatur, in montibus ⁹ nascens, arundini teneræ simile, uno caule, densis geniculis et in se infarctis, ^{10 s} foliis autem piceæ, radicis supervacuæ, inefficacius quam superiora. Peculiare ischiadicis. Quartum genus ^t sylvestre appellatur, pæne arboris modo frutex, radice lignosa, stirpe cedri rubicundo: ramis sparti, binum palmarum, nigris geniculorum ternis quaternisve articulis. Huic quoque spissandi natura, sapor mali cotoinei. Decoquitur in aqua ad tertias, aut aridi farina inspergitur et oris ulceribus et attritis partibus. Propter gingivarum vero vitia commanducatur. Nomas sistit omniaque quæ serpunt, aut difficilem cicatricem habent. Privatim vero sanat a nive facta ulcera. Herbarii et ad anginas ¹¹ utuntur illa: et in capitis dolore coronam ex ea imponunt: et contra epiphoras ^u collo circumdant. In tertianis quidam sinistra manu evulsam adalligant: adeo ¹²

//////////

sumptus, ur. ciet rh. cohibet, &c. non prodest, e Diosc.—6 Datur Vet. Dalec.—7 Gronov. quartanisve.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. in exolutione.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. in aquis, e Diosc.—10 'Et in se infarctis'] Male Ms. Reg. 2. et Editio princeps, infractis. Recentiores, fractis. Emendandum fuit, infarctis; ut patet ex Dioscoride iv. 5. qui ait genicula alia aliis, tubarum modo, inseri, aut infarciri, γόνατα ἐγκείμενα ἀλλήλοις.' Brotier. in se infractis Chiff. in se fractis Dalec. in se fractis edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—11 Pintian. e Vet. gingirus.—12 Vet. Dalec. atque adeo. Mox, contra profluvias Chiff.

NOTE

pir. c. 9. p. 75. et 80. Apuleius c. 18. tit. 5. 'Ad aurium dolorem: 'Herbæ proserpinacæ succus tepedolorem tollit. Nos ipsi experti sumus. Tamque potenter proficit, ut et ulcera quoque aurium sanct.' Sic etiam Diosc. loc. cit.

^a *Et oculorum dolori'] Apuleius loc. cit. tit. 4.*

^v *Dabatur'] Dioscor. loc. cit. et Apuleius loc. cit. tit. 7. 'Ad quartanas.'*

^q *Item cholericis'] Dioscor. loc. cit. Tertium'] Ὀρείον, montanum. Polygonon fœmina Dioscoridis est, iv. 5.*

^s *Et in se infarctis'] Vide Notas et Emend. num. 13.*

^t *Quartum genus'] Demonstratum hoc sibi genus olim fuisse Ruellius testatur pag. 582. Ceteris herbariis prorsus ignotum. Forte hic legendum, Peculiare ischiadicis quartum genus, &c.*

^u *Et contra epiphoras'] Oculorum*

contra profluvia sanguinis, nec ullam magis aridam quam polygonum, servant.

XCVI. Pancration^a aliqui scillam pusillam appellare malunt, foliis albi liliⁱ,¹ longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo. Alvum^b solvit succo, cum farina ervi sumto: ulcera purgat. Hydropicis^c splenicisque² cum melle datur. Alii decoquunt^d eam, donec aqua dulcis fiat: eaque effusa radicem terentes digerunt in pastillos Sole siccatos: et postea utuntur ad capitis ulcera, et cetera quæ repurganda sunt.³ Item ad tussim,^e quantum tribus digitis apprehenderint, in vino dantes, et ad lateris dolores, aut peripneumonicis ecligmate. Dant et propter⁴ ischiada in vino bibendum, et propter tormina, mensesque ciendos.

XCVII. Peplis,^{1 f} quam aliqui sycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant, ex una radice tenui² fruticat, foliis rutæ paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris.³ Inter vites^g fere colligitur mes-



CAP. XCVI. 1 Diosc. *foliis lili*, κρήνον.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *splenicisque* Gronov. et vulgg.—3 Chiff. *sint*.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque conjectabat Dalecampius. *in ecligmate*. Propter Vet. Dalec. *ecligma dante* Chiff. *ecligmate*. Propter Gronov. et vulgg. Mox, *bibendum dant* Vet. Dalec.

CAP. XCVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Peplis* edd. vett. et Gronov.—2 *Vox tenui* deest in cod. Dalec.—3 Cod. Reg. Brot. 2. Editio princeps, Venett. et Vet. Dalec. *minus candido*,

NOTÆ

videlicet. Vide Apuleium loc. cit. tit. 4.

^a *Pancration*] Totidem verbis Diosc. II. 203. Παγκράτιον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σκίλλαν ὀνομάζουσι, κ. τ. λ. Apuleius c. 42. 'A Græcis dicitur scilla . . . aliis pancration . . . Itali scillam rubram, masculam, alii bulbum scilliten, sive scilliticum, appellant.' Est hæc scilla radice rubra, sive pancrationum a Clusio delineatum Hist. Rar. Plant. lib. II. p. 172. In Cephalenia vocatur *Cepolla canina*, inquit Anguilara par. VII. p. 120.

^b *Alvum*] Diosc. loc. cit. ad verbum.

^c *Hydropicis*] Diosc. loc. cit. et Apuleius c. 42. tit. 1.

^d *Alii decoquunt*] Dioscor. II. 202.


^e *Item ad tussim*] Dioscor. loco citato.

^f *Peplis*] Sic Mss. tum hoc loco, tum in Indice. Dioscoridi tamen IV. 168. Πέπλος, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη καλοῦσι, ceteraque, quæ Plinius, totidem verbis: ut et Oribasius lib. XII. pag. 211. Egimus de eo XX. 79.

sibus: siccaturque cum fructu suo, subjectis,^b in quæ excidat.⁴ Hoc potioⁱ alvus solvitur, bilis ac pituita detrahitur. Media^j potio est acetabuli mensura, in aquæ mulsæ heminis tribus. Et cibis^k inspergitur opsoniisque ad molliendam alvum.

XCIV. Periclymenos^r fruticat et ipsa, ex intervallo duo folia habens, subcandida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum, et quod difficile vellatur.² Nasctur^m in arvis ac sepibus, convolvens se adminiculis quibuscumque. Semen ejusⁿ umbra siccatum tunditur et in pastillos digcritur. Hi resoluti dantur in vini albi cyathis tribus,³ tricenis^o diebus ad lienem: eumque urina cruenta,⁴ aut per alvum absunit: quod intelligitur a decimo statim die. Urinam cient et folia decocta: quæ et orthopnoicis prosunt.^p Partum^q quoque adjuvant, secundasque pellunt pota simili modo.

XCv. Pelecium in segetibus^r diximus nasci, fruticosam cauliculis, foliis ciceris. Semen in siliquis fert, corniculorum modo aduncis, ternis quaternisque, quale gith



quam papaveris.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Vet. Dalec. *subjectis in qua excidant* Chiff. *subjectis aquis in quas, &c.* Gronov. et vulgg.

Cap. xciv. 1 *Periclymenon* Chiff. Mox, *ex intervallis* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *evelatur* Gronov. et vulgg.—3 Chiff. *ternis*.—4 *Idem codex, cruentata*.

NOTE

^g *Inter vites*] Diosc. et Oribas. locis cit.

^b *Subjectis*] Subintellige, vasis, tabulisve, vel linteis.

ⁱ *Hoc potio*] Diosc. loc. cit.

^j *Media*] Justa ac moderata. Diosc. loc. cit.

^k *Et cibis*] Diosc. loc. cit.

^r *Periclymcnos*] Hæc totidem verbis Diosc. iv. 14. Clymenos ipsa est, qua de egimus xxv. 33.

^m *Nascitur*] Dioscor. loco proxime citato.

ⁿ *Semen ejus*] Diosc. loc. cit.

^o *Hi resoluti . . . tricenis*] Dioscorides, quadragenis. Sed idem a sexto die cruentam agi urinam monet, οὐρα ἔχει ἀπὸ τῆς ἐκτῆς ἡμέρας αἱματώδη.

^p *Urinam . . . prosunt*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

^q *Partum*] Diosc. loc. cit.

^r *Pelecium in segetibus*] In tractatione segetum xviii. 44. Habet hæc Oribasius totidem verbis lib. xi. p. 198. post Diosc. iii. 146. Inter triticum et hordeum nascitur.

novimus, amarum, stomacho utile. Additur^s in antidota.^t

xcvi. Polygala^t palmi altitudinem petit,^t in caule summo foliis lenticulæ, gustu astricto, quæ pota lactis abundantiam facit.

xcvii. Poterion,^a aut (ut alii vocant) phrynion, vel neurada, large fruticat,^t spinis retorrída, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo,^b herbacei coloris: seminis nulli usus,² sed gustu acuto et odorato. Invenitur in aquosis collibus. Radices^c habet duas aut tres, binum³ cubitorum in altitudine, nervosas, candidas, firmas. Circumfoditur autumnò, præciso^d frutice dat succum gummi similem. Radix mira^e vulneribus sanandis traditur, præcipueque nervis vel præcisis illita. Decoctum quoque^f ejus cum melle potum dissolutiones nervorum, et infirmitates, et incisuras juvat.

xcviii. Phalangites^g a quibusdam phalangion vocatur,



CAP. xcv. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *antidotis* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. xcvi. 1 'Chiffli. *palmò alt. imp. et; lego implet.*' Dalec.

CAP. xcvii. 1 *Poterion (alii vocant phrynion, vel neurada) large fruticat* Vet. Dalec. Mox, *spinis horrida* Vet. Dalec. Deinde, *lanugine tenui* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Vet. Dalec. *nullus usus.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *vel trium,* e Diosc. Mox, *cubitorum altitudine* Vet. Dalec. *cubitorum in altitudinem* Chiffli.

NOTE

^s *Additur*] Diosc. Μίγνυται καὶ ἀντιδότοις. In antidotum certe Mithridaticam additur ab Antipatro et Cleophanto, apud Galenum de Antidotis lib. II. p. 898. Πελεκίνου ἀνὰ < β'.

^t *Polygala*] Dioscorides totidem verbis IV. 142. Πολύγαλον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον φύλλα φακοειδῆ, γεύσει ὑποστυφον· ποθὲν δὲ καὶ τοῦτο γάλα δοκεῖ πλεῖον ποιεῖν. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 221. Creditur esse flos ambarvalis, pictus a Dodonæo p. 253. quem vidimus in horto Regio.

^a *Poterion*] Totidem plane syllabis Diosc. III. 17. Ποτήριον, Ἴωνες

δὲ νευράδα καλοῦσιν, κ. τ. λ. Masino du Greci vocant in Cypro, inquit Lobelius in notis Mss. ad Anguillaram par. VIII. pag. 145.

^b *Flore longo*] Diosc. *flore exiguo,* ἔνθη μικρά.

^c *Radices*] Diosc. loc. cit.

^d *Præciso*] Diosc. loc. cit.

^e *Radix mira*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 213.

^f *Decoctum quoque*] Diosc. loc. cit.

^g *Phalangites*] Totidem verbis formam viresque phalangii describit Diosc. III. 122. Φαλάγγιον, οἱ δὲ φαλαγγίτην, οἱ δὲ καὶ ταύτην λευκάκαν-

ab aliis leucantheon,^h vel (ut in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacantha. Ramuli¹ sunt ei nunquam pauciores duobus, in diversa tendentes: flos candidus: lilio rubro similis, semine nigro, lato, ad lenticulæ dimidiæ figuram, multo tenuiore, radice tenui herbacei² coloris. Hujus folio,³ vel flore, vel semine auxiliantur contra scorpionum, phalangiorumque, et serpentium ictus: item contra tormina.

XCIX. *Phyteuma*ⁱ quale¹ sit, describere supervacuum habeo, cum sit usus ejus tantum ad amatoria.

C. *Phyllon*^j a Græcis vocatur herba in saxosis montibus, fœmina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parva, semine rotundo, papaveri simili.¹ Hæc sui sexus facit partus: mares autem mas, semine² tantum differens, quod est incipientis oliuæ. Utrumque bibitur in vino.

CI. *Phellandriion*^k nascitur in palustribus, folio apii. Bibitur semen ejus propter calculos et vesicæ incommoda.

CII. *Phalaris*¹ thyrsus habet longum, tenuem, ceu ca-

CAP. XCVIII. 1 Cod. Dalec. ut apud auctores inuenio. Ramuli.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. radice herbacei edd. vett. et Gronov.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. folio cum vino puro, e Diosc.

CAP. XCIX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *phyteuma qualis* Gronov. et al. vett. quale sit Vet. Dalec. et Chiffi.

CAP. C. 1 Chiffi. *semen papaveri rotundo simili*.—2 'In cod. Reg. 1. mares autem a semine. Sic ex literarum similitudine orta est corruptela, et omissum mas.' Brotier. Vox mas deest in edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. autem arrhenogonon semine Vet. Dalec.

CAP. CII. 1 *Phalari* Chiffi. Mox, in eodem codice, in summo flore.—2 Vet. Dalec. simile milio; et sic Diosc.—3 Chiffi. et aceto: item.

NOTÆ

θαν καλοῦσι, κ. τ. λ. Ignotum herbariis, ut Anguillara fatetur par. XII. p. 222.

^h *Leucantheon*] A flore candido.

¹ *Phyteuma*] A Dioscoride describitur IV. 130. et ad amatoria pariter prodesse dicitur, Φύτευμα, κ. τ. λ. Antirrhinon sylvestre illud est, quod Dodonæus delineavit p. 182.

^j *Phyllon*] Duo sunt hujus genera, mas, fœminaque: arsenogonon, et thelygonon vocant: de quibus egi-

mus lib. sup. c. 91. Habet hæc porro Dioscorides totidem verbis, III. 140. etsi vitiatum Dioscoridis contextum existimat Anguillara par. XIV. p. 302.

^k *Phellandriion*] Et illud sio sen palustri apio affine, a Dodonæo delineatum p. 580. Apud nostros nomen non habet: officinis ipsis incognitum.

¹ *Phalaris*] Dioscoridi Φαλαρίς, III. 159. Galeno de Simp. Med. lib. VIII.

lamum, in summo florem inclinatum: semen simile sesamæ.^{2 m} Et hoc calculos frangit, potum ex vino vel aceto cum melle et lacte. Idem³ et vitiaⁿ vesicæ sanat.

CIII. Polyrrhizon^o folia habet myrti, radices multas. Hæ tusæ dantur in vino¹ contra serpentes: prosunt et quadrupedibus.

CIV. Proserpinaca^p herba vulgaris est, eximij adversus scorpiones remedii. Eadem contrita, addita muria et oleo e mænis,^q anginam^r eximie curari tradunt. Præterea et in quantalibet² lassitudine recreari defessos, etiam cum obmutuerint,^r si subjiciatur linguæ. Si devoretur, vomitionem sequi salutarem.

CV. Rhacoma^{r a} affertur ex his, quæ supra Pontum sunt, regionibus. Radix^b costo nigro similis, minor et rufior paulo, sine odore, calfaciens gustu et astringens.^c Eadem

CAP. CIII. 1 Chiffi. dantur e vino.

CAP. CIV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et oleo anginam Gronov. et vulgg. et oleo heminis anginam Chiffi.—2 Præterea et quantalibet Chiffi. Præterea in quantalibet Gronov. et al. vett.

NOTÆ

p. 239. Φαληρίς. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 26. qualem in horto Regio vidimus, triplicis modi: semine albo, nigro, et, ut vocant, griseo.

^m Semen . . . sesamæ] Magnitudine milii, ut Diosc. ait.

ⁿ Idem et vitia] Scilicet ex aqua potum, cochlearis mensura, inquit Diosc. loc. cit. et Galenus item loc. cit.

^o Polyrrhizon] Herbariis et officinis ignota. Cave enim cum aristolochiæ genere eo confundas, quod polyrrhizon pariter nuncupatur, lib. xxv. 54.

^p Proserpinaca] Quæ et polygonon, de qua diximus c. 91.

^q Et oleo e mænis] Mæna genus est piscium, de quo xxxii. 53. Ex eo garum præcipuæ commendationis fuit. Vide Notas et Emend. num. 14.

^r Obmutuerint] Cum vox lassitudine defecerit.

^a Rhacoma] Frequentius Rha Ponticum appellatur. Diosc. iii. 2. 'Ρᾶ, οἱ δὲ ῥῆον καλοῦσι, γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βόσπορον τόποις, κ. τ. λ. Legitimum Rha Ponticum, iisdem insignitum notis, quas Dioscorides Pliniusque commemorant, pictum a Prospero Alpino de Plantis Exot. c. 5. p. 187. vidimus in horto Regio. An vero pro Rhacoma Plinius Rheucyma, 'Ρῆον κύμα, vel 'Ρᾶ κύμα, Rhacyma, scripserit, hoc est, Rha Pontici teneriorem cauliculum, haud vacat excutere scrupulosius. In Indice certe Rhacoma, unde vox ea fluxerit.

^b Radix] Centaurio majori similem facit Diosc. l. c. et foris nigram: 'Ρίζα ἔξωθεν μέλαινα, κενταυρίω τῶ μεγάλω ἔοικνῖα, κ. τ. λ.' Ed. sec.

^c Calfaciens gustu et astringens] Astringens cum aliquo calore, inquit

trita^d vini colorem reddit, ad crocum² inclinantem. Illita^e collectiones inflammationesque sedat: vulnera sanat: epiphoras oculorum sedat ex passo illita: insignita^f cum melle, et alia liventia ex aceto. Farina³ ejus inspergitur contra cacoëthe, et sanguinem rejicientibus^g drachmæ pondere in aqua. Dysentericis^h etiam et⁴ cœliacis, si febri carent, in vino: sin aliter, ex aqua. Facilius teritur, nocte antecedente madefacta. Datur et decoctum ejus bibendum duplici mensura ad rupta, convulsa, contusis, ex sublimi devolutis. Si pectoris sint dolores,⁵ additur piperis aliquid et myrrhæ: si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur: sic et in tussi vetere, ac purulentis⁶ exscreationibus: item hepaticis,¹ splenicis,⁷ ischiadicis: ad renum^j vitia, suspiria, orthopnœas. Arteriæ scabritias sanat ex passo, tribus obolis potis trita,⁸ aut decoctum ejus. Lichenas^k quoque ex aceto imposita sanat.⁹ Bibitur contra^l inflationes, et perfrictiones,^m febres frigidas, singultus, tormina, asperitates,ⁿ capitis gravitates, melancholicas vertigines, lassitudinum dolores, et convulsiones.^o

CAP. CV. 1 *Recoma* Chiff. — 2 *Cod. Dalec. ac ad crocum.* — 3 *Chiff. liventia. Ex aceto farina.* Mox, *cacoëthe. Datur sanguinem, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. — 4 *Chiff. autem et.* — 5 *Vet. Dalec. sit dolor.* — 6 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. sive intus, sive extra purulentis* Gronov. et vulgg. — 7 *Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. splenicis* Gronov. et al. vett. — 8 *Vet. Dalec. tritis pota.* — 9 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. imposita purgat* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

Diosc. l. c. Στυπτική μετὰ πόσης θερμασίας. Ed. sec.

^d *Eadem trita*] Diosc. loc. cit.

^e *Illita*] Diosc. loc. cit.

^f *Insignita*] De hac voce diximus c. 5.

^g *Et sanguinem rejic.*] Diosc. et Galenus locis cit.

^h *Dysentericis*] Auctores proxime appellati.

ⁱ *Item hepaticis*] Diosc. loc. cit.

^j *Ad renum*] Diosc. et Galenus locis cit.

^k *Lichenus*] Dioscor. loc. cit.

^l *Bibitur contra*] Hæc omnia Diosc. loc. cit. Ποιεί δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις, στομάχου ἀτονίαν, ἀληγμα παντοῖον, σπάσματα, σπληνικούς, ἥπατικούς, νεφρικούς, στροφουμένους, καὶ τὰ περὶ τὴν κύστιν καὶ θώρακα, καὶ ὑποχονδρίων ἐντάσεις, καὶ τὰ περὶ ὑστέραν πάθη, ἰσχιάδος, αἵματος πτύσεις, ἄσθματα, λυγμούς, δυσεντερίδας, κοιλιακὰς διαθέσεις, καὶ περιόδους, καὶ θηρίων δῆγματα.

^m *Perfrictiones*] Horrores febrium, τὰ βίγη.


ⁿ *Asperitates*] Interaneorum seu

CVI. Circa Ariminum nota est herba, quam resedam vocant.^p Discutit collectiones, inflammationesque omnes: qui curant ea, addunt hæc verba: ‘Reseda,^q morbos^r reseda: scisne,^r scisne quis hic pullus egerit radices? nec caput,^z nec pedes habeant.’ Hæc ter dicunt, totiesque despuunt.

CVII. Stœchas^s in insulis tantum ejusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gustu.^t Menses ciet potu: pectoris dolores levat. Antidotis^t quoque miscetur.

CVIII. (XIII.) Solanum^u Græci strychnon vocant, ut tradit Cornelius Celsus. Huic vis^v reprimendi refrigerandique.

CIX. Smyrnion^a caulem habet apii, folia latiora, et max-



CAP. CVI. 1 *Reseda morbis* Chiff. — 2 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. 3. et Editio princeps. Chiff. exhibet: *scisne, scis nec in aquis hic pullus egerit radices. Nec caput, &c. habeat.* Edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *scisne, scisne quis hic pullos egerit? radices nec caput, &c.*

CAP. CVII. 1 *Dalec. coma thymi, &c.* Chiff. *comam hyssopi amaræ gustum.*

NOTE

hypochondriorum distentiones, *ὑποχονδρίων ἐντάσεις.* Vide Notas et E-mend. num. 15.

^o *Convulsiones*] Τὰ σπάσματα.

^p *Resedam vocant*] Pingitur a Lobelio in Advers. pag. 76. qualem in horto Regio vidimus. Belgis Eruca peregrina, vel Cantabrica dicitur.

^q *Reseda*] O reseda, morbum seda ac remitte, &c.

^r *Scisne*] Forte rectius, ex Reg. et Chiff. *Scisne, quis hic pullus egerit radices? nec pedes nec caput habeat.* Pullum, credo, μεταφορικῶς, collectionem seu apostema vocat, cui reseda imponitur.

^s *Stæchas*] Totidem fere verbis Diosc. III. 31. Στιχὰς γεννᾶται μὲν ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις ἀντικρὺ Μασσαλίας, καλουμέναις δὲ Στιχάσιν, κ. τ. λ. Ab aliis στοιχὰς scribitur. De his insulis egimus in Geographiis III. 11. Petrus Quiqueran. de Land. Pro-

vinc. lib. II. fol. 59. ait Turcicam classem, cum circa Massiliæ littora superiore sæculo staret, hac herba quotidie triremes onerasse, explorantibus identidem Turcis, cæcos indigenas esse, qui sua bona non nosent. Genera duo stœchadis picta a Lobelio in Observ. p. 234. et a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. III. p. 344. Vidimus in horto Regio.

^t *Antidotis*] Diosc. loc. cit. Miscetur sane theriacæ e viperis confectæ, ab Andromacho juniore apud Gale-nnm de Antidotis I. 7. p. 878. Στοιχάδος ἀνὰ < 5’.

^u *Solanum*] Egimus de eo XXI. 105. Celsus II. 33. cui titulum fecit: ‘Quæ res corpus aut erodant, aut reprimant, aut refrigerent,’ &c. ‘Solanum,’ inquit, ‘quam στρόχνον Græci vocant.’

^v *Huic vis*] Diosc. IV. 71. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν.

ime circa stolonēs¹ multos, quorum a sinu exsiliunt pinguia, ad terram infracta, odore medicato, et cum quadam acrimonia jucundo, colore in luteum languescente, capitibus caulium^b orbiculatis, ut apii: semine² rotundo, nigro, quod arescit incipiente æstate. Radix quoque^c odorata, gustu acri mordet, succosa, mollis. Cortex^d ejus foris niger, intus pallidus. Odor myrrhæ habet qualitatem: unde et nomen. Nascitur^e et in saxosis collibus, et in terrenis. Usus ejus^f excalfacere, extenuare.³ Urinam et menses cient folia et radix. Semen⁴ alvum sistit. Radix collectiones^g et suppuraciones non veteres, item duritias discutit illita. Prodest et contra phalangia ac serpentes, admixto cachry aut polio, aut melissophyllo, in vino pota: sed particulatim,^h quoniam universitate vomitionem movet. Qua de causa aliquando cum ruta datur. Medeturⁱ tussi et orthopnœæ semen, vel radix: item thoracis,^j aut lienis, aut renum, aut vesicæ vitiis. Radix autem ruptis, convulsis. Partus quoque adjuvat, et secundas pellit. Datur^k et ischiadicis cum crethmo in vino. Sudores^l ciet et ruc-



CAP. CIX. 1 Vet. Dalec. circa caulem stolonēs. Mox, subpinguia ad terram infracta, odore cum acrimonia jucundo, medicata, margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Ibid. ex eodem: umbella in caule, ut anethi, semine. Cod. Dalec. ut apii semine; Chiff. ut api semine. 'Codd. Regg. et Editio princeps, ut apii. Recentiores, ut anethi. Habet quidem Diosc. ἀνηθοειδές. At non Dioscorides in Plinio, sed Plinius ipse quærendus est.' Brotier. ut anethi, semine Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita Gronov. al. vett. et Harduin. 1. extenuare omiserunt Harduin. in ed. 2. Miller. Bi-

NOTE

^a Smyrnion] De eo pariter diximus XIX. 48. et 62. Tota hæc porro smyrnii descriptio totidem plane verbis legitur apud Diosc. III. 79.

^b Capitibus caulium] Supra caulem positam umbellam, ut anethum, gerit. σκιαδιον ἐπὶ τῷ κaulῷ ἀνηθοειδές.

^c Radix quoque] Diosc. loc. cit.

^d Cortex] Diosc. loc. cit.

^e Nascitur] Diosc. loc. cit.

^f Usus ejus] Diosc. Δύναμιν δὲ ἔχει ἢ βίσα, καὶ ἡ πύα, καὶ ὁ καρπὸς θερμαν-

τικόν.

^g Radix collectiones] Diosc. loc. cit.

^h Sed particulatim] Sed per partes ac separatim, non universon simul medicamentum sorberi oportet, ne vomitum cieat.

ⁱ Medetur] Diosc. loc. cit.

^j Item thoracis] Diosc. loc. cit.

^k Datur] Dioscorides de crethmo silet.

^l Sudores] Diosc. totidem verbis loc. cit.

tus: ideo inflationem stomachi discutit. Vulnera^m ad cicatricem perducit. Exprimitur et succus radici,⁵ utilis foeminis, et thoracis praecordiorumque desideriis: ⁿ calfacit enim et concoquit, et purgat. Semen peculiariter^o hydropticis datur potu: quibus et succus illinitur, et malagmata^{6p} e cortice arido. Et ad opsonia utuntur cum mulso et oleo, et garo, maxime in elixis carnibus.

Sinon^q concoctiones facit,⁷ sapore simillima piperi. Eadem in dolore stomachi efficax.

CX. Telephion^r porcilacae¹ similis est et caule et foliis. Rami a radice^s septeni octonive fruticant, foliis crassis, carnosis. Nascitur^t in cultis,² et maxime inter vites. Illinitur lentigini,^{3u} et, cum inaruit, deteritur. Illinitur et vitiligini,^{4v} ternis fere mensibus, senis horis noctis aut diei: postea farina hordeacea illinitur. Medetur et vulneribus et fistulis.

CXI. Trichomanes^a adianto similis^b est,¹ exilius modo,



pont. et Franz.—4 Chiff. *et semcu.*—5 Cod. Dalec. *radicis*; Vet. Dalec. *radice.*—6 Dalec. *malagma.*—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *maxime in elixis carnibus simul. Concoctiones facit* Gronov. et al. vett. *maxime elixis*, &c. Vet. Dalec. Mox, *simillimo piperi* Vet. Dalec.

CAP. CX. 1 Ita eodd. Regg. *portulacae* al. ante Brotier.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in cultis vere*, e Diosc.—3 Diosc. *ελφοις.*—4 Idem, *λεύκη.*

CAP. CXI. 1 Vet. Dalec. *simile est.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

^m *Vulnera*] Diosc. loc. cit.

ⁿ *Thoracis desideriiis*] De hac voce diximus alibi. Simile illud Martialis l. 110. ‘Et desiderio coacta ventris,’ &c.

^o *Semen peculiariter*] Dioscor. loc. cit.

^p *Et malagmata [malagmate] Forte, et malagmata.*

^q *Sinon*] Sive, ut Diosc. vocat, *Σίσσων*, III. 64. Amomum officinarum est, pictum a Joan. Bauhino tom. III. p. 107. quale in horto Regio vidimus. Vide Notas et Emend. num. 16.

^r *Telephion*] *Τηλέφιον* Nicandro in Theriac. pag. 63. Hanc Fabam iuversam, Crassulamque, vocant offic-

næ. Galli, *Joubarbe des rignes, ou Fève épaisse, ou orpin.* Describitur a Lobelio in Advers. pag. 167. Delineatur a Dodonæo, pag. 130. Vidimus in horto Regio.

^s *Rami a radice*] Totidem verbis Diosc. II. 217.

^t *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

^u *Illinitur lentigini*] Sic etiam vitiligini albæ illini Diosc. ait loc. cit. moxque, ubi inaruerit, abstergi: *δεῖ μέντοι μετὰ τὸ ἀποξηρανθῆναι αὐτὰ ἀποψῆν.* Unde hoc loco *detergitur* forsan commodius legas.

^v *Illinitur et vitiligini*] Ei quam *λεύκην* vocant, ut diximus XXI. 75. Diosc. loc. cit.

nigriusque, foliis lenticulæ densis, amaris, adversis inter se. Decoctum^c ejus strangurias sanat in vino albo potum, addito cumino rustico. Illitum² cohibet^d capillos defluentes: aut, si effluerint, reparat. Alopeciasque^e densat tritum, et in oleo³ illitum. Sternumenta⁴ quoque gustatu movet.

CXII. Thalitruum^{1 f} folia coriandri habet, pinguiora paulo, caulem papaveris. Nascitur ubique, præcipue in campes-tribus. Medentur ulceribus folia cum melle.

CXIII. Thlaspi^g duorum generum est: angustis foliis digitali longitudine et latitudine, in terram versis, in cacumine divisis, cauliculo semipedali, non sine ramis: ^h peltarum¹ specie,ⁱ semine incluso lenticulæ effigie, nisi quod infringitur,^{2 j} unde nomen. Flos^k albicat. Nascitur¹ in

//////////

Succus Gronov. et vulgg. *Lesum* Chiff. *Lasion* cod. Dalec. unde Dalecampius conj. *Tusus*.—3 Vet. Dalec. *et cum oleo*.—4 *Sternumenta* Gronov. et al. vett.

CAP. CXII. 1 Ita eodd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. *Thalictrum* Diosc. *Thalietrum* Gronov. et vulgg.

CAP. CXIII. 1 Vet. Dalec. *folliculis peltarum*.—2 Idem Vet. *infractum*

NOTÆ

^a *Trichomanes*] Sive callithrix, ut diximus xxv. 86. Describitur iisdem plane notis a Dioscor. iv. 137.

^b *Adianto similis*] Nempæ minori. Duo enim adianti sunt genera, ut dictum est, xxii. 30. Majus alterum, quod et callitrichon, et polytrichon, et trichomanes appellatur: alterum minus, quod adiantum. Vide quæ ibi diximus.

^c *Decoctum*] Diosc. loc. cit.

^d *Illitum cohibet*] Vide Notas et Emend. num. 17.

^e *Alopeciasque*] Diosc. loc. cit.

^f *Thalitruum*] Sic Mss. omnes, etiam in Indice. Galeno de Fae. Simp. Med. lib. viii. p. 177. Θαλίητρον. Eadem fere de eo narrat, Dioscoridem secutus, iv. 98. Ruta pratensis herbariorum est, picta a Lobelio in Observ. p. 508. et a Dodonæo pag. 58. visa a nobis in horto Regio.

^g *Thlaspi*] Primum hoc θαλάσπειος genus a Dioscoride totidem verbis describitur ii. 186.

^h *Non sine ramis*] Cauliculo paucos agnasci ramulos Diosc. ait, loc. cit.

ⁱ *Peltarum specie*] Disci effigie, δισκοειδές, inquit Diosc. loc. cit. Pelta sane disci effigie est.

^j *Nisi quod infringitur*] Nisi quod fractum videtur, οίονει έντεθλασμένον, έξ ού και τδ όνομα έξσηκεν. Galenus similiter, de Antidotis i. 14. p. 889. Έχον δέ κατά τι μέρος έαυτού και οίον ένθλασμά τι μικρόν, άφ' ού και ώνομάσθη θαλάσι. Alii inde deductum nomen volunt, quod calculos frangat, βτι λίθους θρύπτει, ut docet Galenus κατά τόπους, x. 1. p. 629. Genera fere viginti in horto observavimus: quædam ex iis picta a Lobelio in Observ. p. 108. et 109.

^k *Flos*] Diosc. loc. cit.

semitis et sepibus. Semen asperi^{3 m} gustus, bilem et pituitam utrimque extrahit.ⁿ Modus^o sumendi, acetabuli mensura. Prodest^p et ischiadicis infusum, donec sanguinem trahat.⁴ Menses quoque ciet, sed partus necat. Alterum thlaspi,^{5 q} aliqui Persicum napy vocant, latis foliis, radicibus magnis, et ipsum utile ischiadicorum infusioni. Prodest et inguinibus utrumque. Præcipitur, ut qui colligit, dicat sumere se contra inguina, et contra omnes collectiones, et contra vulnera, unaque manu tollat.

cxiv. Trachinia¹ herba qualis sit, non traditur. Credo et falsum esse promissum Democriti. Portentosum enim est adalligatam triduo absumere lienes.

cxv. Tragonis,^r sive tragion, nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis, junipero¹ similis, et semine, et folio, et ramis. Succus ejus lacteus in gummi spissatus, vel semen,^{2 s} impositione spicula e corpore ejicit: tunditur recens



videtur.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *acris*, e Diosc.—4 ‘Hic vel Plinius, vel ejus librarii aliquid peccavere. Quis enim clysterem infundit, ut sanguinem trahat. Optime monuit eruditus Harduinus ex Diosc. II. 186. emendandum: *prodest ischiadicis infusum: potu sanguinem trahit: menses quoque ciet, et partus necat.* Ἄγει δὲ καὶ αἷμα ποθέν. Concretum nempe sanguinem exscreando educit.’ Brotier.—5 Gronov. *thlaspe*. Mox, *Persicum sinapi* Vet. Dalec. et sic Diosc.

CAP. cxiv. 1 *Trachynia* Dalec.

CAP. cxv. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *lentisco*, e Diosc.—2 Ita eodd. Harduini et Chiiff. cum edd. Harduii. 1. 2. 3. et recentt. *vel semel* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

¹ *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

^m *Semen asperi*] Hoc est, *acris*. Diosc. Σέρμα δριμύ.

ⁿ *Utrunque extrahit*] Inferne ac surperne purgat: vomitione, ac per alvum: ‘Ventreum sursum ac deorsum purgat,’ inquit auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 1002.

^o *Modus*] Diosc. loc. cit.

^p *Prodest*] Vide Notas et Emend. num. 18.

^q *Alterum thlaspi*] Totidem verbis hæc Cratevas apud Diosc. loc. cit. Ἰστορεῖ δὲ Κρατεβάς καὶ ἕτερον θλάσπι,

ὁ τινες Περσικὸν σίνηπι καλοῦσι, πλατύφυλλον καὶ μεγαλόβριζον, κ. τ. λ.

^r *Tragonis*] Hanc ipse supra attigit, XIII. 36. Easdem fere ejus herbarum notas affert Diosc. IV. 49. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, κ. τ. λ. folia lentisco similia facit, ut et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 236. Nobis adhuc ignota: neque enim Fraxinella est, ut Dodonæo aliisque placuit.

^s *Vel semen*] Diosc. loc. cit. totidem verbis: Ταύτης τὰ φύλλα, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ τὸ δάκρυον καταπλασσόμενα σὺν οἴνῳ ἐπισπᾶται σκόλοπας, καὶ πάντα

et cum vino illinitur, aut siccae farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit: mammisque unice medetur.

CXVI. Est et alia^t herba tragos, quam aliqui scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pusillis racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, et ipsa in maritimis nascens. Hujus ramorum X. aut XII. cacumina^u trita ex vino pota coeliacis, dysentericis, sanguinem exscreantibus, mensiumque abundantiae auxiliantur.

CXVII. Est et tragopogon,^v quem alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa, dulci, super caulem calyce lato, nigro.¹ Nascitur in asperis, sine usu.² ^w

CXVIII. Et de herbis quidem memoria¹ digna hactenus accepimus,² aut comperimus. In fine earum admonere non ab re judicamus, alias aliis³ virium aetates esse. Longissimo tempore durat elaterium, ut diximus: ^a chamæleon niger XL. annis: centaureum non ultra⁴ XII. Peucedanum sex.^b Aristolochia⁵ ac vitis sylvestris anno in umbra ser-



CAP. CXVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *semine nigro*, e Diosc.—2 Cod. Dalec. *usu manditurque*.

CAP. CXVIII. 1 Vet. Dalec. *haec memoria*.—2 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. *hactenus aut accepimus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *aliis alias* al. ante Brotier.—4 Cod. Dalec. *non extra*.—5 'Sic recte distinguendum e Theophr. Hist. Plant. ix. 14. Nec fuit addendum, *et aristolochia*.' Brotier. *Peucedanum et aristolochia* Gronov. et al. vett. *Peucedanum sex: et aristolochia* Har-

NOTÆ

τὰ ἐμπηγνύμενα. Folia, semen, et lacryma, impositione ex vino, spicula, omniaque corpori impacta evocant.

^t Est et alia] Diosc. iv. 51. Τράγος, οἱ δὲ σκορπίον, κ. τ. λ. Et hanc ipse Plinius delibavit antea xiiii. 37. Forte uva est marina major, quæ a Lobelio pingitur in Observ. p. 462. Asiatici cæli esse propriam Plinius ait loco mox citato.

^u Hujus ramorum cacumina] Eandem vim racemorum acinis decem e vino potis tribuit Dioscor. loc. cit.

^v Est et tragopogon] Dioscor. ii.

173. Τραγοπόγων, ἢ τετραπόγων, οἱ δὲ κόμην καλοῦσι, κ. τ. λ. Vide Saraceni notas in Diosc. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 297. qualem in horto Regio vidimus. Galli, servata Græci nominis significatione, *Barbe de bouc*, Hirci barbam, vocant.

^w Sine usu] Nullius in medicina usus. Alioqui in cibis manditur, teste Diosc. loc. cit.

^a Ut diximus] Lib. xx. c. 3. 'Fuit jam ducentis annis servatum.'

^b Peucedanum sex] Vide Notas et Emend. num. 19.

vantur.⁶ Et animalium^c quidem exterorum⁷ nullum aliud radices a nobis dictas attingit, excepta sphondyle,⁸ quæ omnes persequitur. Genus id serpentis^d est.

cxix. Ne illud quidem^e dubitatur, omnium radicum vim effectusque minui, si fructus prius maturescant: item seminum, ante radice propter succum incisa. Resolvitur autem omnium vis consuetudine: et desinunt prodesse, cum opus est, quæ quotidie in usu fuere, æque quam nocere. Omnes vero herbæ vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis, et in aquiloniis: item siccis.

cxx. Sunt et gentium^f differentiæ non mediocres: sicut accepimus de tincis¹ lumbricisque, inesse² Ægypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ populis: e diverso Græciæ, Phrygiæ³ omnino non innasci. Minus id mirum, quam quod in confinio Atticæ Bœoticiæque Thebanis⁴ innascuntur, cum absint Atheniensibus. Quæ contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas, ingenitasque iis vel certiores morborum omnium medicinas. Rerum enim omnium pa-



duin. 1. 2. 3. et recentt.—6^c E Theophrasto, loc. cit. mallet: *aristolochia ac vitis sylvestris anno, si in umbra serventur: ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾗ.* Brotier. *at vitis, &c. servatur margo* edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—7 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. eum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Rob. Constant. in voce, *σφονδύλη* cæterorum Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spondyli* Gronov. et al. vet.

CAP. CXIX. 1 Chiff. *ematurescant*: et sic ex optimis membranis legi vult Nic. Heinsius in Advers. III. 8. p. 461.

CAP. CXX. 1 Chiff. *sicut accipimus de taniis*.—2^c Chiff. *esse*; al. *innasci*: sic in Indice. Dalec.—3 Cod. Dalec. *populis diversis Græciæ, Phrygiæque*. Theophr. *Thraciæ*.—4 *Bæotis ac Thebanis* Theophr.—5^f Ita emendandum

NOTÆ

^c *Et animalium*] Vide Notas et Emend. num. 20.


^d *Genus id serpentis*] Insecti, odore tetri, de blattarum genere. Vide Constant. in Lexico, verbo *Σφονδύλη*.

^e *Ne illud quidem*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. IX. 14.

^f *Sunt et gentium*] Totidem plane verbis hæc Theophr. Hist. IX. 15. Ἡ δὲ ἔλμινς σύμφυτον ἐνλοῖς ἔθνεσιν· ἔχουσι γὰρ ὡς ἐπίπαν Αἰγύπτιοι, Ἀραβες, Ἀρμε-

νιοι, Σύροι, Κίλικες. Θράκες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ Φρύγες. Τῶν δὲ Ἑλλήνων Θεβαῖοι τε οἱ περὶ τὰ γυμνάσια, καὶ ὅλας Βοιωτοῖ· Ἀθηναῖοι δ' οὐ. Sic peculiariter certis regionibus morbos novimus: phthisin Lusitanis, strumam Hispaniæ Alpinisque, Narbonensi Galliæ hydrocelen, omnes quidem ex aëris gravitate natos. Vide Fernellium de Abditis Rerum Causis II. 11. p. 71.

rens⁵ nullum animal ad hoc tantum, ut pasceretur, aut alia satiaret,⁶ nasci voluit: artesque salubres inseruit et visceribus,⁷ quippe cum surdis⁸ etiam rebus insereret.⁸ Tum vero illa animæ^h auxilia præstantissima ex anima alia esse⁹ voluit, contemplatione ante cuncta mirabili.



suadent vestigia veteris scripturæ in codd. Reg. et Editione principe, quæ habet, *rursus enim rerum parens*. Cod. Reg. 1. *rursus enim eam rem parens*. Non ita bene emendatum in recentioribus editionibus, *enimvero rerum omnium parens*. Brotier. *Enimvero rerum omnium parens* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Vet. Dalec. *aut alvum satiaret*.—7 Alii ap. Dalec. *quin et artes salubres inseruit visceribus*.—8 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. Ita quoque Chiff. *inseruerit* edd. ante Brotier.—9 Cod. Dalec. *animalibus esse*.

NOTÆ

8 *Quippe cum surdis*] Inanimis et remedia ex alia vita peti natura vobignobilibus, ut dictum est XXI. 3. luit, hoc est, ex vivis pariter animalibus.

^h *Tunc vero illa animæ*] Illa vitæ libus.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXVII.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. II. *Hinc illa atrox peroratio ejus in digitum. Ortum fabulæ narrare, &c.*] Hæc sincerissima est, quam repræsentamus, scriptura Regii codicis 2. et Chiffletiani, et ejus quem Pintianus vidit, totidem plane literis apicibusque. In libris vulgatis, *peroratio ejus in digito mortuas. Fabulæ, &c.* Reg. 1. *in digito mortuum fabulæ.* Salmasius in Solin. p. 886. et 188. sic excogitabat: *peroratio ejus. En digitum!* Utrum igitur ab oratore demonstrari tum volebat digitum, cum hæc diceret, summe, an rei? Quo vero gestu motuque dexteræ rei digitum potius quam integram manum signaret? Gronovius subtilius aliquanto quam verius, *peroratio ejus in digitum maritum. Fabulæ, &c.* ut digitum maritus a Plinio appelletur, maritalis officii jocique speciei paritudo. Pudet his spurcitiis chartam inquinare. E digitis interim eum, qui medius est, 'impudicum' alii, cum Martiale; cum Persio alii 'infamem' vocant: ut eum, qui ei proximus est a pollice, 'salutarem.' Pollux lib. II. *καταπύγωνα, cινæδum.*

2. CAP. III. *Caulem quadrangulum,*

. . . *similem arctio*] In libris omnibus hactenus editis, *similem arctio*, hoc est, persolata, quod est longe falsissimum. Mss. Reg. Coll. Chiff. *arctio*, quos secuti sumus: imprimis Dioscoride ita suadente, ac totidem plane verbis Æthiopidem describente, IV. 105. *Καυλὸν τετράγωνον, καὶ τραχὺν, εὐκότα μελιτταίνῃ ἢ ἀρκτίῳ, μασχάλας ἀγιέντα πολλὰς, κ. τ. λ.*

3. CAP. XI. *Ambrosia rugi nominis est, et circa alias herbas fluctuati. Unam habet certam, densam, ramosam foliis rutæ circa imum caulem. In ramulis semen est, &c.*] Interpolatorum audacia, an inscientia, sic ad hunc diem in libris vulgatis legitur: *circa alias herbas fluctuati. Fruticem unum habet densum, ramosum . . . foliis rutæ. Circa imum caulem in ramulis, &c.* Voce una scilicet extrita, adjecta altera, interpunctione vitiata. Nos verba scriptoris integra, certamque sententiam, nec impeditam, ex codice Reg. et Coll. fide repræsentamus. Accedit et Diosc. ejus hæc sunt Plinianis omnino paria, III. 129. *Φύλλα ἔχει περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ ὡς πηγάνου. Τὰ δὲ καυλία περι-*

πλευα σπερματίων, εοικώτων βοτρυδίοις, κ. τ. λ.

4. CAP. XIII. *Et in vino retete ad phalangiorum morsus*] Apud Dioscoridem in libris vulgatis ita hodie legitur, III. 167. de anagyri: Πρὸς δὲ κεφαλαλίαν σὺν οἴνῳ. Prodest ad dolorem capitis ex vino. Cave porro credas cum Dalecampio, ceterisque, festinatione legendi nimia hallucinatum Plinium, πρὸς τὰ φαλάγγια tenere scripsisse: cum πρὸς κεφαλαλίαν scribere debuisset: nam ex Plinio potius Dioscoridem emendandum Dioscorides ipse admonet: qui medicamenta priorum librorum alio ordine in libris Ἐυπόριστων retexens, ubi de morbis capitis agit, anagyris mentionem nullam facit: ubi de phalangiis, principatum eidem ascribit, II. 121. Ἰδίως δὲ πρὸς φαλάγγια ὀνογύρον < δ'. Est autem ὀνόγυρος eadem quæ ἀνάγυρος, apud Nicandrum in Theriacis: ut observat Constantinus in Lexico.

5. CAP. XVII. *Hujus foliorum in aceto decocto per dies XL. poto lienem absumi aiunt. Et illinuntur autem: eadem sedante singultus*] Sic libri omnes editi, et Mss. Interpolat autem hanc scripturam in Elzeviriana editione Latius, in hunc modum: *Lienem absumi aiunt: et illinuntur autem eadem, sedantque singultus*: ut ad singultus illini tantum credas. Quod scriptoris quidem sententiæ planissime adversatur, ac Dioscoridis, qui ex eodem fonte hausit, III. 151. Δύναμις δὲ ἔχει τὰ φύλλα ἀποξερθέντα σὺν ὕξει καὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ', σπλήνα τήκειν. Δεῖ δὲ καταπλάσσειν καὶ τὴν σπλήνα τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ. Βοηθεῖ καὶ στραγγουρία καὶ λυγμῶ, κ. τ. λ.

6. CAP. XXVIII. *Sed hic absinthii inutilis stomacho capitique est, cum sit ille decocti saluberrimus*] Vocem hanc absinthii, quam libri omnes editi, et manu exarati agnoscunt, supervacuum esse Dalec. pronuntiat. Joan. Latius in edit. Elzevir. permutat vo-

cis illius sedem, ac post decocti reponit: alias perverti loci sententiam clamat. Ambo haud sane satis feliciter. Geminum absinthii succum Plinius secernit: alterum decocti aqua, his verbis: *Bibitur et decocti aqua, ac postea nocte ac die refrigeratum, &c.* Alterum expressi, quod in usu rarius: *Exprimitur autem, cum primum semen turgescit, &c.* Illum decocti succum saluberrimum esse in præsentia monet: istum expressi, inutilem. Sic ubi dilutum decoctumque absinthii Dioscorides approbavit, expressi succum idem improbat, III. 26. Ἔοικε δὲ, inquit, καὶ τὸ τοῦ χυλίσματος ἔργα ποιεῖν τὰ αὐτὰ: πλὴν εἰς τὰς πόσεις οὐ δοκιμάζομεν αὐτὸ, κακοστόμαχον, καὶ κεφαλαλγὸς ὄν. Existimatur et expressi succus eosdem præstare effectus. Attamen potionibus improbat, quod stomacho est inimicus, doloremque capitis ciet.

7. CAP. XXX. *Balloten alio nomine porrum nigrum Græci vocant*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Chiffli. aliique, tum hoc loco, tum in Indice, in quo diserte scribitur, *Ballots, sive porrum nigrum*. Libri haectenus editi, *Balloten alio nomine melampusionem Græci vocant*, ex interpolatorum scilicet officina: et quod intelligerent balloten esse reapse marrubium nigrum, et quod scriptum scirent a Dioscor. III. 117. Βαλλώτη, ἢ μέλαν πρᾶσιον, κ. τ. λ. Perinde ac si cum Græcos appellat, Dioscoridem unum Plinius designaret. Cum sciamus et apud Dioscoridem ipsum in Nothis, pag. 457. et apud Apuleium cap. 45. marrubium istud Νόσπρασσον, etsi mendose, pro κυνόςπρασσον, quod porrum caninum sonat, appellari. Nec tamen inficias ierim, id quod vidit jamdudum Ruellius de Nat. Stirp. III. 58. pag. 552. deceptum Plinium esse affinitate nominum, cum foliis quam porri majoribus balloten dixit, πρᾶσιον videlicet, pro πρᾶσιον legentem: quando folia ei porracea non sunt,

sed marrubii, aut apiastri. Quæ Salmasius hoc loco adversus Plinium coniecit, in Præfat. accepit ea a Nic. Leonico, cui facere satis conatus est olim Pandulphus Collinutius, in defensione Plinii, p. 206.

8. CAP. XL. *Theophrastus arboris genus intelligi voluit cratagon, sive cratagona*] Prius legebatur, *cratægonon sive cratægonon*. Ex Theophrasto, Hesychioque locum sanavimus: aliud enim, utroque illo auctore, *cratægonon* est, aliud *cratægus*. Ille Hist. III. 15. qui nunc a Plinio respicitur locus, *Κράταιγος δ' ἔστιν*, inquit, *ἦν οἱ δὲ κραταιγὸνα καλοῦσιν* ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὕμοιον μεσπλή, τετανδν, κ. τ. λ. Iste, *Κραταίγονον, βοτάνη, μεθ' ἧς πλεκουσι. Κραταίγος, δένδρον*.

9. CAP. XLV. *Cuculi folia*] Ita rescripsimus admonitu Regii codicis 1. et Marcelli Empir. cap. ult. pag. 250. 'Herba euculus,' inquit, 'trita, in reliquam partem noctis imposita, mire dolores podagræ sanat.' Index tamen, *Culicus, sive strumus, sive strychnos*. Quin et Reg. 2. et Chiff. hoc loco *Culiculi folia* præ se ferunt. Libri vulgati, *Cucubali folia*. Forte pro *Cucubali*, quasi malefici, ἀπὸ τοῦ κακὸν βάλλειν. Est enim solani genus, ut diximus. Diosc. in Notulis: *Στρώχνος κητᾶιος, οἱ δὲ ἡμερον, Ῥωμαῖοι στρούμουμ, οἱ δὲ κακουβαλοῦμ, κ. τ. λ.*

10. CAP. XLVII. *Sistit alvum dipsacos*] Hæc ante nos male divulsa distractaque sic legebantur, *Sistit alvum*. Ut ad coccum Cnidium, de quo superiore sectione, pertinere pars ea videretur. Mox nova instituta periodo, *Dipsacos, &c.* At alvum sisti Cnidio grano, et vetustis scriptoribus, et experientiæ ipsi adversatur: Dioscoridi quidem diserte cieri eo alvum affirmanti, IV. 173. Galeno quoque, de Facult. Simp. Med. lib. VII. p. 192. Theophrasto item, Hist. I. 22. Διδὸ καὶ θταν δίδωσι κατὰ ποτὸν (δίδωσι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν)

ἐν ἄρτω ἢ στέατι περιπλάττουσι. *Dipsaci* vero radicem exsiccandi vim quandam habere, *ξηραντικὴν εἶναι*, apud Galenum reperio de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 169.

11. CAP. LXXII. *Lycapsos*] *Hermolaus Lycopsis* ex Dioscoride scripserat: cum libri omnes manu exarati, et impressi typis, ut Reg. Colb. tum hoc loco, tum in indice, Parm. edit. aliique, *Lycapsos* pertinaciter exhiberent. Ab *Ægineta Λυκαψὸς* pariter dicitur. A Nicandro, in Theriac. pag. 60. *Λύκοψον* pro *Λύκαψον*. Dioscoridi tamen, ut diximus IV. 26. *Λύκοψις*.

12. CAP. LXXIX. *Medion folia habet iridis sativæ*] Malim vero *sevidis* cum Hermolao ac Pintiano legi, quam *iridis*. Nam qui sylvestrem irin a sativa discriminaret, nondum vidi. Diosc. IV. 18. *Μήδιον . . . ἔχει φύλλα ὕμοια σέριδι*. Etsi quædam exemplaria *ἴριδι* præ se ferunt: sed mendose scilicet. Oribasius enim *σέριδι* transtulit. Tamen in Plinianis Mss. *iridis*.

13. CAP. XCI. *Tertium genus oreon vocatur, in montibus nascens, arundini teneræ simile, uno caule, densis geniculis, et in se fractis*] In Reg. 2. et in se *infractis*. Genus hoc polygoni plane cum polygono fœmina Dioscoridis congruit, præter solum natale, quod Plinius montuosum, Dioscorides, ceterique herbarii, et in his Dodonæus a quo delineatur, pag. 113. quale vidimus in horto Regio, aquosum esse volunt. Sed aquosus colles Plinius haud dubie intellexit, quem situm poterio quoque cap. 97. adjudicat. Ex Dioscoridea porro descriptione effici id modo in rem nostram videtur commode posse, ut non *in se fractis*, sed *in se faretis*, vel *in se infaretis*, scribi oporteat: ut sententia sit genicula alia aliis tubarum modo inseri et infarciri. Sic enim ille, IV. 5. *Θαμνίον ἐστὶ καλαμοειδὲς, γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις, ὡσπερ σάλπιγγος. Fructus est exiguus, tener, aru-*

dini similis, geniculis densus, quorum alia aliis tubarum modo inseruntur, infarciunturque.

14. CAP. CIV. *Eadem contritu, addita muria et oleo e mænis, anginam eximie curari tradunt*] Abest vox ea e mænis, in libris ad hunc diem vulgatis. In Reg. 2. hemina: in Chiffi. heminis legitur. Quam vocem Plinii editores cum minus perciperent, ablegandam exterendamque censuerunt. Muriam seu garum e mænis commendari hic suspicati haud temere sumus: atque ita se rem habere certus auctor extitit ipse Plinius, qui hanc ipsam medicinam totidem fere verbis antea occupavit, xxvi. 11. quam nunc iterum revocat: 'Proserpinaca,' inquit, 'cum muria ex mænis et oleo trita, vel sub lingua habita,' anginæ medetur.

15. CAP. CV. *Bibitur contra . . . tormina, asperitates, capitis gravitates, &c.*] Displicuit hæc vox *asperitates* viris criticis, qui quæ vis ei voci subesset assequi non potuere. *Suspiria* Pintianus: Gronovius *herpetas* rescripsit. Pintianum Gronovius aspernatur: nec nobis admodum Gronovii conjectura placet: sunt enim *ἔρπητες*, ut ipse admonet, ulcera manantia atque serpentia. Ad ea porro sananda, quis qui rem medicam vel a limine salutarit, bibi quicquam, non imponi, illini, inspergite jusserit?

16. CAP. CIX. *Sinon concoctiones facit, sapore simillima piperi*] Abest hæc vox *sinon* a libris ad hunc diem vulgatis, atque in *simul* transformata superiori sententiæ annectitur. Errorem deprehendimus, tum ex orationis ipso contextu: nam si hæc ad smyrnii semen pertinerent, *simillimum piperi* dici ars postulare, et mox *idem*, non *eudem in dolore efficax*. Tum vero ex Reg. 2. codice, atque ex Indice Ms. Reg. Colb. &c. in quo disertè legimus, *Smyrniū XXXII. Sinon II. Σισων*, ut monuimus, a Dios-

coride appellatur, III. 64. nigro semine id esse dicitur, apio simile, ferventisque gustus, quale nimirum non smyrnio inest, sed piperi. Galenus quoque de Fac. Simp. Medic. lib. VIII. pag. 228. concoctiones eo juvari ait, urinas mensesque cieri: *οὐρητικός τ' ἐστὶ, καὶ πεπτικός, ἐμμήνων τε προκλητικός, κ. τ. λ.*

17. CAP. CXI. *Illitum cohibet capillos defluentes*] In libris hactenus editis, *succus cohibet, &c.* Verum sequitur mox, *densat tritum, et in oleo illitum*, quæ ad succum referri Grammaticæ leges vetant. In Mss. Reg. Colb. Chiffi. *lesum cohibet*. Nos interim ex conjectura *illitum*. Diosc. IV. 136. de adianto, cui vim parem trichomanes habet: *καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ σὺν κονία καὶ οἴνω σμηχόμενον τρίχας ρεούσας παρακρατεῖ. Affricatum ejus decoctum cum lixivio et vino defluentes capillos cohibet atque confirmat.*

18. CAP. CXIII. *Prodest et ischiadicis infusum, donec sanguinem trahat*] Diosc. II. 186. de thlaspi: *Ἐγκλύζεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιαδικούς· ἄγει δὲ καὶ αἷμα ποθὲν, καὶ τὰς ἐντὸς ἀποστάσεις ῥήγνυσι. Κινεῖ δὲ καὶ καταμήνια, καὶ ἔμβρυα φθείρει. Prodest et ischiadicis infusum: potu sanguinem educit, nempe concretum exsereando educit, internosque abscessus rumpit: menses quoque ciet, et partus necat.* An festinatione nimia Græci scriptoris verba, quæ Dioscorides representat, præpostere Plinius acceperit: an amanuensium potius vitio depravata Latini auctoris verba fuerint, atque ita restituenda in integrum, *Prodest et ischiadicis infusum: potu sanguinem trahit*, aliis relinquimus æstimandum. Infundi certe elystere quicquam, donec eliciatur sanguis, non medicina nobis, sed pena haud levis videtur.

19. CAP. CXVIII. *Peucedanum sex: aristolochia ac vitis sylvestris anno in umbra servantur*] Hactenus legebatur, *Peucedanum et aristolochia, &c.* Erro-

rem detexit Theophrastus, a quo hæc manarunt, *Histor. ix. 14.* Ὁ μὲν γὰρ ἐλλέβορος, inquit, καὶ τριάκοντα ἔτη χρήσιμος· κενταυρὶς δὲ δέκα καὶ δώδεκα. Πευκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ. Ἀμπέλου δὲ ἀγρίας ἐνιαυτὸν, εἴαν ἐν σκιᾷ ἢ καὶ ἀπληκ-

terorum] Libri omnes *ceterorum* præ se ferunt: mendose, ut ex Theophrasto discimus, quem Plinius nunc transcribit. Is enim loco cit. τῶν δ' ἔξω θηρίων, inquit, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἄπτεται βίξῃς οὐδεμίας· ἢ δὲ σφονδύλη πασῶν.

20. *Ibid.* *Et animalium quidem ex-*



C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXVIII.

Medicinæ ex animalibus.

I. (1.) **DICTÆ** erant naturæ omnium rerum,¹ inter cœlum ac terram nascentium, restabantque quæ ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transversos,^a ex ipsis animalibus quæ sanantur, reperta majore medicina. Qui ergo dixerimus herbas, et florum imagines, ac pleraque inventu rara ac difficilia, iidem tacebinus quid in ipso homine prosit homini, ceteraque genera remediorum inter nos viventia? Cum præsertim, nisi carenti doloribus morbisque vita ipsa pœna fiat. Minime vero: omnemque insumemus operam,² licet fastidii

//////////

CAP. I. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *omnium rerum naturæ* al. ante Brotier. Mox, *ac terras* Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quin omnem insum. operam* Gro-nov. et vulgg.

NOTÆ

^a *Auferrent transversos*] Sic usus obtinuit, ut ea vox scriberetur: codices optimi, Reg. et Colb. *traversos*. Sic 'tralatitium' et 'tralucens' dicimus, et 'tralucidum,' ex probatioribus libris. Agi vel auferri transversum dicimur, cum veluti vi et impetu

quodam ab instituto deflectimur. Sic Livius Bell. Maced. 'Abstulerunt me velut de spatio Græciæ res immixtæ Romanis: non quia ipsas operæ pretium esset perscribere, sed quia,' &c.



periculum urgeat: quando ita decretum est, minorem gratiæ, quam utilitatum vitæ, respectum habere. Quin immo externa quoque, et barbaros etiam ritus indagabimus. Fides tantum auctores appellet.^a Quanquam et ipsi consensu prope judicata eligere laboravimus, potiusque curæ rerum, quam copiæ institimus. Illud admonuisse perquam necessarium est, dictas jam a nobis naturas animalium, et quæ cujusque essent inventa:^b (neque enim minus profuere medicinas reperiendo, quam prosunt præbendo:) nunc quæ in ipsis auxilientur indicari, neque illic in totum omissa.^b Itaque hæc esse quidem alia, illis tamen connexa.

II. Incipiemus autem ab homine, ipsum sibi exquirentes, immensa statim difficultate obvia. Sanguinem quoque^c gladiatorum hibunt, ut bibentibus procul^d sint comitiales morbi:^e quod spectare facientes in eadem arena feras

^a Ad obtinendam fidem auctores tantum jurabit appellare.

^b Neque in tractatione animalium ea remedia, quæ ex iis petenda sunt, penitus sunt a nobis prætermissa.

^c Comitiali morbo affecti.



CAP. II. 1 Alii quandoque; Vet. Dalec. plerique; alii vett. ap. eundem, namque.—2 ‘Optime et totidem literis Mss. Reg. 5. et 6. In Editione principe, procul sit. Pessime emendatum in recentioribus editionibus, ut *viventibus poculis comitiales morbi*. Miror eruditum Harduinum scribere: ‘Sic libri omnes, tum editi, tum exarati manu, quos vidi, quosque non vidi.’ Ego ne unum quidem Ms. Reg. vidi qui haberet, *poculis*. Mss. Reg. 1. et 2. habent *populis*.’ Brotier. Cod. Dalec. habet, *ut bibentibus procul sit*; edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut viventibus poculis, comitiales morbi*;

NOTÆ

^b Et quæ cujusque essent inventa] Lib. VIII. c. 41. et XXV. 50. 54.

^c Sanguinem quoque] Celsus III. 23. de comitiali morbo: ‘Quidam, jugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo sese liberarunt: apud quos miserum auxilium tolerabile miserius malum fecit.’ Tertull. in Apolog. c. 10. ‘Item illi, qui munere in arena noxiorum juglatorum sanguinem recentem avida siti comitiali morbo medentes auferunt, ubi sunt?’ Sic etiam Cælius Aurel. Chron. I. 4. de epilepsia. Simile istud remedium


est, quod Scribonius Largus affert Compos. 18. ‘Item ex jecinore gladiatoris jugulati partientiam aliquam novies datam consumant. Quæque ejusdem generis sunt, extra medicinæ professionem cadunt, quamvis profuisse quibusdam visa sunt.’

^d Ut bibentibus procul [*viventibus poculis*] Viventia pocula eleganti translatione vocat ea, quæ calentem adhuc et quasi spirantem sanguinem continerent: quod et habere in se vitam, et præstare haurientibus eam videbantur: plane ut animam ipsam ac

quoque horror est. At hercule illi ex homine ipso sorbere³ efficacissimum putant calidum spirantemque, et una ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora fas sit humana.⁴ Alii medullas crurum quærent, et cerebrum infantium. Nec pauci apud Græcos singulorum viscerum membrorumque etiam saporos dixere, omnia persecuti usque ad resegrina unguium. Quasi vero sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morboque dignum in ipsa medicina :^d egregia hercule frustratione, si non prosit. Aspici humana exta nefas habetur, quid manditi? Quis ista invenit ostenta? Tecum enim res erit, ever-sor juris humani, monstrorumque artifex, qui primus ea condidisti: credo, ne vita tui oblivisceretur. Quis invenit singula membra humana mandere? qua conjectura inductus? Quam potest medicina ista originem habuisse? Quis veneficia innocentiora effecit,⁵ quam remedia? Esto, Barbari externique ritus invenerint, etiamne Græci suas fecere has artes? Extant commentationes Democriti, ad alia noxii hominis e capite ossa plus prodesse: ad alia, amici et hospitis. Jam vero vi interemti dente gingivas in dolore scarificari,^f Apollonius efficacissimum scripsit: Miletus,⁶ oculorum suffusiones felle hominis sanari. Artemon^h cal-

^d Simulque morbo dignum fieri, qui tam crudeli medicina utatur.

^e Quis effecit ut innocentiora jam veneficia videri possint, quam remedia talia?



Vet. Dalec. ut viventibus poculis ad comitiales morbos.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sorberi Gronov. et al. vett.—4 Chiff. ora mos sit humanus.—5 Chiff. fecit.—6 Meletus in eodem codice.—

NOTÆ

salutem sorberi in ipsis crederes. Vide Notas et Emend. num. 1.

^e Fas sit humana] In Reg. 1. Fas sit humanus. In Reg. 2. et Chiff. mos sit humanus. Quid magis arideat, arbitrii esto legentium.

^f Scarificari] Mss. omnes, Reg. et Colb. aliique, scarifari.

^g Miletus] Reg. 2. Melctes. Chiff. Meletos. Forte Melitus, ut dicemus

in Auctorum Indice. At Reg. 1. Miletos.

^h Artemon] Et Scribonius Largus Compos. Med. c. 2. ad comitalem morbum, Compos. 16. 'Sunt et qui sanguinem ex vena sua missum bibant, aut de calvaria defuncti terna cochlearia sumant per dies triginta.' Q. Serenus c. 58. de comitali morbo, p. 161. 'Præterea pluvias hominis

varia interfecti, neque cremati,⁷ propinavit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem suspensio intererenti catapotia fecit contra canis rabiosi morsus Antæus.⁸ Atque etiam quadrupedes homines⁹ sanavere, contra inflationes bonum, perforatis cornibus inserentes ossa humana: ubi homo occisus esset, aut crematus, siliginem, quæ pernoctasset, suum morbis dando. Procul a nobis nostrisque literis absint ista. Nos auxilia¹ dicemus,¹⁰ non piacula: sicubi lactis puerperarum usus mederi poterit,¹¹ sicubi saliva, tactusve corporis, ceteraque similia. Vitam quidem non adeo expetendam¹² censemus, ut quoquo modo trahenda sit. Quisquis es talis, æque¹³ moriere, etiam cum obscœnus vixeris, aut nefandus. Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiva morte: idque in ea optimum,¹⁴ quod illam sibi quisque præstare poterit.¹⁵

III. (II.) Ex homine remediorum primum maximæ quæstionis, et semper incertæ est, valeantne¹ aliquid^j verba et incantamenta carminum. Quod si verum est, homini acceptum ferri^k oportere conveniat.² Sed viritum sapientis-



7 *Artemon c. i. igne cremari* cod. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *rabiosi m. Antheus* Gronov. et vulgg. *rabidi m. Antheus* cod. Dalec.—9 ‘Mallem homine. Litera s e sequenti voce arcesita videtur.’ Brotier. Mox, *contra inflammationes* margo edd. Dalec. et Gronov.—10 Chiffli. *dicimus*.—11 Ita codd. Dalec. et Regg. Brot. 1. 2. 6. In cod. Reg. 5. et Editione principe omissum *poterit*.—12 Vet. Dalec. *extendendam*: et mox in eodem, *pertrahenda sit*.—13 Chiffli. *æquo*.—14 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in eaque id optimum* Gronov. et al. vett.—15 Chiffli. *possit*; alii ap. Dalec. *potest*.

CAP. III. 1 Chiffli. *polleantne*.—2 Ita codd. Regg. et Chiffli. In codd. Dalec. Regg. Brot. 5. 6. et Editione principe, *convenit*. Gronov. al. vett.

NOTÆ

quas calva supina Excepit projecta sinu consumere prodest.’

¹ *Nos auxilia*] Nos ex homine, inquit, remedia quæremus duntaxat vulgaria, et paratu facilia: sicubi lacte mulierum, sicubi saliva, sicubi aliquo tali opus fuerit: cetera quasi

piaula vitabimus.

^j *Valeantne aliquid*] Sic Reg. 1. In Reg. 2. et Chiffli. *polleantne aliquid*.

^k *Homini acceptum ferri*] Mss. *acceptum fieri*.

simi cuiusque respuit fides. In universum vero omnibus horis³ credit vita, nec sentit. Quippe victimas cædi sine precatione non videtur referre,¹ aut Deos⁴ rite consuli. Præterea alia sunt verba impetritis,^m alia depulsoriis,⁵ alia commendationis.⁶ Vidimusque certis precationibus obsêcrasse summos magistratus: et ne quid verborum præteatur, aut præposterum dicatur, de scripto præireⁿ aliquem: rursusque alium custodem dari qui attendat: alium vero præponi, qui faveri⁷ linguis jubeat: tibicinem canere,^p ne



Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *conveniet*.—3 Cod. Dalec. *hominis*.—4 Ita cod. Reg. Brot. 2. et Editio princeps. In cod. Reg. 5. *un Deos*. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nec Deos*.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *impetrentis a. depulsoris* Vet. Dalec. *impetrantis a. depulsoris* Gronov. et vulgg.—6 ‘Ita quidem libri omnes scripti et editi. At certe legendum, *commendationis*, ut patet e Val. Max. 1. 1.’ Brotier. Vet. Dalec. habet etiam *commendationis*.—7 Vet. Dalec. et Turneb. *favere*.—

NOTÆ

¹ *Non videtur referre*] Non videtur prodesse, nihil juvare vulgò creditur: non videtur ad rem, ut rite peragenda est, pertinere: nihil enim agitur sacrificando sine precibus. Vide Notas et Emend. num. 2.

^m *Impetritis*] Si libri omnes conditivi, moxque *depulsoriis*, non, ut editi, *impetrantis* et *depulsoris*. ‘Impetritum’ dixere quondam auspices, pro ‘impetratum.’ Impetrata sacra, quæ latis prosperisque fulguribus evocandis, aliisque auspiciis sunt addicta: conciliandorum numinum causa, ut certa, firma, ac secunda, petentibus denunciarent. Depulsoria, quæ ostentis omnibus averruncandis seu depellendis dicata. Quid vero commendationis sacra sint, nondum exploratum. *Commendationis* forte legi satius fuerit, cum Valerius Maximus statim initio libri primi dicat, ‘prisco instituto rebus divinis operam dari, cum aliquid commendandum est, precatione: . . . cum inquirendum vel extis, vel sortibus, impetrato: cum solenni ritu per-

agendum, sacrificio: quo etiam ostentorum ac fulminum denuntiationes procurantur.’ Quæ tria ipsa sacrorum genera videntur esse, quæ Plinius modo recenset. Impetritum et in Plauti fabula leges, quæ Asinaria inscribitur, II. 1. 11.

ⁿ *De scripto præire*] Recitare, et quasi prælegere. Hujus moris exempla vel unus Latinæ linguæ The-saurus plura suppeditabit. Subintellige porro hoc loco ‘præire aliquem alicui:’ nam verbum infiniti modi ‘præire,’ ante se accusativum hunc ‘aliquem’ habet, non regit, admittit post se.

^o *Qui faveri*] Ita libri omnes. Turnebo magis placet, *favere*. Seneca de Vita Beata c. 26. ‘Favete linguis: hoc verbum non, ut plerique existimant, a favore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.’ Quæ Plinii quoque hoc loco mens est. Aliter forte Festus, verbo ‘Faventia:’ ‘Præcones clamantes,’ inquit, ‘populum sacrificiis favere jube-

quid aliud exaudiatur: ^q utraque memoria insigni, quoties ^a ipsæ diræ ^r obstrepentes nocuerint, quotiesve precatio erraverit, sic repente extis adimi capita vel corda, aut geminari victima stante. Durat ⁸ immenso ^s exemplo Deciorum patris filiique, quo se devovere, carmen. Extat Tucciæ ⁹ ^t

^a Est illud utrumque sane dignum memoria, notatum in Annalibus esse, quoties, &c.

//////////

8 Ita ex codd. Harduinns et recentt. *Durantque* Gronov. et vulgg. *Durat* deest in cod. Dalec.—9 *Tuciæ* in multis codd. Val. Max. viii. l. 5. et sic Dionys. Halic. ii. 69. *Tuklas ðrova*. Alii Valeriani codd. habent, *Tucciæ*, *Tutiæ*, *Tuctiæ*, *Taccio*. Mox, *incesti deprecatio* margo edd. Dalec. et Gronov.—

NOTÆ

bant: Favere enim est bona fari. At veteres poetæ pro silere usi sunt favere.’

^p *Tibicinem canere*] Ovidius Fast. vi. 657. lepide: ‘Temporibus veterum tibicinis usus avorum Magnus, et in magno semper honore fuit. Cantabat fanis, cantabat tibia ludis, Cantabat mæstis tibia funeribus.’ Iterumque: ‘Quæritur in scena cava tibia: quæritur aris.’ Hostias apud Romanos ad tibicinem immolatas, hæc Tulli inprimis verba testantur, in Rull. lib. ii. cap. 82. ‘Erant hostiæ majores, in foro constitutæ, quæ . . . probatæ, ad tibicinem et præconem immolabantur.’ Et in consecratione solitum adhiberi tibicinem, idem est auctor, pro Domo sua, num. 125. Sacra peragentem cum astante tibicine lapis antiquus exhibet, apud Gruterum p. 1007. nummice Domitiani, quibus hæc adjecta epigraphæ, cos. xiiii. lvd. SAEC. F. ‘Ludos sæculares fecit.’

^q *Exaudiatur*] Ab eo qui sacra peragit: ne quid ejus mentem a precatioe avocet.

^r *Quoties ipsæ diræ*] Vel diræ obscœnæque volucres: vel execrationes potius, ut cap. seq. imprecationesque, quæ ab inimicis effundebantur horrendæ, Deos quosdam inauditos com-

pellantibus, quibus quicumque devotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cic. de Divin. i. 29. ‘M. Crasso quid acciderit vidimus, dirarum obnuntiatione neglecta.’

^s *Durat immenso*] Carmen quo se Decius pater devovit, extat apud Livium lib. viii. pag. 139. alterum, quo filius, lib. x. pag. 180.

^t *Extat Tucciæ*] *Tuklav*, *Tuciam*, vocat Dionys. Halic. Antiq. lib. ii. pag. 129. ubi hoc ipsum refert, quod Plinius. Valerius Max. viii. l. 5. pag. 369. ‘Eodem auxilii genere Tucciæ virginis Vestalis incesti criminis reæ castitas infamiæ nube obscurata emersit: quæ conscientia certæ sinceritatis suæ, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro, Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper admovi manus, effice ut hoc hauriam e Tiberi aquam, et in ædem tuam perferam. Andacter et temere jactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.’ Meminere et August. de Civit. Dei x. 16. et Tertull. in Apolog. cap. 22.—‘Est apud Patinum p. 75. n. 3. post Ursinum, nummus argenteus, sic inscriptus: c. CLDIVS. C. F. Caput Dæ Floræ, cinctum floribus: retro, flos, vel papaver. .). Vestalis capite velato sedet, lucernam dextra tenet. E-

Vestalis incestæ precatio, qua usa aquam in cribro tulit, anno Urbis DCIX.¹⁰ ^u Boario vero ^v in foro Græcum Græcamque defossos, aut aliarum gentium, cum quibus tum res esset, etiam nostra ætas ^w vidit. Cujus sacri precationem, qua solet præire quindecimvirum ^x collegii magister, si quis legat, profecto vim carminum fateatur, ea omnia approbantibus octingentorum ^y triginta annorum eventibus. Vestales nostras hodie credimus nondum egressa Urbe mancipia fugitiva retinere in loco precatione: ¹¹ cum si semel ¹² recipiatur ea ratio, et Deos preces aliquas exaudire, aut illis moveri verbis, confitendum sit. De tota conjectatione ^b ¹³ ^z prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere, difficillimumque ex his, etiam fulmina elici,^c ut suo loco docuimus.^a

^b *Controversia.*

^c *Et quod est ex omnibus his difficillimum, posse etiam fulmina elici prodidere.*

10 Merula super Enn. pag. 177. DXIX.—11 Chiffi. *precationis*.—12 *Quod si s. Vet. Dalec.*—13 ¹ Ita Mss. Reg. 1. 2. 5. 6. et Editio princeps.

NOTÆ

pigraphæ: VESTALIS. Sententia est: 'Caius Clodius,' Tribunus plebis, ut videtur, 'Caii filius,' pariter Tribuni plebis. 'VESTALES Inclusit Septetis.' Percussus hic nummus est sub P. Clodio Marci filio Tribuno plebis, qui memoriam rei gestæ ab uno celeberrimo e majoribus suis, sic revocavit.' *Ed. sec.*

^u *Anno Urbis DCIX.*] Vide Notas et Emend. num. 3.

^v *Boario vero*] Fuit in Urbis regione octava, in qua et Forum Romanum.

^w *Etiam nostra ætas*] Plutarchus, qui non Græcum Græcamque modo, sed et Gallum simul Gallamque defossos refert, id quoque haud multis ante se annis contigisse ait, οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν, in *Quæst. Rom.* pag. 283. ut ad Vespasiani tempora referendum id videatur, vel certe

Neronis. Sed et illud prius accidisse Livius narrat, lib. xxii. pag. 225.

^x *Quindecimvirum*] Erant tria apud Romanos veteres amplissima Collegia sacerdotum. Pontificum videlicet, Augurum, et Decem, vel Quindecimvirorum sacris faciundis, qui Sibyllini vocabantur. His deinde et quartum accessit aruspicum. A Syl-la quindecimviri instituti sunt, cum prius decem omnino forent: ad hos ludorum sæcularium procuratio pertinebat.

^y *Octingentorum*] Hæc certa anni illius nota, quo Plinius hæc condidit: Urbis annus scilicet dcccxxx.

^z *De tota conjectatione* [*conjectatione*] De tota quæstione, lite, controversia. Vide Notas et Emend. num. 4.

^a *Ut suo loco docuimus*] Lib. ii. cap. 54.

IV. L. Piso^b primo Annalium auctor est, Tullum Hostilium regem ex Numæ libris eodem, quo illum, sacrificio Jovem cœlo devocare conatum, quoniam parum rite quædam fecisset, fulmine ictum. Multi vero^c magnarum rerum fata et ostenta verbis permutari. Cum in Tarpeio^d fodientes delubro fundamenta, caput humanum invenissent, missis ob id ad se^e legatis,¹ Etruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatumque cernens, interrogatione in suam gentem transferre tentavit, scipione prius determinata templi imagine in solo ante se: 'Hoc ergo dicitis, Romani? Hic templum Jovis optimi maximi futurum est: hic caput invenimus:' constantissima Annalium affirmatione, transiturum fuisse fatum in Etruriam, ni præmoniti a filio vatis legati Romani respondissent: 'Non plane hic, sed Romæ inventum caput dicimus.' Iterum id^f acci-



Male in recentioribus, *conjectione*. Miror eruditum Harduinum testari Mss. omnes Reg. Colb. Chiff. aliosque habere, *conjectione*.¹ Brotier. *conjectatione* edd. vett. et Gronov. *conjectione* Chiff. ap. Gronov. et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *talia credidere* Chiff.

CAP. IV. 1 'Ita bene cod. Reg. 2. Non ita bene codd. Regg. 1. 5. 6. et Editio princeps, *a se*. Missi erant legati ad Olenum Calenum.' Brotier. *missis ob id a se legatis* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *missis ob id a senatu dele-*

NOTE

^b L. Piso] Refert hoc etiam Livius lib. 1. pag. 12. 'Ipsam regem (Tullum) tradunt volentem commentarios Numæ, cum ibi quædam occulta solennia sacrificia Jovi Elicio facta invenisset, operatum his sacris se abdidisse: sed non rite initum, aut curatum id sacrum esse . . . et fulmine ipsum cum domo conflagrasse.' Valerius cum Max. 1x. 12. pag. 452. Perstinxit eam historiam jam supra Plinius II. 51.

^c Multi vero] Subintellige, *auctores sunt*, ex antecedentibus.

^d Cum in Tarpeio] Rem narrat festive Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. IV. pag. 258. tacito modo vatis Oleni nomine proprio. Camillus apud Livium lib. V. sub finem: 'Hic Ca-

pitolium est, ubi quondam capite humano invento, responsum est eo loco caput rerum, summamque imperii fore.' Varro de Ling. Lat. lib. IV. pag. 3. 'Capitolium dictum, quod hic cum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput humanum inventum dicitur. Hic mons ante Tarpeius dictus, a Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi ab Sabinis necata armis, et sepulta,' &c.

^e Missis ob id ad [a] se] Ab iis qui fodientes caput humanum invenissent: vel *ad se* fortassis, hoc est, ad vatem Etruriæ Olenum. In libris post Hermolaum editis, ipso auctore, a *Senatu* legitur. In Parm. et Reg. Colb. aliisque, *a se*.

^f Iterum id] Curram filium Tus-

disse tradunt, cum in fastigium ejusdem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace crevissent: et iterum simili modo retentum augurium. Hæc satis sint, exemplis ut appareat, ostentorum vires et in nostra potestate esse: ac prout quæque accepta sint, ita valere.

In augurum certe disciplina constat, neque diras, neque ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes, observare se ^s ea ² negaverint: quo munere divinæ indulgentiæ majus nullum est. Quid? non et legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt? ‘Qui fruges^h excantasset.’ Et alibi,

//////////

gatis Chiffi. *missis ob id a Senatu legis* Gronov. et vulgg.—2 Chiffi. *observasse ea.* Mox, *quod monere dir. ind. majus donum nullum est. Quinetium et leg.* cod. Dalec.—3 Rævardus, *excantassit*; et mox, *incantassit.* August. de Civit.

NOTE

cis opificibus Jovis Capitolini fastigio imponendum Tarquinius locarat, qui in fornace in tantam molem excrevit, ὥστε μόλις ἐξαιρεθῆναι τὴν ὄροφὴν ἀποσκευασαμένων τῆς καμίνου, καὶ τῶν τοίχων περιαιρεθέντων, ita ut fornacis ablato culmine, parietibusque dejectis, ægre educeretur. Id quia visum est vatibus cæleste felicitatis prodigium iis, penes quos ea quadriga foret, statuere Veientes repetentibus Romanis non tradere, inquit Plutarchus in Poplicola, pag. 103. mox tamen alio angnrio territi, quod retulimus VIII. 65. dedidere. Sic panis, quem Macedonum regina Perdiccæ famulo coquebat, cum in furno cresceret, duplo major quam erat, regnum ei portendit, ut est anctor Herodotus Urania lib. VIII. num. 137. pag. 508. *Διπλήσιος ἐγένετο αὐτὸς ἐώυτοῦ.*

^s *Observare se*] Vel, ut in aliis codd. legitur, *observasse se.* Vidit hunc veterum morem Servius, ad hos Maronis versus, statim initio Æneid. XI. ‘Æneas (quanquam et sociis dare tempus humanis Præcipitant curæ, turbataque funere mens est)

Vota Deum primo victor solvebat Eoo.’ ‘Consuetudo,’ inquit, ‘Romana fuit, ut polluti funere minime sacrificarent. Si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore funestaretur quis, et cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat ut ante sacra completeret, quam finis agnosceret. Unde etiam Horatius Pulvillus, in Capitolii dedicatione, cum ab inimicis ei filius nantiaretur extinctus, ut quidam putant, falso: ut alii, pro vero: ait, Cadaver sit; nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret. Secundum quem ritum etiam Æneas inducitur ante operam dare sacrificiis, et sic ad sociorum et Pallantis sepulcrum reverti.’

^h *Qui fruges*] Tabula VIII. cap. 2. Excantare hoc loco est magicis carminibus obligare, seu impedire quominus quid crescat, adolescat, vel in maturitatem perducatur, imbribus forte intempestivis attractis, vel bonis necessariisque repulsis. Quod Seneca Natur. Quæst. IV. 7. de ea re agens, sic docet: ‘Apud nos,’ inquit, ‘in XII. tabulis cavetur, Ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc

‘Qui malum carmen incantasset.’ Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in oppugnationibusⁱ ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari Deum, cujus in tutela id oppidum esset: promittique illi eundem, aut amplio-rem apud Romanos cultum. Et durat⁴ in pontificum disciplina id sacrum: constatque ideo^j occultatum, in cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent.



Dei, ubi occantasset: et sic Turneb.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. aut amplio-rem locum apud Romanos, cultumve. Durat Gronov. et vulgg. Et du-

NOTÆ

antiquitas credebatur, et attrahi imbribus cantibus, et repelli: quorum nihil posse fieri tam palam est, ut huius rei causa nullius Philosophi schola intranda sit.’ De incantamentis ejuscemodi multa erudite congerit Gothofredus in Cod. Theod. lib. 1x. tit. 16. de Maleficiis, &c. pag. 117.

ⁱ In oppugnationibus] Macrobius Saturn. 111. 9. ‘Constat omnes urbes in alienius Dei esse tutela, moremque Romanorum arcanum, et multis ignotum fuisse, ut cum obsiderent Urbem hostium, eamque jam capi posse confiderent, certo carmine evocarent tutelares Deos: quod haud aliter urbem capi posse non crederent: aut etiamsi posset, nefas existimarent Deos habere captivos. Nam propterea ipsi Romani et Deum in cuius tutela urbs Roma est, et ipsius urbis Latinum nomen ignotum esse voluerunt.’

^j Constatque ideo] Sic Macrobius loco allato. Sed et ignotos aliarum similiter urbium Deos, ex carmine in obsidionibus præcini solito a Pontifice, intelligi sane potest: cujus hæc formula est, ex Sammonico, et Furio, quos Macrobius appellat auctores, Saturn. 111. 9. pag. 405. ‘Si Deus, si Dea est, cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime, ille qui urbis huius

populique tutelam recepisti, precor, venerorque, veniamque a vobis precor, ut vos populum civitatemque Carthaginiensium deseratis: loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquantis, absque his habeatis: eique populo, civitati que metum, formidinem, oblivionemque injiciatis, proditique Romam ad meosque veniatis: nostraque vobis loca, templa, sacra, urbs acceptior probatioque sit: mihi quoque populoque R. militibusque meis præpositi sitis, ut sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templaludosque facturum.’ Plutarchus in Quæst. Rom. pag. 278. ‘Cur tutelarem Romæ Deum, masne sit an fœmina, dicere nefas est: cum Valerium Soranum male periisse narrent, qui illud edidisset.’ Huc spectat vetus apud Gruterum inscriptio, pag. 7. SIVE. DEO. SIVE. DEAE. C. TER. DEXTER. Atque hinc intelligis non Athenienses solum, sed et alias gentes ‘Ignoto Deo’ sacrificasse. Lucano lib. 11. dicitur ‘Dedita sacris Incerti Judæa Dei:’ quod quo ille esset nomine appellandus, non liqueret.—‘Ignoto Deo’ quo sensu sacrificasse Athenienses dicti sint ab Apostolo Paulo, exposuimus in Commentariis, quos in Acta adjuvante Deo conscripsimus.’ Ed. sec.

Defigi quidem^k diris deprecationibus⁵ nemo non metuit. Huc pertinet¹ ovorum, ut exsorbuerit quisque, calyces, cochlearumque, protinus frangi, aut eosdem cochlearibus^m perforari. Hinc Theocritiⁿ apud Græcos, Catulli apud nos, proximeque Virgillii incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo: non pauci etiam serpentes ipsas recanere:^{6°} et hunc unum illis

//////////

rat Chiffi.—5 Cod. Chiffi. *precationibus*.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt.

NOTÆ

^k *Defigi quidem*] Simili, si memini, forma loquendi usus Seneca, in libris de Beneficiis: 'Execraris enim illum, et caput sanctum dira imprecatione defigis.' Sane defigendi verbum sortilegorum est. Paulus, v. Sentent. tit. 23. ex Mss. 'Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint,' &c. In libris editis, 'interfigerent.' Apuleius de Virt. Herb. cap. de leontopodio: 'Si quis devotus defixusque fuerit in suis nuptiis, sic eum resolves.' Vetus interpres Horatii: 'Ita te defigam novis et insolitis maleficis, ut mentem nunquam recipias.' Glossæ Philoxeni: *Defixiones, νεκρομαντῖαι, καταδεσμός*. Has porro execrationes vim eam habere Romani arbitrabantur, nemo ut sic devotus posset evadere. Seneca idem Epist. 94. pag. 418. 'Noceat qui execrantur: nam et horum imprecatio falsos nobis metus inserit,' &c. Horat. Epod. v. 89. 'Diris agam vos: dira detestatio Nulla expiatur victima.' Execrationum formulas vide apud Brissonium lib. 1. pag. 110.

¹ *Huc pertinet*] Cum nomina, vel simulacra, vel ovorum testæ ac pungebantur, hoc veneficio lædi homines existimabant. Id maleficium ut occuparent, averterentque, ipsi ovorum, cochlearumque putamina

frangebant: qui mos hodieque alicubi durat, ut ipsi vidimus.

^m *Cochlearibus*] Horum jam olim usus in sorbendis ovis et cochleis. Martial. in Xenii, XIV. 121. enjus lemma, 'Cochlearia,' subintellige, ligula: 'Sum cochleis habilis: sed non minus utilis ovis,' &c.

ⁿ *Hinc Theocriti*] Ex uno Marone disce reliquos. Hujus Ecloga octava, a versu 64. plane est incantamentorum amatoria imitatio: 'Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vitta, Verbenasque adole pingues, et mascula thura: Conjugis ut magis sanos avertere sacris Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt. Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. Carmina vel cælo possunt deducere Lunam: Carminibus Circe socios mutavit Ulyssæi: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,' &c.—'Catulli nihil est simile, inter opera quæ nunc circumferuntur.' *Ed. sec.*

^o *Serpentes...recanere*] Ita Reg. 1. et 2. aliique optimæ notæ codices, non, ut editi, *incantari*. Ut cantu angues rumpi veteres existimabant: sic angues ipsos censebant, si præsentirent, recanere, et incantationem referre ac diluere. Nec recanere modo, sed et præcanere, cum veneficium subodorati angues, anteoocu-

esse intellectum, contrahique ^a Marsorum ^p cantu, etiam in nocturna quiete. Etiam parietes incendiorum deprecationibus ^b conscribuntur. Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia abrogen⁷ fidem validius an Latina inopinata,^q et quæ irridicula ⁸ videri cogit animus, semper aliquid immensum expectans, ac dignum Deo movendo, immo vero quod numini imperet. Dixit Homerus,^r profluvium sanguinis vulnerato femine Ulyssem ⁹ inhibuisse carmine: Theophrastus,^s ischiadicos sanari. Cato prodidit^t luxatis membris carmen auxiliare,^{10 u} M. Varro podagris. Cæsarem dictatorem, post unum ancipitem vehiculi casum,^v

^a Congregari. ^b Ad deprecanda depellendaque incendia.

//////////

incantari Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *derogent* Gronov. et vulgg.—8 ‘Ita codd. Regg.’ Brotier. et quæ ridicula Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ulyxem* Gronov. et al. vett.—10 Gronov. *auxiliari*; cod. Chiffli. edd. Har-

NOTÆ

pabant. Tibullus i. 8. ‘Cantus et iratae detinet anguis iter.’ In Sacris ipsis Codicibus, Psal. 57. mentio est ‘aspidis surdæ, et obturantis aures suas: quæ non exandiet vocem incantantium, et venefici incantantis sapienter:’ sive hæc ad veritatem, sive ad vulgi mentem dicta sunt a regio vate.—‘Hoc est, incantatoris in ea arte experti, ac periti.’ *Ed. see.*

^p *Marsorum*] De horum veneficiis Lucilius Sat. xx. ‘Jam dirumpetur medius: jam ut Marsi colubros Dirumpit cantu, venas cum extenderit omnes.’ Et Pomponius in Pistoribus: ‘Mirum ni hæc Marsa est: in colubros callet canticulam.’

^q *An Latina inopinata*] Cujusmodi plurima habet Marcellus Empir. de Medic. et ante eum Cato de Re Rust. passim.

^r *Dixit Homerus*] Ulyssis humerum carmine sanasse filios Autolyçi, et inhibuisse sanguinem scribit Home-

rus, Odyss. T. 457. Ἐπαιδῆ δ’ αἶμα κέλαιον Ἔσχεθον. Plinius ἔσχεθεν legit, ut ab ipso Ulysse pronuntiatum carmen indicaret.

^s *Theophrastus*] Opere de ἐνθουσιασµῶ, ut docent Athenæus lib. xiv. p. 624. et Apollonius in Hist. Mirab. c. 49. Vide etiam Gellium iv. 13. p. 302. Martianum Capellam lib. ix. p. 313. ubi multa de Musicæ vi ac laude. Cælius Aurel. i. 5. ubi de Phrygio, Dorio, ceterisque numeris ac modis, ad sanandum insanix morbum utilibus.

^t *Cato prodidit*] Locum retulimus xvii. 47.

^u *Carmen auxiliare*] Vide Notas et Emend. num. 5.

^v *Cæsarem . . . post . . . vehiculi casum*] De eo casu Suetonius in Julio c. 37. ‘Gallici triumphi die Velarum prætervehens, pæne curru excussus est, axe diffracto,’ &c. Vido et Dionem lib. xliii. p. 224.

ferunt semper, ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum ¹ aucupari solitum.

v. Libet hanc partem ¹ singulorum quoque conscientia coarguere.^c Cur enim primum ^a anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur? Cur publicis ^b lustris etiam nomina victimas ducentium prospera legimus? Cur et fascinationibus ² adoratione peculiari occurrimus alii, Græcam Nemesin ^c invocantes: cujus ob id ^d Romæ simulacrum in Capitolio ^e est, quamvis Latinum nomen non

^c *Placet hanc doctrinæ partem iis rebus confirmare quæ singuli se facere sibi sunt conscii.*

//////////

duin. 1. 2. 3. et recentt. *auxiliare*.—11 ‘Chiff. iterum; sed proculdubio perperam. Conjicies facile ex his quæ notat Casaubon. super Sueton. pag. 28. n. 31.’ Dalec.

CAP. v. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Licet hac in parte* Vet. Dalec. *Licet hanc in partem* Gronov. et vulgg.—2

NOTÆ

^a *Cur enim primum*] Kalendas Januariarum designat, jam tum mutuis salutationum officiis celebres, qui mos hodieque constantissime perseverat. Vide Notas et Emend. num. 6.


^b *Cur publicis*] Inter ea quæ boni omnis gratia superstitiose magis, quam religiose, servabantur, haud postremum id fuit, quod ‘cum Censor populum lustraret,’ inquit Cicero de Divin. 1. 102. ‘bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur.’ Quod idem in delectu Consules observabant, ut primus miles fieret bono nomine. In publicorum quoque vectigalium locatione, Lucrinus, propter lucri sonum nomini inhærentem, primus locabatur: quod Festus tradit, aliisque exemplis omnium religiosam observationem confirmat: ‘Lacus,’ inquit, ‘Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur fruentus, omnis boni gratia: ut in delectu censeve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius.’ Vide plura

apud Brisson. de Formul. lib. 1. p. 14. et 92. Augusto utique apud Actium descendentem in aciem omen victoriæ fuisse fertur agasonis occursus, cui nomen Eutychus, cum asiuo, cui Niccon erat, ut est a Tranquillo notatum in Augusto c. 116. ‘Prospera nomina,’ ‘bona nomina,’ nomina sunt bene ominata.

^c *Græcam Nemesin*] Arrogantiæ, insolentiæque vindicem Deam. Vide Constantinum in Lexico, verbo Νέμεσις. Alii esse Fortunam aiunt. Favent antiqui lapides apud Gruterum, p. 80. DEÆ. NEMESI. SIVE. FORTVNÆ. Et, VIRGINI. VICTRICI. SANCTÆ. DEÆ NEMESI. Et p. 73. FORTVNÆ. RHAMNVSIE. Est enim Rhamnusia Nemesis, ut dicemus xxxvi. 4. Invidiam esse alii arbitrantur. Ansonius: ‘Ecce ubi si cumulat mea purpura, (mitibus audi Auribus hoc, Nemesis,) post me dignatur oriri Augustus Consul.’

^d *Cujus ob id*] Ad fascinationes amoliendas.

sit? Cur ad mentionem^f defunctorum, testamur memoriam eorum a nobis non solicitari? Cur impares numeros^g ad omnia vehementiores credimus: idque in febribus^h dierum observatione intelligitur? Cur ad primitiasⁱ pomorum, hæc vetera esse dicimus, alia nova optamus? Cur sternuentes salutamus?^j quod etiam Tiberium Cæsarem, tristissimum (ut constat) hominum, in vehiculo exegisse tra-



Chiffi. *Cur effascinationibus.* Mox, *occurrimus alias* Vet. Dalec.—3 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *Cur sternumentis salutamur* Gronov. et vulgg. *Cur sternumentis salutamus* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *alia sternumentis salutamus* Chiffi. *salutamus* etiam cod. Dalec. Vide Misc.

NOTÆ

^e *Capitolio*] Plinius xi. 103. de Nemesi: 'Quæ Dea Latinum nomen,' inquit, 'ne in Capitolio quidem invenit.'

^f *Cur ad mentionem*] Etiam et apud nos vulgus pacem jam mortuis precatur, ubi eorum mentio incidit: *Dieu lui fasse paix.* Et hos *μακαρτας* dicimus. Horatius, 'Omnes composui: felices.' Solicitare manes et Seneca dixit in Octav. i. 3.

^g *Cur impares numeros*] Festus: 'Imparem numerum antiqui prospere hominibus esse crediderunt.' Maro Eclog. viii. 'Numero Deus impare gaudet.' Ubi Servius: 'Impar numerus immortalis, quia dividi integer non potest: par numerus mortalis, quia dividi potest. Licet Varro dicat Pythagoreos putare imparem numerum habere finem, parem esse infinitum: ideo medendi causa, multarumque rerum, impares numeros servari.' Quare etiam in illis *ἐπωδαῖς, περιπτοῖς*, et amuletis, quibus suos libros Marcellus Empiricus, Apuleius, Alexander Trallianus, et alii, refererunt, frequens is numerus occurrit. Vide Gellium i. 10. ne si 'de numero multum loquimur,' ut ait August. de Civit. xi. 31. 'mensuram et pondus negligere ju-

dicemur.'

^h *Idque in febribus*] Celsus iii. 4. ubi de febrium curatione agit: 'Est autem alia,' inquit, 'de diebus ipsis dubitatio: quoniam antiqui potissimum impares sequebantur: eosque, tanquam tunc de ægris judicaretur, *κρίσιμους* nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, septimus, quartus decimus, vigesimus primus: ita ut summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde uni et vigesimo daretur. Itaque sic ægros nutriebant, ut dierum imparium accessiones expectarent,' &c. Scripsit libros tres de diebus decretoriis Galenus, tomo viii. quos consule.

ⁱ *Cur ad primitias*] Simile quoddam carmen tritum antiquitus sermone vulgi, in vini novi degustatione, recitat Brissonius de Formul. lib. i. p. 91.

^j *Cur sternuentes* [*sternumentis*] *salutamus*] Sic Mss. Reg. Colb. Chiffi. et Parm. edit. non, ut reliquæ, *salutamur*. Quin et *sternuentes* magis arrideret. Vide Aristotelem Probl. xxxiii. 7. et 9. p. 829. ubi docet cur sacra res sit habita sternutatio. Cur sternumenta salutentur, Athen. lib. ii. Vide et Xenoph. Cyropæd. lib. iii.

^k *Et aliqui nomine*] Sternuentes, in-

dunt. Et aliqui⁴ nomine^k quoque consalutare religiosius putant. Quin et absentes¹ tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est. Attalus affirmat, scorpione viso, si quis dicat ‘duo,’ cohiberi, nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinaat aliquid, nisi præfatus ‘Africam.’^d In ceteris vero gentibus, Deos obtestatur,⁵ ‘ut velint.’ Nam si mensa adsit, anulum ponere^m tralatitium videmus. Quin etiamⁿ multas⁶ religiones pollere manifestum est. Alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat.^e Pollices,^o cum fa-

^d Nemo in Africa aliquid agere animo destinaat, quin prius hanc vocem efferat, Africa: vel paremiam, Semper Africa aliquid apportat novi.

^e Ejus rei quæ sollicitum habet animum prosperum procurat eventum.



Obs. tom. iv. p. 437. Mox, hominem Chiff. — 4 Alioqui Chiff. — 5 Chiff. obtestatus; alii ap. Dalec. obtestantur. — 6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. nullum ponere tralatitium videmus etiam, quoniam multas Gronov. et al. vett. anulum ponere tralat. videmus: quin etiam multas Chiff. et Turneb. videmus, quoniam multas etiam cod. Dalec. videmus. Quinetiam multas Vet. Dalec. —

NOTE

quit, appellato nomine proprio consalutant. Petronius in Satyr. p. 353. ‘Giton, collectoris spiritus plenus, ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret: ad quem motum Enmolpus conversus, salvere Gitona jubet.’ Græci non nomine compellabant, sed verbis aliis, ut Ζεῦ, σῶσον. Jupiter, servato. Ammianns, in Anthol. 11. 13. Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν βῆν’ ἀπομύσσειν, Τῆς βῆνδς γὰρ ἔχει τὴν χεῖρα μικροτέρην. Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν παρῆ: οὐ γὰρ ἀκούει Τῆς βῆνδς, πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει. Mungendo Procli manus est nec idonea naso, Quid mirum? naso nam minor ipsa manus. Nec sibi sternutans, sit, ait, bene: quippe nec audit Nasum qui tantum distat ab auriculis.

¹ Quin et absentes] Aristænetus, Epist. lib. 11. Οὐκ ἐβόμβει σοι τὰ ὦτα, ὅτε σου μετὰ δακρῶν ἐμνήμην: Non tibi tinniebant aures, cum tui lacrymans meminisses? Virgilius, aut quisquis est alius, in Catalectis: ‘Garrula

quid totis resonans mihi noctibus auris Nescio quem dicis nunc meminisse mei?’ Et illud etiam adjiciebant, si auris sinistra tinniret, inimicum nostri tum meminisse, amicum, si dextera.

^m Anulum ponere] Sic Mss. Reg. 2. et Chiff. Prius ridicule, nullum ponere.

ⁿ Quin etiam] Sic laudati codices. Editi, etiam quonium, ut et Reg. 1. Forte pro: Et jam, quoniam . . . manifestum est, alius saliva, &c.

^o Pollices] Antiquitus in pollice, inquit Erasmus, Chiliad. 1. cent. 8. adag. 46. favoris erat studiique significatio. Qui faveret, pollicem premebat: qui minus faveret, pollicem convertibat. Qui gestus in proverbium abierunt: ut jam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto faveret: convertere, qui male vult. Juvenalis: ‘Converso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter.’ Certe presso ad medium digitum pol-

veamus, premere etiam proverbio jubemur. In adorando dexteram ad osculum^p referimus, totumque corpus circumagimus: ^q quod in lævum fecisse, Galliæ^r religiosius credunt. Fulgetras poppysmis^s adorare, consensus gentium est.

NOTÆ

lice, et in indicem relapso, sonitum dare consuevimus, et vel sic favorem significare.

^p *In adorando dexteram ad osculum*] Sive, ut loquuntur alii, manum oī, sive, ut Apuleius Met. lib. iv. dextram oribus admovemus. Sicut apud Orientis populos veneratio ostendebatur variis flectendi corporis formis, ita apud Græcos manum ad os admovendo, quod proprie est προσκυνεῖν, a κύω et κυνέω, quod est osculari. Nec aliud significat Latinum *adorare*, non ab *orare*, id est, *precari*, factum, ut imperiti homines existimant, sed ab eo quod manus admoveatur ori. Lucianus φιλῆσαι δεξιὰν dixit: Galli quoque, *Buiser les mains*. De eo ritu vide Brissonium de Formul. lib. i. p. 37. et 38.—‘Et ea his adijce, si lubet, quæ Muretus habet Varr. Lectt. x. l. ‘Quam vetus sit consuetudo, in honore alieni habendo, manum suam ad os admovendi.’ Veri tamen similis est, ‘adorandi’ verbo Plinium hoc loco adorationem Numinum intellexisse, æque quam altero hujus orationis membro, sive circumlacione corporis. Hunc ipsum adorandi luminaria cæli ritum apud nationes Jobus ipse respicit, xxxi. 26. sq. ‘Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incedentem clare, et lætatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo.’ Pervasit hæc idololatria, sive cultus solis ac Lunæ, in Judæam ipsam sub Manasse, ex iv. Reg. 23. 5.’ *Id. sec.*

^q *Circumagimus*] Præceptum id Numæ fuit, ut auctor est Plutarchus in ejus vita, p. 69. Προσκυνεῖν προστρε-

φόμενος, *Circumage te, cum Deos adoras*. Cujus moris varias ibi causas affert, quas tu vide, si vacat.

^r *Galliæ*] Hujus Gallicæ adorationis typum exhibet marmor peranti-quum quod parieti affixum est Divonæ Cadurcorum, explicatum proluxe a Joan. Bapt. Bello de Templ. Augur. c. 9. p. 172. Romani e contrario a dextra sinistram versus in orbem convertiebant sese: quod et a nostris sacerdotibus in suis ad aram conversionibus hodieque religiosissime observatur: aliter atque prisce illi Galli, qui sinistrorsum, et a læva dextram versus, circumagebantur. Quod et, opinor, Posidonius intellexit, cum de Celtis agens, apud Athen. lib. iv. p. 152. Τὸς θεοὺς προσκύνουσιν, inquit, ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. Romani moris Plautus eommeminit in Curenl. l. 1. 69. ‘Quo me voltam, nescio. PA. Si Deos salutas, dextroersum censeo.’

^s *Fulgetras poppysmis*] Hoc est, complosione manuum. Ποπύζω enim non modo est *sibilo*, hoc est, labris compressis acutiorem quendam oris sonum edo, sed et *demulceo*, *blande attrecto*, quomodo equos nondum perdomitos adulamur: denique, *collis manibus inter se plausum edo*. Apud Aristoph. in Vespis, p. 474. Philocleo quidam senex ita loquitur, ut se dicat poppysantibus fulguraturum. Tunc interpret antiquissimus morem hunc esse nit, uti ad fulgetras poppyssetur. Verba senis hæc sunt: Κὴν ἀστράψω Ποπύζουσι. Tum interpret hæc: Ἔθος γὰρ ταῖς ἀστραπαῖς ποπύζειν. Quasi complosis manibus ad deliniendum Jovem.

Incendia inter epulas nominata aquis sub mensas⁷† profusis abominamur. Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum, aut, bibente conviva, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum judicatur. Servii Sulpicii principis⁸ viri commentatio est, quamobrem mensa linquenda non sit: nondum enim plures⁹‡ quam convivæ numerabantur. Nam sternumento¹⁰ revocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non esse.^f Hæc instituire illi, qui omnibus negotiis horisque interesse credebant Deos: et ideo placatos etiam vitiiis nostris reliquerunt. Quin et repente conticescere convivium^g annotatum est, non nisi in pari præsentium numero: isque famæ¹¹ labor est, ad quemcumque eorum pertinens.^h Cibus etiam e manu prolapsus reddebatur, utique per mensas: vetabantque munditiarum causa deflare. Et sunt condita auguria, quid¹² loquenti cogitative id acciderit:‡

^f Non edere.

^g Convivas.

^h Tunc vero singulorum convivarum famæ periclitatur: nam in quemlibet ejus silentiî culpa confertur.

[‡] Certa statutaque diversa auguria, prout quid loqueretur aut cogitaret is, cui id accidisset.

7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sub mensa* cod. Dalec. et Fulv. Ursin. annot. ad Ciacc. p. 145. *sub mensam* Chiff. *sub mensis* edd. vet. et Gronov.—8 Cod. Dalec. *principulis*.—9 Vet. Dalec. *mensæ plures*; al. vet. *plures servi*. Mox, *tres convivæ* V. C. teste Fulv. Ursin. App. ad Ciacc. p. 143.—10 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sternumento* Gronov. et al. vet.—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *numero: qua in re famæ* Gronov. et vulgg.—12 Vet. Dalec.

NOTE

† *Incendia . . . aquis sub mensas*] Ita Reg. 1. At Reg. 2. et Chiff. *sub mensam*. At non aqua solum, sed mero etiam profuso incendiis occurrere sese significabant. Petron. in Fragm. Sat. pag. 279. ‘Hæc dicente eo gallus gallinæus cantavit: qua voce confusus Trimalchio, vinum sub mensam jussit effundi, lucernamque etiam mero spargi: immo annulum trajecit in dexteram manum, et, Non sine causa, inquit, hic buccino signum dedit: nam aut incendium oportet

tet fiat, aut aliquis in vicinia animam abjiciat. Longe a nobis,’ &c. Hæc videtur fuisse abominandi, seu deprecandi incendiî formula.

‡ *Nondum enim plures*] *Mensæ videlicet*. Mores temporum suorum scilicet sugillat, cum mensæ plures, quam convivæ forent, ad ostentationem luxus, sumtasque profusi, sternerentur. Libris omnibus invitis, Fulvius Ursinus, in Append. ad Petr. Ciaccon. p. 145. legit, *Nondum enim plures, quam tres convivæ*.

inter execratissima, si pontifici accidat dicis causa ^v epulanti. In mensa utique id reponi, adolerique ad Larem,^w piatio est.^j Medicamenta, priusquam adhibeantur, in mensa forte deposita, negant prodesse.¹³ Ungues reseccari^x nundinis Romanis tacenti, atque a digito indice, multorum pecuniæ ^y religiosum est. Capillum vero contrectari, contra defluvia ac dolores capitis xvii. Luna, atque xxix. Pagana lege ^z in plerisque Italiæ prædiis caveatur, ne mulieres per itinera ¹⁴ ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei, præcipueque frugum. M. Servilius ^a Nonianus,¹⁵

^j *Expiatio infelicitis ominis, auguriique mali depulsio, averruncatio est.*

si quid. Mox, in eodem Vet. cogitante exciderit, inter execratissima si Pontifici ac Ditis causa epulanti. In mensa utique aliquid deponi, &c. 'Dicis causa'] Ita codd. Regg. 1. 2. Dicis causa aliquid fit, cum perfunctorie, nec ex animo. Talia facta a pontifice memorat Cicero in Orat. pro Domo sua. Plura vide apud eruditum Brissonium in Lexico. In Editione principe aliisque, Ditis causa.' Brotier.—13 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. negantur prodesse Gronov. et vulgg.—14 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. Miller. et Bipont. ne per itinera Harduin. 2. 3. et Franz.—15 Non

NOTÆ

^v *Dicis [Ditis] causa]* Dum sacra Plutoni facit. Tamen Reg. 1. et 2. *dicis causa*, quod est forte sincerius, quasi δίκης ἕνεκα, hoc est, νόμον χάριν, perfunctorie, ac per simulationem. De ea voce vide Vossium in Etymol. verbo 'Diea' . . . 'Dicis causa fiebant quædam,' inquit Varro de Ling. Lat. lib. v. 'neque item facta, neque item dicta semper.'

^w *Ad Larem]* Laribus offerri solitæ primitiæ epularum: quod Horatius innuit n. Sat. 5. 23. 'Dulcia poma, Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores, Ante Larem gustet venerabilior Lare dives.'

^x *Ungues reseccari]* Similis superstitionis illud, quod refert Æsius quidam apud Petron. in Sat. pag. 369. 'Audio,' inquit, 'non licere cuiquam mortalium in nave, neque un-

gues, neque capillos depouere, nisi cum pelago ventus irascitur.'

^y *Multorum pecuniæ]* Nundinantium scilicet. Ita libri omnes, etiam manu exarati. Suspiciabatur Gronovius legi commodius posse, atque digito indice moveri pecuniam religiosum est.

^z *Pagana lege]* Quæ in pagis scilicet obtinebat. Inde et paganalia sacra, quorum peculiaris ratio fuit. De voce 'paganus' multa eruditi disputant, quæ sunt ab instituto nostro, et argumento eo in quo sumus, longe abhorrentia. Consule, si otium est, quæ de eo argumento congerit Gothofredus in cod. Theod. lib. xvi. tit. 10. de paganis, pag. 251. et 252.

^a *M. Servilius]* M. Servilius Rufus Nonianus Consulatum gessit cum C. Cestio extremis fere Tiberii Imp. temporibus.

princeps civitatis, non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret, aliusve ei prædiceret, duabus literis Græcis *P* et *A* chartam inscriptam, circumligatam lino, subnectebat collo: Mucianus,¹⁶ ter consul, eadem observatione viventem muscam in linteolo albo: his remediis carere ipsos¹⁷ lippitudine prædicantes.^b Carmina quædam^c extant contra grandines, contraque morborum genera, contraque ambusta, quædam etiam experta: sed prodendo obstat ingens verecundia, in tanta animorum varietate. Quapropter de his, ut libitum cuique fuerit, opinetur.¹⁸

VI. (III.) Hominum monstrificas naturas et veneficos aspectus diximus^d in portentis gentium, et multas animalium proprietates, quæ repeti supervacuum est. Quorundam hominum tota corpora prosunt, ut ex his familiis quæ sunt terrori serpentibus, tactu ipso levant percussos, suctuve modico.^e Quorum e genere^f sunt Psylli, Marsique, et qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ²^g ex qua familia



nianus Chiffli.—16 Ita Chiffli. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. Mutianus Gronov. al. vett. et Franz.—17 Vet. Dalec. *seipsos*.—18 Vet. Dalec. *libitum fuerit quisque opinetur*.

NOTÆ

^b *Prædicantes*] Servilius et Mucianus.

^c *Carmina quædam*] Plura tibi suggeret Marcellus Empiricus. Etiam e Sacris Paginis repetita Fernelius, lib. de Abditis Rerum Causis II. 16. pag. 90. et 91.

^d *Hominum . . . diximus*] Lib. VII. c. 2.

^e *Suctuve modico*] Sic etiam Reg. 1. cod. In Reg. 2. et Chiffli. *tumido*, male. Deterius vero Chiffletius ipse, *suctuve modico*. Egregie in eam rem Celsus v. 27. cujus verba ex parte tantum retulimus, VII. 2. ‘Ad serpentium morsus,’ inquit, ‘homo adhibendus est, qui vulnus exsugat. Neque hercules scientiam præcipuam habent hi qui Psylli nominantur, sed

audaciam usu ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, ut quædam etiam venatoria venena, quibus Galli præcipue utuntur, non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque colubra ipsa tuto estur, ictus ejus occidit. Et si stupente ea, quod per quædam medicamenta circulatores faciunt, in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea saliva noxa est. Ergo quisquis exemplum Psylli secutus id vulnus exsuxerit, et ipse tutus erit, et tutum hominem præstabit.’

^f *Quorum e genere*] Vide quæ diximus VII. 2.

^g *In insula Cypro*] Vide Notas et Emend. num. 7. De voce *ὀφιογενείς*

legatus Evagon³ nomine, a consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus experimenti⁴ causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum ejus familiæ est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. Atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliva. Nam in insula^h Nili Tentyri nascentes⁵ tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Horum omnium generum in sua repugnantia interventum quoque mederi constat: ^a sicuti aggravari vulnera introitu eorum, qui unquam fuerint serpentium canisve dente læsi. Iidem gallinarum incubitus, pecorum⁶ foetus, abortu vitiant. Tantum remanet virus, excepto semel malo, ut venefici fiant venena passi.^b Remedio est, ablui prius manus eorum, aquaque illa eos, quibus medearis, inspergi. Rursus a scorpione aliquando percussi, nunquam postea a crabronibus, vespis, apibusve feriuntur. Minus miretur hoc qui sciat vestem a tincis non attingi, quæ fuerit in funere: serpentes ægre præterquam læva manu extrahi: e Pythagoræ⁷ inventis non temere fallere,ⁱ impositivorum nominum imparem vocalium numerum clauditates, oculive^s orbitatem, ac similes casus, dextris assignare partibus, parem lævis.^c

^a *Homines horum omnium generum si interveuerint, mederi eos constat vel sola præsentia demorsis a serpentibus, quibus adversantur.*

^b *Ex accepto semel veneno tantum virus sese in corpus insinuat, ut omnia veneno deinde ipsi inficiant, qui venenum exceperunt semel.*

^c *E Pythagoræ inventis istud raro fallit, quo docet in nominibus quæ imponuntur fere, si sit impar vocalium numerus, portendere ea clauditates, orbitatem oculorum, similesque casus, (si quidem ii futuri sint,) a dextra parte fore; si par, a læva.*

//////////

CAP. VI. 1 Chiffi. *tumido*.—2 *Paro* Chiffi. et Turneb.—3 Ita codd. Harduini, Chiffi. Turneb. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Exagon* Gronov. et al. vett.—4 Cod. Dalec. *experimentum*.—5 Vet. Dalec. *nalantes*.—6 Idem Vet. et pecorum.—7 Gronov. et al. ante Harduin. *extrahi*. CAP. IV. *Pythagoræ*.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin.

NOTÆ

diximus VII. 2. 'Crates . . . genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat,' &c.


^h *Nam in insula*] Vide quæ diximus VIII. 38.

ⁱ *E Pythagoræ . . . fallere*] Subintellige, *sciat*, ex antecedente periodo. Unde planum fit, quam imperite egerint Pliniani editores, qui, distracta præpostere auctoris sententia, ab his

(IV.) Ferunt difficiles partus statim solvi, cum quis tecum, in quo sit gravida, transmiserit lapide, vel missili, ex his, qui tria animalia singulis ictibus interfecerint,⁹ hominem, aprum, ursum.¹⁰ Probabilius id facit hasta velitaris,^j evulsa e corpore hominis, si terram non attigerit. Eosdem enim illata effectus habet.^{d 11} Sic et sagittas corpore educatas, si terram non attigerint, subjectas cubantibus, amatorium esse, Orpheus et Archelaus scribunt. Quin et comitalem^k morbum sanari cibo e carne feræ occisæ eodem ferro, quo homo interfectus sit. Quorundam partes medicæ¹² sunt, sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice. Et Elide solebat ostendi Pelopis costa,^{13 1} quam eburneam affirmabant. Nævos in facie tondere, religiosum habent etiam nunc multi.

VII. Hominum vero¹ inprimis jejunam salivam contra serpentes præsidio esse, docuimus.^m Sed et alios efficaces

^d In domum illata.



1. 2. 3. et recentt. *clauditates, oculorumve* Gronov. et vulgg. *clauditates enim oculorumve* Vet. Dalec. Mox, ut parem Vet. Dalec.—9 Chiff. *interfecerunt*.—10 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ursam* Gronov. et vulgg.—11 Cod. Dalec. *agit*.—12 Chiff. *medicinæ*.—13 ‘Corrupte. In codd. Regg. *Pelopis ostiliam*. In Editione principe, *Pelopis hasta*. Emendavere recentiores, *Pelopis costa*. Legendum potius, *Pelopis scapula*. Est enim, teste Virgilio Georg. III. 7. ‘Humero Pelops insignis eburno.’ Brotier.

NOTE

verbis novum caput auspiciati sunt.

^j *Hasta velitaris*] Ea est, quæ ad velites pertinet. Sunt autem velites, qui et expediti cognominati, milites armaturæ levioris.

^k *Quin et comitalem*] Plinius Valer. II. 58. ad comitales: ‘Dantur item carnes edendæ bestię occisæ eo feramento quo homo occisus est.’ Scribonius Largus Compos. Med. cap. 2. num. 13. ‘Item hinnulei cervi coagulum . . . benefacit ad morbum comitalem . . . Hoc remedium qui monstravit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulum cultro quo gladiator jugulatus sit.’

Delph. et Var. Clas.

¹ *Pelopis costa*] Tantali is filius fuit, a quo Peloponnesus cognominata. ‘Humero Pelops insignis eburno’ a Marone dicitur, Georg. III. 7. Costam eburneam non memini me alibi legere. In Reg. 1. et 2. non *costam* sed *hostiliam* vidimus. Quid si *scapula* legas?—‘De Pyrrhi regis pollice, vide supra, VII. 2.’ *Ed. sec.*

^m *Hominum docuimus*] Lib. VII. c. 2. Insigne est in eam rem quod habet Albertus M. de Animal. Tract. VII. 2. 5. p. 236. ‘Sed de mirabilibus,’ inquit, ‘quæ visa sunt in talibus, est unum quod refert Aristoteles, in libro de regimine domo-

Plinius.

11 M

ejus usus recognoscat vita. Despuimusⁿ comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo^o et fascinationes repercutimus, dextræque² clauditis occursum.^e Veniam quoque a Deis spei alicujus^p audaciores petimus,

^e *Si quis occurrat dextro pede claudus, omen aduersum abominamur exspuendo.*



CAP. VII. 1 *Omniū vero margo* edd. Dalec. et Gronov.—2 Cod. Dalec.

NOTÆ

rum, quem scripsit ad Alexandrum: quod videlicet puella missa fuit Alexandro, ex cuius morsu moriebantur homines, sicut ex morsu serpentum: et humor salivalis in ipsa fuit venenum. Et possibilitas hujus probatur ex eo quod sagitta intincta in salivam hominis jejuni intoxicatur, quando vulnerat alium. Et quod unicuique saliva propria est medicamen contra venenum, et alteri non est salutaris, &c. Sola jejuni hominis saliva, absque ulla incantatione, scorpionem interentum scire se ait Aëtius de Re Med. II. 107. p. 65. Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Ecchellensii, c. 1. p. 2. 'Si quis jejunus exspuit super scorpionem, interimit illum. Item sputum jejuni si morsibus serpentum, et tumoribus applicabitur,' &c.

ⁿ *Despuimus*] Abominamur, a nobis ejus morbi contagium deprecamur. Plautus in Captivis, III. 4. 21. 'Et enim morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier? HEG. Ne vere, multos iste morbus homines macerat: Quibus insputari saluti fuit.' Apuleius in Apolog. 'In cubiculo despuuntur caduci comitiales.' Theophr. in charact. de superstitioso: *Μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. Rabiosum intucus aut comitalem, horrescens in sinum despuit.* Neque hunc morbum modo, sed et ea quæ abominabantur, ne evenirent, vel obiter audita, despue-

bant. Plantus in Asinar. I. 1. 25. 'Neque hercle ego istud dico, neque dictum volo. Teque obsecro hercle, ut, quæ locutus, despuas,' &c. Seneca, in consol. ad Marciam, cap. 9. 'Quis non si admoneatur ut de suis cogitet, tanquam dirum non respuat, et in capita inimicorum, aut ipsius intemptivi monitoris abire illa jubeat?'

^o *Simili modo*] Ad fascinum similiter depellendum id veteres usurpare soliti. Juvenalis Sat. VII. 112. 'Conspuiturque sinus.' Ubi vetus Scholiastes: 'Propter fascinum verborum ter sibi in sinu spunt, et videntur fascinum arcere, ut Persius de martertera. Vel, incipiunt multa sibi promittentes, in sinu spuere,' &c. Tibullus, I. 2. 'Ter cane, ter dictis exspue carminibus.' E Theocriti Idyll. VII. 'Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἔμδν ἔπτυσσα κόλπον.

^p *Spei alicujus*] Hi certe qui spe aliqua ducti insolentius paulo se efferrunt, et qui sunt jactantiores, spuere similiter in sinu solent. Quæ sententia Juvenalis est, loco allato: 'Tunc immensa cavi spirant mendacia folles, Conspuiturque sinus.' Diogenianus Cent. 4. Prov. 82. *Εἰς κόλπον οὐ πτύει. Ἐπὶ τῶν μεγαλαύχων.* Libanius Epist. 191. ad Modestum: *Ὁὐ μὴν τὰς γε ἐλπιδας ἀνεῖλεν, ἀλλ' εἰς καὶ λαμπρὰ πτύω δὲ εἰς κόλπον, τῇ παροιμίᾳ πειθόμενον.* Vide Erasm. Chil. I. cent. 6.

in sinum spuendo. Etiam eadem³ ratione terna despuere deprecatione,⁴ in omni medicina mos est, atque ita effectus⁴ adjuvare: incipientes furunculos ter præsignare jejuna saliva.⁵ Mirum dicemus,⁵ sed experimento facile: si quem pœniteat ictus eminus cominusve illati, et statim exspuat mediam in manum, qua percussit, levatur illico percussus a pœna.⁶ Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur, statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam vero aggravant ictus, ante conatum simili modo saliva in manu⁷ ingesta. Credamus ergo lichenas⁸ leprasque jejunæ⁷ illitu⁹ assiduo arceri: item lippitudines, matutina quotidie velut¹⁰ inunctione: carcinomata, malo terræ⁸ subacto: cervicis dolorem,¹¹ saliva jejuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, læva ad sinistrum: si quod animal¹¹ aurem intraverit, et inspuatur, exire. Inter amuleta est editæ quemque urinæ inspuere: similiter in calceamentum dextri pedis, antequam induatur: item cum quis transeat locum, in quo aliquod periculum adierit. Marcion^v

f Jejuni oris saliva.

//////////

sinistra, dextraque. Mox, *occurso* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduin et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spuendum.* Eadem Vet. Dalec. *Spuendo etiam.* Eadem Gronov. et vulgg. Mox, *prædicatione* Chiff. —4 Ita codd. Harduin et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atque effectus* Gronov. et vulgg. Mox, *ter resignare* Chiff. —5 Chiff. *dicimus.* —6 Chiff. *in percusso culpa.* —7 Vet. Dalec. *in manum.* —8 Chiff. *et lichenas.* —9 Cod. Dalec. *jejuna illita.* —10 Vox *velut* deest in cod. Dalec. —11 Chiff. *dolores.* —

NOTÆ

^a *Deprecatione*] Mss. omnes, *prædicatione.*

^r *Credamus . . . jejunæ*] Salivæ scilicet. Credidit sane Galenus de Fac. Simp. Med. x. 2. p. 287.

^s *Malo terræ*] Forte cyclaminum intelligit, quod tuber terræ vidimus appellari xxv. 67.

^t *Cervicis dolorem*] Plinius Valer. i. 54. ‘In cervicum dolore,’ inquit, ‘poplites utiliter fricantur: et e diverso in poplitum dolore cervicem fricari remedium est.’ Salivam ille

adjicere prætermisit. Diligentior Marcellus Empiric. c. 18. p. 127.

‘Ad cervicum dolores,’ inquit, ‘remedium physicum sic: Jejunus dextram manum saliva tange, et dextrum poplitem perfrica: deinde sinistra manu sinistrum: et hoc ter per singulos poplites facito: statim remediabis.’

^v *Si quod animal*] Plinius Valer. i. c. 9. et Marcellus Empir. cap. 9. p. 81.

^v *Marcion*] Ita libri sane omnes,

Smyrnæus, qui de simplicibus ¹² w effectibus scripsit, rum-
pi scolopendras x marinas sputo tradit: item rubetas, ali-
asque ranas: Opilius, serpentes, si quis in hiatum y earum
exspuat. Salpe, torporem sedari quocumque membro in-
stupente, ¹³ si quis in sinum exspuat: aut si superior pal-
pebra saliva tangatur. Nos si hæc, et illa credamus rite
fieri: extranei interventu, aut si dormiens spectetur infans,
a nutrice terna ¹⁴ aspui: z quanquam illos a religione tu-
tatur ¹⁵ et Fascinus, b imperatorum quoque, non solum in-
fantium custos, qui Deus inter sacra Romana a Vestalibus
colitur, et currus triumphantium, sub his pendens, defendit
medicus invidiæ: s c jubetque eosdem respicere ¹⁶ similis

§ *Curru triumphantium appensus, ad repellendam invidiam.*

12 Vet. Dalec. de simplicium.—13 Vet. Dalec. stupente.—14 Vet. Dalec. ter.—
15 Gronov. et al. vet. *quanquam religione mutatur.*—16 ' In Ms. Reg. 2. et Edi-
tione principe, *recipere.* Quod revocavit eruditus Harduinus in altera sua edi-
tione. At recte fuerat emendatum, *respicere*; ut patet ex Tertulliano in Apolo-
getic. cap. 33.' Brotier. *invidium recipere* Vet. Dalec. *eosdem recipere* Chiffi.
Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *cosdem respicere* Harduin. 1. et Bipont. *cos-
dem respicere.* *Similis, &c.* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

etiam Mss. sed errore haud dubio, ut
in Indice Auctorum monebimus.

w *De simplicibus*] Ita Mss. Rectius
forte, *de simplicium.* Ut Galenus
libros inscripsit undecim, *περὶ κρᾶ-
σεων τε καὶ δυνάμεων τῶν ἀπλῶν φαρμά-
κων.*

x *Rumpi scolopendras*] Id etiam pro-
didit Ælianus Hist. Animal. iv. 22.
et vii. 26.

y *Si quis in hiatum*] Vide Galenum
de Fac. Simp. Med. lib. x. p. 288.
Saliva hominis scorpionem obtor-
pescere scribit Ælianus Hist. Anim.
ix. 4. interire viperam, idem Hist.
Anim. ii. 24.

z *Terna aspui*] Ter aspui cum terna
precatione. Sic paulo ante, 'terna
despuere prædicatione in omni medi-
cina mos est,' &c.

a *Quanquam illos*] Nutricem simul,

et infantem. Vide Notas et Emend.
num. 8.

b *Et Fascinus*] Hoc est, non nutri-
cum modo cura tutatur infantes, sed
et fascinus, religione sua, cujus in-
signe amuletum suspensum e collo
gerebant. Alii et ex anulo appen-
debant. Iconem vide apud Th.
Bartholinum de Puerperio Veterum,
p. 161.

c *Medicus invidiæ*] Invidiæ mag-
nam esse vim ad nocendum antiqui
existimabant: cum eam vel ipso affla-
tu et contagione maleficam, et vene-
natam esse, et hominibus, quibus
male vellet, obesse graviter cense-
rent. Hinc Horat. i. Epist. 14. 37.
'Non istie obliquo oculo mea com-
moda quisquam Limat, non odio ob-
senro morsuque venenat.' Idcirco
ad eam repellendam, de collo puero-

medicina^d linguæ, ut sit exorata a tergo Fortuna gloriæ carnifex.^h

^h *Jubet eosdem triumphantes retro fascinum pendentem aspicere similis alia medicina, servus nimirum, qui lingua monet uti respiciant, ut sit modestia triumphantium placata a tergo Fortuna, quæ nimie gloriæ solet esse infensa.*

NOTE

rum et de triumphantium curru suspendebant amuleta. Varro de Ling. Lat. lib. vi. 'Pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit, bonæ scævæ causa.' Hinc fascinum vocatur pudendum virile: quod fascinum depelleret. Græci, *προβασκάκιον*: *mutinum* Latini in vetere Glossario. Nam quæ turpia sunt et ridicula, ad avertendam illam pestem accomodata credebantur: obtutu et aspectu invidentium ex obscenitate et miraculo turpitudinis avocatis. Sed et ad eandem avertendam triumphantes 'bullam præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent adversus invidiam valentissima,' inquit Macrobius Saturn. i. 6. p. 208. Vide præterea Julium Polluc. vii. 23.—'Nullum hic locum habent obscenæ conjectationes, quas ad explanandum hunc locum ex Varrone, Glossariis, librisque aliis, Critici congesserunt.' *Ed. sec.*

^d *Similis medicina*] Eleganti translatione servum intelligit, alterum invidiæ medicum, qui a tergo triumphantis assistebat, monebatque identidem, ut se ipsum cognosceret, ne tanta gloria superbiret. Tertull. in Apolog. c. 33. p. 28. 'Non enim Deum imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se Deum volet dici Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggestur enim ei a tergo, Respice post te, Hominem te memento.' Jubet igitur servus publicus, (sic enim Juvenalis appellat, Sat. x. 41. Isidorus Orig.

xviii. 2. carnificem vocat,) jubet, inquam, triumphantes respicere fascinum, cavere sibi a fascino invidentium, quo labefactari tota triumphii gloria potest. Ita fit ut modestius sese triumphantes gerant, placatiorque vel sic facta Fortuna currum a tergo facilius prosequatur. Servum a tergo triumphantis coronam sustinuisse Plinius ipse auctor est, xxxiii. 4. Meminit hujusce moris et Tzetzes Chiliad. xiiii. Hist. 461. vs. 52. *Καὶ πῶς ἐπὶ τοῦ ἄρματος δημόσιος οἰκέτης Ὅπισθεν τούτου ἴσταται τὸν στέφανον ἀνέχων, καὶ λέγων τούτῳ πρὸς τὸ οὐδὲ καὶ τὸ, Κατόπι βλέπε. Et quomodo in curru publicus minister pone hunc stat coronam sustinens, et dicens ei istud in aurem, A tergo respice. Vide Notas et Emend. num. 9.—'Similis] Non dicit aliam similem, sed hanc ipsam, hoc est, Fascinum ipsum, curru appensum triumphantium, similiter ventosæ eorum linguæ mederi: jubet enim eos de victoria sua silere, tantumque in se recipere, sive curam eam suscipere, ut Fortunam subsequentem æque propitiam experiantur, ac fuit antea: deum operam, ne ab invidis, qui nemini desunt, de adepto gloriæ culmine dejiciantur. Nam per eos sæpe Fortuna priorem gloriam jugulat et extinguit. Hæc genuina Plinii sententia est. Nullus hic servus aut carnifex, quem nonnulli confinxere; qui a tergo triumphantis assisteret, moneretque identidem, ut se ipsum cognosceret, ne tanta gloria superbiret. Tertull. in Apol. c. 33. p. 28. 'Non enim Deum,' &c. Nullus hic servus publicus, (sic enim*

VIII. Morsus hominis ^e inter asperrimos quoque numeratur. Medentur sordes ex auribus: ac ^f ne quis miretur, etiam scorpionum ictibus serpentiumque, statim impositæ. Melius e percussi auribus prosunt: ita et redivias ^f sanari.² Serpentium vero ictum, contusi dentis humani farina.

IX. Capillus puerorum,^g qui primum decisis est, podagræ impetus dicitur levare circumligatus: et in totum impubium ^h impositus.ⁱ² Virorum quoque ⁱ capillus canis morsibus medetur ex aceto: et capitum vulneribus^j ex oleo aut vino. Si credimus, a revulso cruci,³ quartanis. Combustus æque^k capillus, carcinomati. Pueri qui primus^k

ⁱ *Et universe omnium impubium capillus impositus jurat.*

//////////

CAP. VIII. 1 Chiff. *auribus: produunt ita et.*—2 Vet. Dalec. *aiunt sanari.* Male Ms. Reg. 2. *rediviva.* Emendandum non fuit, *redivias*; sed *redivias*. Sic enim Festus: 'Rediviam quidam, alii relivium appellant, cum circa unguis cutis se resolvit; quia luere est solvere.' Idem laudat ex Titinio, 'rediviæ;' ex Livio, 'rediviosa.' Brotier. *redivias sanari* Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. IX. 1 Chiff. *puero.*—2 Idem codex, *imposito.*—3 Vet. Dalec. *et re-*

NOTÆ

Juvenalis appellat, Sat. x. 41. Isidor. Origg. xviii. 2. carnificem vocat) nullus, inquam, qui jubeat triumphantes respicere fascinum, cavere sibi a fascino invidentium, quo labefactari tota triumphii gloria potest. Servum a tergo,' &c. *Ed. sec.*

^e *Morsus hominis*] Celsus xxvi. 27. 'Sequitur ut de vulneribus dicam, quæ morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiæ, sæpe canis . . . Omnis autem fere morsus habet quoddam virus.' Plinius Valer. iii. 57. 'Hominis morsui, . . . sordes ex humanis auribus illinuntur plagæ.'

^f *Ita et redivias [redivias]* Abscessus circa radices unguium Latini redivias vocant, Græci παρωυχλα. Festus: 'Redivia . . . morbus est, cum cutis extra unguis se solvit, quia redivire solvere est.' Ejusdem medicamenti meminit et Marcellus Empir. c. 18. p. 108. 'Paronychiæ, stercus ex au-

rienlis impone, et linteolum superaliga, mirabere remedium.'

^g *Capillus puerorum*] Totidem verbis Marcellus Empir. c. 36. p. 246. Sextus Platon. c. 17. 'de puero,' tit. 3. 'Ad podagram:' 'Pueri primi capilli a nativitate si pedibus dolentibus impositi fuerint, sanabuntur.'

^h *Impubium*] Sic Naso 'impubibus annis,' Met. ix. 418.

ⁱ *Virorum quoque*] Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Eechellensi c. l. num. 5. 'Capilli hominis aceto madefacti si statim applicentur morsui canis, præsentem afferunt utilitatem.'

^j *Et capitum vulneribus*] Quolibet vulnera hominum capillis cum thure tusis æquo pondere glutinari, prodidit Theod. Priscian. t. 19.

^k *Pueri qui primus*] Alios in usus hunc pueri dentem Sextus Platonicus adhibet loc. cit. tit. 4. 'Pueri

ceciderit deus, ut terram non attingat, inclusus in armillam, et assidue in brachio habitus, muliebrum locorum dolores prohibet. Pollex in pede præligatus⁵ proximo digito tumores inguinum sedat. In manu dextra¹ duo medii lino leviter colligati destillationes atque lippitudines arcent. Quin et ejectus⁶ lapillus calculoso, alligatusque⁷ supra pubem levare ceteros dicitur, ac jocinerisⁿ etiam dolores: ac celeritatem partus facere. Addidit Granius, efficaciorrem ad hoc esse ferro exemptum. Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit,^k si cinctu suo soluto foeminam cinxerit, dein solverit, adjecta precatione,^o ‘se vinxisse, eundem et soluturum,’ atque abierit.

x. Sanguine ipsius^p hominis, ex quacumque parte emissio, efficacissime anginam illini tradunt Orpheus et Archelaus: item ora, comitali morbo lapsorum: ¹ exurgere enim protinus. Quidam, si pollices^q pedum pungantur,

^k *Vir ipse ex quo mulier quæque conceperit.*

rulsus a cruce.—4 *Combustus utique* Chiffi.—5 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *alligatus* Vet. Dalec. *alligatusque* Franz.—6 ‘Vet. et ex ejectis, id est, cæso matris utero nascentibus.’ Dalec.—7 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *alligatus* Gronov. al. vett. et Franz.

NOTÆ

dens annorum septem inclusus auro aut argento, et in brachio suspensus, efficit ne mulier concipiat.’

¹ *In manu dextra*] Marcellus Empir. c. 10. p. 87. ‘Si in manu dextra,’ inquit, ‘duo digiti medii lino simul copulentur, statim proderit adversus pituitam, et gravedinem, et distillationem narium.’ Plinius Valer. 1. 28. ‘Ad stillationem narium ex humore: In manu dextra duo digiti medii lino alligati inter se destillationem compescunt.’

^m *Quin et ejectus*] Vide Notas et Emend. num. 10.

ⁿ *Ac jocineris*] Marcellus Empir. c. 22. p. 158. ‘Ad dolorem jocineris physicum remedium sic: Calculus, sive lapillus, qui a calculoso fuerit

ejectus, super jecur dolentis alligatus, statim proderit.’

^o *Adjecta precatione*] Hoc est, hac formula, ‘Te vixi, te quoque solvam.’

^p *Sanguine ipsius*] Plinius Valer. 1. 52.

^q *Quidam, si pollices*] Similis Habdarrahmani præceptio, interprete Echhellensi, c. 1. num. 22. ‘Maniaci curatio ita fit. Incide maniaci hominis pollices, sanguinem inde effluentem excipe, commisce cum farina,’ &c. Item Theodori Prisciani lib. 1v. ‘In ipsis vero commotionibus, si sanguinem de ejus pedum digitis elicias quoquo pacto, et ejus frontem ex eo tangas, et labia, continuo exurgit.’

exque² his guttæ referantur in faciem : aut si virgo dextro pollice attingat : hac conjectura censentes virgines³ carnes^r edendas. Æschines Atheniensis excrementorum⁴ cinere anginis medebatur, et tonsillis, uvisque, et carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon.^t Multa genera^u morborum primo coitu solvuntur, primoque fœminarum mense. Aut si hoc non contingit,⁵ longinqua fiunt, maximeque comitiales.^v Quin et a serpente ac scorpione percussos⁶ coitu levare produnt : verum fœminas Venere ea lædi. Oculorum vitia^w fieri negant, nec lippire eos, qui cum pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant.

//////////

CAP. X. 1 Chiffi. *malo contapsorum*.—2 Chiffi. *cæque*.—3 Vet. Dalec. *virginis*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex crematorum* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Aut si non id contingat* Gronov. et vulgg.—6 Chiffi. *percussus*; al. pat. Dalec. *percussiones*.

NOTE

^r *Virgines carnes*] Quod virginem vel tactu uno prodesse intellexerint, idcirco catulorum carnes, qui ante coitum cæsi fuerint, edendas comitilibus morbis præcipiunt.

^s *Æschines . . . excrementorum*] Vide Notas et Emend. num. 11.

^t *Botryon*] Sexto Platónico, Botrys, cap. 17. de puero. Non quod uvæ morbo medeatur, ut putat Humelbergius : hanc enim uvam nemo βότρυν appellat : sed quod uvæ forsán maturæ modo nigrescat.

^u *Multa genera*] Hoc etiam Hippocrates prodidit, cap. 3. aphorism. 28. quem Celsus II. 1. sic interpretatur : ‘ Si qua etiam genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in fœmina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt.’ Vide quæ diximus VII. 51.

^v *Maximeque comitiales*] Celsus III. 23. de comitali morbo : ‘ Sæpe eum, si remedia non sustulerunt, in pueris, Venereis : in puellis, menstruorum initium tollit.’ Scribonius Largus Com-

pos. 18. de morbo comitali : ‘ Illud tamen,’ inquit, ‘ non oportet ignorare . . . pueros vel virgines liberari post complexum et devirginationem.’ Cælius Aurel. Chron. I. 4. in epilepsia morbo, quosdam ait ‘ vel usum venereum, vel contra eunuchismum faciendum probare :’ quod ipse paulo improbat. Et paulo ante : ‘ Solet hæc passio pubertatis tempore, sive novæ purgationis in fœminis . . . facile detergeri : quod si minime evenerit, plerumque patienti consenescit,’ &c. Ceterum, ut id corollarii vice adjiciam, ‘ Morbus comitalis,’ ut Celsus animadvertit, II. 8. ‘ post annum quintum et vicesimum ortus, ægre curatur : multoque ægrius is qui post quadragesimum annum cepit : adeo ut in ea ætate aliquid in natura spei, vix quicquam in medicina sit.’

^w *Oculorum vitia*] Marcellus Empir. totidem verbis, cap. 8. pag. 56. et Sextus Platon. cap. 17. de puero, &c. tit. 5. ‘ ad lippitudinem oculorum.’

XI. Immatura morte raptorum manu, strumas, parotidas, guttura, tactu sanari affirmant. Quidam vero cujuscumque¹ defuncti, duntaxat sui sexus, læva manu aversa. Et e ligno fulgure icto, rejectis post terga manibus demorderi aliquid, et ad dentem qui doleat admoventi, remedio esse produnt. Sunt qui præcipiant^a dentem suffiri dente hominis sui sexus, et eum qui caninus vocetur, insepulto exemptum adalligari. Terram e calvaria^{2b} psilothrum esse palpebrarum tradunt. Herba vero, si qua ibi genita sit, comanducata, dentes cadere. Ulcera non serpere osse hominis circumscripta. Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent, et prolibant novo fictili: reliquum dant in tertianis accessu febrium^{3c} bibendum. Idem in quartanis^{4d} fragmentum clavi a cruce, involutum lana, collo subnectunt: aut spartum e cruce: liberatoque condunt caverna, quam Sol non attingat.

XII. Magorum hæc^e commenta sunt: ut cotem, qua feramenta sæpe exacuta sint, subjectam ignari cervicalibus, de veneficio deficientis, evocare indicium, ut ipse dicat quid sibi datum sit,^a et ubi, et quo tempore: auctorem

^a Si ex veneficio quis tabe deficiat, cogetur vel sic indicare, ac dicere quid sibi datum sit, &c.



CAP. XI. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cujusque* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex calvaria* edd. vet. et Gronov.—3 Chiff. *a decessu febrium*; Vet. Dalec. *accessu febris*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Item in quartanis* Gronov. et al. vet.

NOTÆ

^a *Sunt qui præcipiant*] Innocentio paulo Habbarrahmani Ægyptii medicina, cap. 1. num. 35. ‘Si osse demortui hominis tanges dentes dolores inferentes, curabuntur.’ Et num. 40. ‘Molarem hominis demortui dentem si suspendes super hominem laborantem dentium doloribus, dolores illi mitigabuntur.’

^b *Terram e calvaria*] Quæ intra calvariam reperitur, vel qua calvaria

obducitur.

^c *Accessu febrium*] Sic Mss. Reg. 2. et alii. In Chiff. *a decessu*.

^d *Idem in quartanis*] Plinius Valer. III. 6. ‘Quartanæ curandæ: caput clavi, quo aliquis in cruce fixus est, alligatur panno.’

^e *Magorum hæc*] Allata nempe superiore sectione remedia, ut et ea quæ hac ipsa dicentur.

tamen non nominare. Fulmine utique percusso,¹ circum-actum in vulnus hominem, loqui protinus constat. Inguinibus^f medentur aliqui, licium^b telæ detractum alligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguini adalligantes. Licio et clavum² aliudve, quod quis calcaverit, alligatum ipsos jubent gerere, ne sit dolori vulnus. Verrucas avellunt a vicesima Luna, in limitibus³ supini ipsam intuentes,^c ultra caput manibus porrectis, et quicquid apprehendere,⁴ eo fricantes. Clavum corporis, cum cadit⁵ stella, si quis dstringat, vel cito sanari aiunt, cardinibus ostiorum aceto affuso: lutum fronti illitum, capitis dolorem sedare:⁶ item laqueum suspendi-osi circumdatum temporibus. Si quid e pisce hæserit⁷ faucibus, in aquam demissis frigidam pedibus, cadere. Si vero ex aliis⁸ ossibus,⁸ impositis capiti ex eodem vase ossiculis.⁹ Si panis hæreat, ex eodem in utramque aurem addito pane.

XIII. Quin et sordes hominis in magnis fecere remediis quæstuosorum¹ gymnasia Græcorum:^h quippe ea strigmentaⁱ molliunt, calfaciunt, discutiunt, complement, sudore

^b Filum, stamen.

^c In semitis, viisque transversis agrorum.



CAP. XII. 1 *Fulminis utique percussu* Vet. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *inguina alligantes licio. Et clavum* Gronov. *inguini, &c.* Chiff. *inguini alligantes licium* Vet. Dalec. Mox, *alligatum ictos jubent* Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. *liminibus*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *comprehendere* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum cadat* edd. vett. et Gronov. Mox, *ut cardinibus* Vet. Dalec.—6 Chiff. *sedari*.—7 Vet. Dalec. *inhæserit*.—8 Vet. Dalec. *ex animalis ossibus*.—9 Ita Harduin. 1. et Bipont. *osse ossiculis* edd. vett. Gronov. et Miller. *pisce ossiculis* Harduin. 2. 3. et Franz. Alii ap. Dalec. *osse particulis*.

NOTÆ

^f *Inguinibus*] Inguinum tumor. Hæc totidem verbis Plinius Valer. 11. 43. et Marcellus Empir. cap. 32. pag. 225.

⁸ *Si vero ex aliis*] Non e piscium modo, sed etiam ex animalium ossibus. Vide Notas et Emend. num. 12.

^h *Gymnasia Græcorum*] Plinius su-

pra xv. 5. ubi de oleo: 'Usum ejus ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in Gymnasiis publicando. Notum est, Magistratus honoris ejus octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.'

ⁱ *Quippe ea strigmenta*] Ita sordes appellabant, quæ dstringebantur, deradebanturque de athletarum cor-

et oleo medicinam facientibus. Vulvis inflammatis contractisque^j admoventur. Sic et menses cient: sedis inflammationes et condylomata leniunt: item nervorum dolores, luxata, articularum nodos. Efficaciora^k ad eadem, strigmenta a balineis, et ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. Nam illa, quæ sunt e ceromate,^l permixta cæno, articulos² tantum molliunt, calfaciunt, discutunt efficacius: sed ad cetera minus valent. Excedit fidem impudens cura, qua sordes virilitatis^d contra scorpionum icus singularis remedii, celeberrimi auctores clamant.³ Rursus in fœminis, quas infantium alvo editas^e in utero⁴ ipso, contra sterilitatem subdi censent: meconium⁵ vocant.

^d Sordes virilis seminis.

^e Sordes quas infantes alvo emittunt, &c.



CAP. XIII. 1 Alii *quæstiosa*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *perinista c. a. quoque* cod. Dalec. *permisto cæno, articulos* Gronov. et vulgg.—3 Chiffi. *damnant*.—4 Vet. Dalec. *quas alvo reddunt infantes utero editi*.—5 Chiffi. *meconium*.

NOTE

poræ: constabant sudore et oleo: et, quod medicatam vim haberent, diligenter colligebantur, magnoque venum ibant. Valerius Max. 1x. 14. 'Gymnicorum servo strigentis gymnasi colligenti.' Eisdem porro in medicando vires strigentis gymnasiiorum Dioscorides attribuit, 1. 36. Ad maturandas certe duritias, collectiones, strumas, a Theod. Prisciano, 1. 9. de furunculis, commendantur hæc 'sordes de parietibus palæstræ collectæ.'

^j *Contractisque*] Strangulatis.

^k *Efficaciora*] De his eadem Dioscorides 1. 34. ex Crateva, a quo hiansit et Plinius.

^l *Nam ... e ceromate*] Κήρωμα unguentum est, quod fit subacta oleo cera, permixtoque luto: hoc luctatores ungebantur, in eo palæstræ aut gymnasii loco, qui ceromatis etiam nomen inde habuit. De his idem

Diosc. 1. 35. 'Ὁ δὲ ἐκ τῆς παλαίστρας προσειληφῶς τὴν κόριν, εἰκῶς δὲ ῥύπω, τὰς περὶ τοὺς κονδύλους συστροφᾶς ἐπιτιθέμενος ὠφελεῖ, κ. τ. λ. Quæ vero strigmenta in palæstris pulverem sibi uscivere, similia sordibus, articularum collectiones ac nodos imposita jurant.

^m *Meconium*] Μηκώνιον, excrementum quod primum emittunt pueri, quod cruentum est, atrum, fædique odoris. Arist. Hist. Anim. vii. 13. p. 844. de infante primum nascente: 'Ἀφίησι δὲ περιττώματα τὰ μὲν εὐθὺς, τὰ δὲ διαταχέων· πάντα δ' ἐν ἡμέρᾳ καὶ τοῦτο τὸ περιττώμα πλέον ἢ τοῦ παιδὸς κατὰ μέγεθος· ὃ καλοῦσιν αἱ γυναῖκες μηκώνιον. Χρῶμα δὲ τούτου αἱματώδες, καὶ σφόδρα μέλαν, καὶ πιτῶδες· μετὰ δὲ τοῦτο, ἤδη γαλακτώδες. Emittit etiam excrementa quidam illico, quidam haud multo post: omnes autem intra diem. Cujus excrementi quantitas major quam pro pueri magnitudine: quod appellant

Immo etiam ipsosⁿ gymnasiorum rasere parietes: et illæ quoque sordes excalfactoriam vim habere dicuntur: panos discutunt. Ulceribus^o seuum puerorumque, et desquamatis ambustisve illinuntur.

XIV. Eo minus omitti convenit ab animo hominis pendentes medicinas. Abstinere^r cibo^p omni, aut potu, alias vino tantum aut carne, alias balineis, cum quid eorum postulet² valetudo, in præsentissimis remediis habetur. His remediis³ annumeratur exercitatio,^q intentio vocis,^r ungui,^{4s} fricari cum ratione. Vehemens enim^t fricatio spissat, le-

~~~~~

CAP. XIV. 1 *Hæ sunt, abstinere* Vet. Dalec. Mox, *se cibo* Chiffi.—2 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *horum postulat*.—3 *Vox remediis* deest in codd. Dalec.—4 *Vet. Dalec. et Chiffi. ungi*; quidam ap. Dalec. *ungen*; edd. vett. et Gro-

#### NOTÆ

*mulieres papaverculum. Color ejus cruentus, ac valde ater, et piceus: post illud, mox lacteus.*

<sup>n</sup> *Immo etiam ipsos*] Diosc. 1. 36. totidem verbis: Καὶ ὁ ἐν τοῖς τῶν γυμνασίων τοίχοις ῥύπος, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων, θερμαίνει τε καὶ διαχεῖ τὰ δύσπεπτα φύματα, κ. τ. λ.

<sup>o</sup> *Ulceribus*] Dioscor. loc. cit. Πρὸς ἔλκη πρεσβυτικά ἀρμόζει, κ. τ. λ.

<sup>p</sup> *Abstinere cibo*] Ita Reg. 1. et editi. Reg. 2. et Chiffi. *abstinere se cibo*. Balineis quando utendum, quando abstinendum sit, ex Celso perdisces, 11. 17. ‘de sudore.’ Idem scite admodum 11. 2. ‘Igitur si quid morbi incidit, omnium optima sunt, quies, et abstinencia. Si quid bibendum, aqua . . . Solæque abstinencia sine periculo medetur. . . . Et si leviora indicia fuerint, satis sit a vino tantum abstinere, quod subtractum, plusquam si cibo quid dematur, adjuvat. Si paulo graviora sint, non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere . . . Satisque sit, tum ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abstinere, cum vehementer notæ terruerunt.’ Rursum 14. 2. in dolore capitis: ‘Satis est abstinere

a cibo, si fieri potest, etiam a portione: si non potest, aquam bibere,’ &c.

<sup>q</sup> *Exercitatio*] Exercitationum genera hæc sunt apud Galenum de Sanit. Tuenda 11. 8. p. 83. lucta, pugilatus, cursus, saltatio, disci jactus, pilæ ludus, et similia. Exercitationis simul et laboris nomine censentur, remigatio, fossio, aratio, gestatio oneris, equitatio, venatio, longior ambulatio, &c.

<sup>r</sup> *Intentio vocis*] Sive, ut Celsus ait 1. 2. ‘clara lectio.’ Et c. 8. ‘Si quis stomacho laborat, legere clare debet: post lectionem ambulare,’ &c. Et mox: ‘Prodest adversus tardam concoctionem clare legere,’ &c. Denique 14. 4. de tussi: ‘Oportet lectione uti vehementi: quæ primo impeditur a tussi, post eam vincit.’ Hoc vocis exercitium, inquit Cælius lib. xxviii. Aurel. Chron. 1. 1. Græci ἀναφώνησιν vocant.

<sup>s</sup> *Ungui*] Sive, ut nunc obtinet loquendi usus, *ungi*. Vide Notas et Emend. mm. 13. lib. 1. c. 2. ‘Exercitationem recte sequitur unctio,’ &c.

<sup>t</sup> *Vehemens enim*] Totidem verbis Celsus ex Hippocrate, 11. 14. ‘Neque

nis mollit: multa adimit corpus, auget modica. Inprimis vero prodest ambulatio,<sup>u</sup> gestatio,<sup>v</sup> et ea pluribus modis.<sup>w</sup> Equitatio stomacho et coxis utilissima: phthisi navigatio:<sup>x</sup> longis morbis<sup>y</sup> locorum mutatio. Item somno mederi sibi, aut lectulo, aut rara vomitione.<sup>z</sup> Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera adversum destillationes. Aristoteles<sup>a</sup> et Fabianus plurimum somnari circa ver<sup>5</sup> et



nov. ungue.—5 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Vet. Dalec. vernum Gronov. et

## NOTE

dubitari potest,' inquit, 'quin latius quidem et dilucidius, ubi et quomodo frictione utendam esset, Asclepiades præceperit: nihil tamen reperit, quod non a vetustissimo auctore Hippocrate paucis verbis comprehensum sit: qui dixit, frictione, si vehementer sit, durari corpus: si lenis, molliri: si multa, minui: si modica, impleri,' &c.

<sup>u</sup> *Ambulatio*] Plantus in *Curcul.* 11. 1. 'Ambula: id leni optimum est.' Cujusmodi porro debeat esse hæc ambulatio Celsus declarat, 1. 2. 'Commode vero,' inquit, 'exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio: atque hæc non utique plana, commodior est: siquidem melius ascensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus moveat: nisi tamen id perquam imbecillum est. Melior autem est sub divo, quam in porticu: melior, si caput patitur, in Sole, quam in umbra: melior in umbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt, quam quæ tecto subest: melior recta, quam flexuosa.'

<sup>v</sup> *Gestatio*] Exercitatio est, qua gestamur, aut vehimur, equo, lectica, &c. De ea satis elegans Senecæ locus, initio *Epist.* 55. 'A gestatione cum maxime venio non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. Labor est enim et diu ferri: ac nescio an eo major, quia

contra naturam est, quæ pedes dedit, ut per nos ambulemus, oculos, ut per nos videremus,' &c.

<sup>w</sup> *Et ea pluribus modis*] Celsus 11. 15. 'Genera autem gestationis plura sunt adhibenda, quæ sint et pro viribus cujusque, et pro opibus. . . Gestationum lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine: vehementior in alto mari, navi; vel lectica aut scamno: acrior vehiculo. Atque hæc ipsa et intendi et leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi lectus debet, et moveri,' &c. Hippocratis Græca sunt e libro κατ' ἰατρείον, sive de officina Medici, quæ Galenus recitat de *Sanit. tuenda*, 11. 3. pag. 70. tom. 6. 'Ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μυνθῆσαι ἢ σκληρὰ δῆσαι ἢ μαλακῆ λῦσαι ἢ πολλῆ μυνθῆσαι ἢ μετρίῃ σκληρῶσαι. Quorum effectuum dissimilium dispares causas ibidem persequitur.

<sup>x</sup> *Phthisi navigatio*] Vide quæ dicitur sumus, xxxi. 33.

<sup>y</sup> *Longis morbis*] Hippocr. *Γῆν μεταμείβειν, σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νοσήμασι.*

<sup>z</sup> *Aut rara vomitione*] De ea multa Celsus 1. 3. et 11. 13.

<sup>a</sup> *Aristoteles*] Vide Plutarchum *Sympos.* Quæst. viii. 10, p. 731. 'Cur autumnalibus somniis minimum fidei sit habendum.'

autumnum tradunt, magisque supino cubitu, at prono nihil. Theophrastus<sup>b</sup> celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis. Sol quoque<sup>c</sup> remediorum maximum ab ipso sibi præstari potest, sicut linteorum<sup>d</sup> strigiliumque vehementia: perfundere caput<sup>e</sup> calida ante balnearum vaporationem, et postea frigida saluberrimum intelligitur. Item præsumere<sup>f</sup> cibis, et interponere frigidam, ejusdemque potu somnos antecedere, et, si libeat, interrumpere. Notandum, nullum aliud animal calidos potus sequi, ideoque non esse naturales. Mero ante<sup>g</sup> somnos colluere ora, propter halitus, frigida matutinis<sup>7</sup> impari numero<sup>h</sup> ad cavendos dentium dolores, item posca oculos contra lipitudines, certa experimenta sunt: sicut totius<sup>i</sup> corporis valetudini in varietate victus inobservata.<sup>4 8</sup>

<sup>a</sup> Sic totius corporis valetudinem promitti non observantibus varietatem victus, certum experimentum est.

//////////

al. vett.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Solum quoque* Gronov. et al. vett.—7 Cod. Dalec. *frigida aqua maturius*.—8 'Ita codd. et Editio princeps.' Brotier. *valetudini in varietatem victus inobservatam* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *valetudinem juvari ratione victus observata* Dalec. *valetudinis varietas* Vet. Dalec. *valetudine varietate victus inobservata* Chiffi. *valetudini in varietate victus observata* Gronov. et vulgg.—

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Theophrastus] Libro *περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηπνίων*, de somno et somniis, cujus Laërtius meminit lib. v.

<sup>c</sup> Sol quoque] Nam, ut superius dictum est, optima in Sole, si caput patitur, inambulatio est. Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>d</sup> Sicut linteorum] Uncti oleo venteres strigilibus radabantur sudantes: deinde linteis ad id paratis tergebantur. Apuleius Asin. Aur. lib. II. 'Ac simul ex promptuario oleum unctui, et lintea tersui, et cetera huic eidem usui profer ocyter, et hospitem meum prode ad proximas balneas.' Hanc frictionem sibi quoque præstare poterat, uti ex Celso quoque intelligimus IV. 4.

<sup>e</sup> Perfundere caput] Ex Celso I. 3.

totidem verbis. In balneis e calida in frigidam transire solitos olim, testis Aristides, tom. I. Orat. 2. Sacr. Serm. p. 515.

<sup>f</sup> Item præsumere] Ante cibos frigidam aquam præsumere, et inter cibos interponere. Vide Celsum I. 8.

<sup>g</sup> Mero ante] Plinius Valer. I. 33. 'Ad factorem oris: 'Dormitum vadens . . . vino suavi os colluat.' Et cap. 29. 'Nero quoque ante somnos colluere ora propter halitum fœtidum utile dicit.' Insulse is apud Nostrum pro mero, Nero legit.

<sup>h</sup> Impari numero] Ter, quinquies, &c. Numerus ille superstitione non caret, quam Celsus jure neglexit, I. 2. 'Ubi expectatus est aliquis, paulum intermittere; deinde, nisi hy-



(v.) Hippocrates<sup>j</sup> tradit non prandentium extra celerius senescere. Verum id<sup>k</sup> remediis cecinit, non epulis: quippe multo utilissima est temperantia in cibis. L. Lucullus hanc de se præfecturam servo dederat: ultimoque probro manus in cibis triumphali seni dejiciebatur,<sup>9</sup><sup>1</sup> vel in Capitolio epulanti, pudenda re,<sup>m</sup> servo suo facilius parere, quam sibi.

XV. (VI.) Sternumenta pinna<sup>n</sup> gravedinem emendant: et si quis mulæ<sup>o</sup> nares,<sup>1</sup> ut tradunt, osculo attingat: sternumenta<sup>p</sup> et singultum. Ob hoc<sup>q</sup> Varro suadet palmam al-



9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in cibis t. s. deducebatur* Gronov. et al. vet. *in cibos t. s. deducebatur* Vet. Dalec. *manus cibis t. s. dejiciebantur* Chiffl.

CAP. XV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sternumenta pinna g. e. et si quis maris nares* Gronov. et vulgg. *Sternumenta p. g. e. et si q. muta enarras*; unde *mutæ nares* conj. Dalecampius; *Sternumenta capitis g. e. et si q. manu*

#### NOTÆ

ems est, fovere os multa aqua frigida debet.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> *Sicut totius*] Apparet divulsa præpostere hactenus hæc fuisse a superioribus, ut inde novi capitis initium sumeretur. Hausit hanc legem Plinius a Celso II. 1. 'Sanus homo, qui et bene valet, et suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet. . . . Hunc oportet variū habere vitæ genus, modo ruri esse, modo in urbe, sæpiusque in agro: . . . . Modo ungi, modo id ipsum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus utatur: interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere: modo plus justo, modo non amplius assumere,' &c. Sunt sane plerumque valetudinarii, qui certo ciborum genere quasi ad mensuram vescuntur.

<sup>j</sup> *Hippocrates*] Vide Galenum in librum Hippocratis de ratione victus in morbis acutis, Comment. 2. p. 50. et seqq. tomo XI.

<sup>k</sup> *Verum id*] Non hæc præcipit Hippocrates, inquit, ad erapulam, vel ut belluari adhortetur, sed ad reme-

dia: ut ab illa scilicet exactiore ac scrupulosiore victus norma recedatur, quæ cibos observat.

<sup>1</sup> *Dejiciebatur*] Retinebatur. Sic Mss. non, ut editi, auctore Gelenio, *deducebatur*.

<sup>m</sup> *Pudenda re*] Sic etiam Mss. editique. Pliniani istud moris est, pro *pudenda res*. Sic alibi, 'magno solatio,' similesque formulæ passim obviæ.

<sup>n</sup> *Sternumenta pinna*] Sternumentum pinnae motu excitatum gravedinem capitis sanat, excusso vel sic humore qui distillat e capite. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>o</sup> *Et si quis mulæ*] Et hoc, inquit, emendat gravedinem. Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>p</sup> *Sternumenta*] Subintellige, emendant, ex antecedentibus. Arist. cap. 33. probl. 5. p. 829. et problem. 17. p. 831. *Διὰ τὴν τοὺς λυγμοὺς οἱ παρμολ παύουσιν*: nempe Hippocratem sequitur, cujus est hic Aphorismus XIII. 6. *Ἐπὶ λυγμοῦ ἐχομένου παρμολ ἐπιγυρόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν. A singultu cohibito quæ sternumenta fiunt, solvunt*

terna<sup>2</sup> manu scalpere. Plerique<sup>r</sup> annulum e sinistra in longissimum dexteræ digitum transferre, aut in aquam ferventem<sup>3</sup> manus immergere. Theophrastus<sup>s</sup> senes laboriosius sternuere dicit.

XVI. Venerem damnavit Democritus, ut in qua homo alius<sup>1</sup> exsiliret ex homine. Est hercule<sup>t</sup> raritas ejus utilior. Athletæ tamen torpentes restituntur Venere: vox revocatur, cum e candida declinat in fuscam. Medetur et lumborum<sup>u</sup> dolori, oculorum hebetationi, mente captis, ac melancholicis.

XVII. Assidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibeatur,<sup>r</sup> digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est: idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente. Pejus, si circa unum ambove genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in conciliis ducum potestatumve fieri vetuere majores, velut omnem actum impediētes. Vetuere et sacris,<sup>2</sup> votisque, simili modo interesse. Capita



Vet. Dalec. Mox, et osculo Vet. Dalec.—2 *Ad hoc V. s. p. in altera Chiffi. Ob hoc V. s. p. altera Vet. Dalec.*—3 Cod. Dalec. *aqua ferventi.*

CAP. XVI. 1 *Vox alius deest in Vet. Dalec.*

CAP. XVII. 1 *Chiffi. remedia alicui adhibeantur.*—2 *Vetuere vero et sacris*

#### NOTÆ

*singultum.* Celsus quoque, cujus hoc effatum, 1. 8. cui lemma, 'Quæ notæ in quoque morbi genere,' &c. 'Singultus,' inquit, 'sternutamento finitur.' Ubi et illud animadversione dignum, quod adjicit: 'In pulmonis morbo periculosum etiam, quod alias salutare habetur, sternutamentum esse.' Et Marcellus Empir. cap. 17. p. 126. 'Singultus compescit sternutamentum in tempore excitatum.'

<sup>a</sup> *Ob hoc]* Vel ut Chiffi. et Reg. 2. *ad hoc,* ad singultum comprimendum.

<sup>r</sup> *Plerique]* Nempe ad comprimendos singultus. Marcellus Empir. loc. cit. 'In aquam calidam,' inquit, 'manus missæ, dinque illic retentæ, singultus crebriores inhibere dicuntur. Annulus in sinistra manu in medio digito positus, vel ibidem trans-

latus, singultus statim compescit.'

<sup>s</sup> *Theophrastus]* Forte in eo opere quod inscripsit, Προβλημάτων συναγωγὴν, collectionem problematum, cujus meminit Laërtius lib. v. Sic enim Theophrasti magister Aristoteles cap. 33. problem. 12. p. 830. ipsum istud proponit: Διὰ τὴν οἱ πρεσβύται χαλεπῶς πτάρνυνται; *Cur senes laboriosius sternunt?*

<sup>t</sup> *Est hercule]* Celsus 11. 1. 'Concubitus vero neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est. Rarus, corpus excitat; frequens, solvit,' &c.

<sup>u</sup> *Medetur et lumborum]* Renum dolori prodesse auctor est Avicenna lib. 111. Fen. 20. tract. 1. cap. 10. p. 889. Melancholiæ item, caligini oculorum, vertigini, gravitati capitis, &c.

autem<sup>a</sup> aperiri aspectu magistratum, non venerationis causa jussere, sed (ut Varro auctor est) valetudinis, quoniam firmiora<sup>b</sup> consuetudine ea fierent. Cum quid oculo inciderit, alterum comprimi prodest. Cum aqua<sup>3c</sup> dextræ auriculæ, sinistro pede exultare, capite in dextrum humerum devexo: invicem e diversa aure. Si tussim concitet saliva,<sup>4</sup> in fronte ab alio afflari. Si jacet uva, a vertice morsu<sup>5</sup> alterius suspendi. In cervicis<sup>d</sup> dolore<sup>6</sup> poplites fricare, aut cervicem in poplitem. Pedes in humo<sup>7</sup> deponi, si nervi in his cruribusve tendantur in lectulo. Aut si in læva parte id accidat, sinistrae plantæ pollicem dextra manu apprehendi. Item e diverso. Extremitates<sup>e</sup> corporis vel aurium<sup>8</sup> perstringi contra horrores corporis, sanguinemve narium immodicum. Lino vel papyro<sup>f</sup> principia genitalium: femur medium, ad cohibenda urinæ profluvia. In stomachi solutione pedes pressare, aut manus in ferven-



Chiff. Mox, et votivæ Harduin. 1.—3 Cum aliqua cod. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Si tussis concitet salivam Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. in frontem.—5 Dalecampius, a vertice cutem morsu; Chiff. verticem morsu.—6 Chiff. cervicem dolorem.—7 Chiff. in unum; unde Dalecampius conj. in humum.—8 Chiff. velleribus; Vet. Dalec. vel aurium vellica-

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Capita autem*] Vide Plutarchum in Quæst. Rom. pag. 266. Cur honos exhibeatur Diis aperto capite, hominibus aperto.

<sup>b</sup> *Quoniam firmiora*] Ægyptiis, qui relecto capite vitam agunt, eam corporis partem esse firmissimam: invalidam contra Persis, qui mitrati semper incedunt, auctor est Herodotus III. 12. p. 165.

<sup>c</sup> *Cum aqua*] Plinius Valer. r. 9. 'Si aqua intraverit in auriculam dextram, sinistro pede desultare oportet, capite in dextrum humerum inclinato: si sinistram, ex diverso.'

<sup>d</sup> *In cervicis*] Vide quæ diximus cap. 7.

<sup>e</sup> *Extremitates*] Vide quæ dicturi sumus l. seq. c. 9.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>f</sup> *Lino vel papyro*] Marcellus Empir. cap. 10. pag. 86. 'Linum vel papyrus ligata summitati veretri virilis, sanguinem profluentem naribus mire reprimit.' Et mox: 'Si fœminæ sanguis ex naribus nimie defluat, mamilla ejus vincuntur corrigio caprino.' Q. Serenus cap. de profluvio sanguinis, utrumque complexus: 'Præterea Phariis caput emetire papyris, Detrahe quod super est: alio genitalia necte. Fœmineas prodest illinc vincire mamillas, Menstruus immenso si profluat impete sanguis.' Theod. Priscianus r. 12. 'de fluxu sanguinis narium:?' 'Aliqui fasciis lineis naturam et testes eorum alligando mollius constrinxerunt: si in fœminis, femoralia.'

*Plinius.*

11 N

tem<sup>9</sup> aquam dimittere. Jam et sermoni parci,<sup>10</sup> multis de causis salutare est. Triennio Mæcenatem Melissum<sup>11</sup> accepimus silentium sibi imperavisse, a convulsione<sup>i</sup> reddito sanguine. Nam eversos,<sup>j</sup> scandentesque ac jacentes, si quid ingruat, contraque ictus spiritum cohibere singularis præsidii est: quod inventum esse animalis<sup>k</sup> docuimus. Clavum ferreum defigere, in quo loco primum caput defixerit<sup>12</sup> corruens morbo comitali, absolutorium ejus mali dicitur. Contra renum,<sup>l</sup> aut lumborum, vesicæque cruciatus, in balnearum soliis pronos urinam reddere mitigatorium habetur. Vulnere nodo Herculis<sup>m</sup> præligare,<sup>13</sup> mirum quantum ocyor medicina est. Atque etiam<sup>n</sup> quotidiani cinctus tali nodo, vim quandam habere utilem dicuntur: quippe cum<sup>o</sup> Hercules eum prodiderit. Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine, et quare<sup>14</sup> qua-



tibus.—9 Vet. Dalec. *frigidam*.—10 Chiff. *sermone parci*; Dalec. *sermoni parcere*.—11 *Messium* Gronov. et al. ante Harduin.—12 Chiff. *fixerit*.—13 Vet. Dalec. *præliganti*. Mox, *ocyoris medicina est* correxerit Nic. Heinsius

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Aut manus in ferventem*] Sic libri omnes, etiam Mss. Sic et in torminum dolore, pedes in calidissimam aquam demitti suadet Marellus Empir. cap. 27. p. 191.

<sup>11</sup> *Mæcenatem Melissum*] In Reg. 1. et libris vulgatis, *Messium*. In Chiff. *Melissimum*. Rectissime omnium Regius 2. *Melissum*, ut dicemus in Auctorum Indice.

<sup>i</sup> *A convulsione*] Ex retractione nervorum ac musculorum.

<sup>j</sup> *Nam eversos*] E curru.

<sup>k</sup> *Quod inventum esse animalis*] Melissum, opinor, qui sufflatæ carnis distentu ictus hominum, et morsus eam arcet, ut dictum est VII. 58.

<sup>l</sup> *Contra renum*] Totidem verbis Marellus Empir. cap. 25. pag. 171.

<sup>m</sup> *Vulnere nodo Herculis*] Hoc est, aretissimo. Hunc nodum dracones duo representant, in virga Mercurii

mutuo implicati. Macrobius Saturn. 1. 19. p. 291. ‘Hi dracones parte media voluminis sui invicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur,’ &c.

<sup>n</sup> *Atque etiam*] Talem cinctum ad fecunditatem prodesse veteres arbitrati sunt: Festus, verbo ‘Cingulum:’ ‘Herculaneo nodo vinctam vir solvit omnis gratia: ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit.’ Quo nexu id fuerit, non est satis exploratum. In caduceo hunc nodum Herculis, et in curru Gordii fuisse legimus.

<sup>o</sup> *Quippe cum*] Mss. Reg. 1. et 2. *Quippe cum Herculaneum prodiderit*. Ex Barbari conjectura est vulgata lectio. Forte *Herculaneum*, vim subintelligo, quam Hercules magica arte ei nodo indiderit.

terni<sup>p</sup> cyathi sextariive non essent potandi. Contra lippitudinem<sup>15</sup> retro aures fricare prodest, et lacrymosis oculis frontem. Augurium<sup>q</sup> ex homine ipso est non timendi mortem in ægitudine, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddant.

XVIII. Magna et urinæ non ratio solum, sed etiam religio apud auctores invenitur, digesta in genera. Spadonum quoque ad fœcunditatis<sup>a</sup> beneficia. Verum ex his quæ referre fas sit, impubium puerorum contra salivas aspidum, quas ptyadas<sup>b</sup> vocant, quoniam venena in oculos hominum exspuant: contra oculorum<sup>c</sup> albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, et cum ervi farina contra adustiones: contra aurium pura,<sup>1d</sup> vermiculosque,<sup>e</sup> si decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato novo fictili. Vaporatio<sup>f</sup> quoque ea menses fœminarum ciet. Salpe fovet illa oculos firmitatis causa: illinit Sole usta, cum ovi



in Advers. I. 7. p. 78.—14 Chiff. *volumine qua re.*—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lippitadines* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Et quare quaterni]* Lex est convivalis, expressa ab Ausonio Idyll. XIII. ‘Ter bibe.’

<sup>q</sup> *Augurium]* Huc pertinet quod ait Julius Capitolinus de Pertinace: ‘Ea die qua occisus est, negabant in oculis ejus pupulas cum imaginibus quas reddunt spectantibus, visas.’

<sup>a</sup> *Ad fœcunditatis]* Si injiciatur in uterum: sicut meconium puerorum contra sterilitatem subdi admonuit cap. 13.

<sup>b</sup> *Quis ptyadas]* Πτύας, *sputatrix*, species aspidis, Paulo Æginetæ etiam memorata, ἀπὸ τοῦ πτύειν, *ab inspuen-do veneno corporibus sic nuncupata.*

<sup>c</sup> *Contra oculorum]* Marcellus Empir. cap. 8. pag. 60. Sextus Platon. cap. 17. de puero, &c. tit. 1. ‘Ad oculorum albuginem, et aures purulentas: Pueri vel virginis investis lotio innuges eos: Extenuat lenco-

mata (sive *glaucomata*)’ . . . et aliquatenus claritatem, et angulorum asperitudinem sedat, &c. Habdarrahmanns Ægyptius, interprete Echellensi, cap. 1. num. 13. ‘Si coquetur urina in vase aliquo aereo cum melle, et indetur oculis, albuginem . . . absterget strenue.’ Vide et num. 30.

<sup>d</sup> *Contra aurium pura]* Contra purulentas aures. Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>e</sup> *Vermiculosque]* In malicorio decoctam urinam, mox infusam in aurem, vermiculos abigere, scribit Diosc. II. 99. Ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς (ὡσὶ) σκώληκας, ἐψόμενον ἐν σιδίοις ῥόας. Et Habdarrahmanns Ægyptius, laudandus a nobis inferius, in Notis et Emend. num. cit.

<sup>f</sup> *Vaporatio]* Qui vapor ex ea urina exspirat, dum decoquitur.



albumine, efficacius struthiocameli, binis horis. Hac et atramenti lituræ abluuntur. Virilis podagris medetur, argumento fullonum,<sup>g</sup> quos ideo tentari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis ostreorum, adversus eruptiones in corpore infantium, et omnia ulcera manantia. Ea exesis,<sup>h</sup> ambustis, sedis vitiis, rhagadiis et scorpionum ictibus illinitur. Obstetricum nobilitas<sup>i</sup> non alio succo efficacius curari pronuntiavit corporum pruritus: nitro addito<sup>j</sup> ulcera capitum, porrigines, nomas, præcipue genitalium. Sua cuique autem (quod fas sit dixisse) maxime prodest, confestim per se,<sup>2k</sup> canis morsui,<sup>l</sup> echinorumque<sup>m</sup> spinis inhærentibus, et in spongia lanisve imposita: aut adversus canis rabidi morsus, cinere ex ea subacto:<sup>a</sup> contraque serpentium<sup>n</sup> ictus. Nam contra scolopendras mirum proditur, vertice tacto urinæ suæ gutta,<sup>3</sup> liberari protinus læsos.

<sup>a</sup> *Cinere ex sua cuiusque hominis a cane demorsi urina subacto.*

//////////

CAP. XVIII. 1 Cod. Dalec. *pituitam*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *confestim perfuso*.—3 Chiff. *guttu*.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Argumento fullonum*] Quorum demersi plerumque in urinam pedes ac crura. Hinc urina fullonia appellata inferius, c. 48.

<sup>h</sup> *Ea exesis*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Obstetricum nobilitas*] Nobiles obstetrices. De hac forma loquendi diximus XXII. 69.

<sup>j</sup> *Nitro addito*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>k</sup> *Confestim per se*] Hoc est, sola ac separatim, siue ullo alio adjumento: et in spongia deinde etiam imposita. Ita Reg. 2. cod. At Reg. 1. ut editi hæctenus libri, *confestim perfuso*.

<sup>l</sup> *Canis morsui*] Theod. Priscianns 1. 19. 'Si canis morsu quis fuerit vulneratus, ejusdem vulnerati lotio vulnus fomentandum est.'

<sup>m</sup> *Echinorumque*] Explicatius ista

Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. 'Spongia,' inquit, 'vel lana lotio madefacta, appositæque, sine dolore quæ corpori inhæserint, eximit . . . Si ecliini aculei pedibus inhæserint, aut alicui corporis parti, in lotio humano calenti pedem diu tene, facile excutientur.'

<sup>n</sup> *Contraque serpentium*] Plinius III. 30. Q. Sereus cap. 47. p. 155. ex Varrone: 'Si vero horrendum vulnus fera fecerit aspis, Urinam credunt propriam conducere potu. Varronis fuit ista senis sententia.' Habdarrahmanns Ægyptius, interprete Echellensi c. 1. num. 7. 'Urina hominis recens epota strenue curat a viperarum morsibus, scorpionis marini, ac similiarum animalium.'

XIX. Auguria valetudinis ex ea traduntur.<sup>1</sup> Si mane<sup>o</sup> candida, dein rufa sit, illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur. Mala signa rubræ,<sup>p</sup> pessima nigræ:<sup>q</sup> mala bullantis,<sup>r</sup> et crassæ:<sup>b</sup> in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos<sup>s</sup> aut viscera dolorem imminere. Eadem viridis, morbum viscerum: pallida, bilis: rubens, sanguinis.<sup>2</sup> Mala, et in qua<sup>t</sup> veluti furfures, atque nube-

<sup>b</sup> Mala signa bullas emittentis, mala et crassæ.

## NOTÆ

<sup>o</sup> Si mane] Ex Cornelio Celso hæc accepta 1. 2. pag. 3. 'Scire autem licet integrum corpus esse, cum quotidie mane urina alba, dein ruffa est: illud, concoquere: hoc, concoxisse significat.' Vide eundem Celsum, de malæ urinæ indicis, 11. cap. 5.

<sup>p</sup> Mala signa rubræ] Hippocr. p. 4. Aphor. 71. E Latinis Celsus 11. 4. 'Mala urina est, in qua subsidunt vel rubra, aut livida: deterior, in qua quasi fila quædam tenuia, atque alba: pessima ex iis, si tanquam ex furfuribus factas nubeculas repræsentat. Diluta quoque, atque alba vitiosa est, sed in phreneticis maxime.' Videri possit a Celso Plinius hansisse.

<sup>q</sup> Pessima nigræ] Hippocr. de victu in morbis acutis, tex. 46. p. 306.

<sup>r</sup> Mala bullantis] Hippocr. Aphorism. vii. 34. p. 308. tom. 9. operum Galeni: 'Οκόσοισι δὲ ἐν τοῖσιν οὖροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσιν, καὶ μακρὴν ἀρρώστιαν ἔσεσθαι. Quidus in urinis bullæ superstant, iis nephritin ac longum fore morbum significant. Bullare, est bullas facere, hoc est, tumorem illum excrescentem, qui spiritu in aqua vel in urina excitatur. Celsus 11. 7. 'Si urina bullat.'

<sup>s</sup> Significat circa articulos] Abscessu circa articulos liberare urinam ejusmodi, auctores clari testantur:

Theophilus de Urinis, tom. viii. operum Galeni, cap. 6. pag. 364. Ὀδρον παχὺ καὶ πολὺ λευκὸν ἐλθὼν, ῥύεται ἀποστάσιος ἐπ' ἄρθρα γεγωνίας τοῖς προπεπονηκόσιν . . . . Urina crassa, et multa, et alba profusa, liberat abscessu in articulos facto, in iis qui antea eo morbo laborarunt. Hippocr. clarius Aphor. iv. 74. pag. 184. tom. ix. 'Οκόσοισιν ἐλπίς ἐς τὰ ἄρθρα ἐφίσταται, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος ὄδρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γεγόμενον, κ. τ. λ. Sed Celsum adhuc Plinius auctorem sequitur, cuius hæc hand obscura oratio est, 11. 7. 'Urina autem crassa, ex qua quod desidet, album est, significat circa articulos, aut circa viscera dolorem, metumque morbi esse. Eadem viridis, aut viscerum dolorem, tumoremque cum aliquo periculo subesse, aut certe corpus integrum non esse testatur,' &c. Risum vel Heraclito moveat Dalecampius Medicus, qui morbum viscerum hoc loco icterum interpretetur.

<sup>t</sup> Mala, et in qua] Auctor libri de urinis, tom. viii. operum Galeni, cap. 1. pag. 352. Τοῦτων δ' ἔτι κακίους αἱ πιτυρώδεις. Idem habet et Hippocr. in Prognost. text. 28. p. 633. tom. viii. rursumque Aphor. iv. 71. Et ex quo Plinius accepisse potius videri possit, Celsus 11. 5. inter signa longi morbi, hæc affert: 'Si levia atque alba rubrave sunt, quæ in ea subsidunt: aut si quasdam quasi maculas repræ-

culæ<sup>u</sup> apparent. Diluta quoque<sup>v</sup> alba vitiosa est: mortifera<sup>w</sup> vero crassa, gravi odore: et in pueris tenuis ac diluta. Magi<sup>x</sup> vetant ejus causa contra Solem Lunamque nudari, aut umbram cujusquam ab ipso respergi.<sup>3</sup> Hesiodus<sup>y</sup> juxta obstantia<sup>c</sup> reddi suadet, ne Deum aliquem nudatio offendat. Osthanes<sup>4</sup> contra mala medicamenta omnia promisit auxiliari, matutinis horis suam cuique instillatam in pedem.

<sup>c</sup> *Juxta parietem oppositum.*

//////////

CAP. XIX. 1 Chiff. tradentur.—2 Dalec. bilem, rubens sanguinem.—3 <sup>4</sup> Ita codd. Regg. 1. 2.<sup>7</sup> Brotier. ab ipsa respergi codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ab ipsa aspergi edd. vett. et Gronov.—4 Osthans Chiff. Hostanes Gronov. et al. ante Harduin.

#### NOTÆ

sentat: aut si bullulæ excitat.<sup>7</sup> Et cap. 6. 'Urina vero rubra et tenuis in magna cruditate esse consuevit: et sæpe antequam spatio maturescat, hominem rapit. Itaque si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est, præcipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris,' &c.

<sup>u</sup> *Atque nubeculæ]* Atræ videlicet nebulæ: νεφέλαι δὲ μέλαιαι, φαῦλαι. Auctor proxime laudatus, lib. de urinis, loc. cit. Hippocr. lib. de victu in morbis acutis, tex. 44. pag. 304. τὰ οὖρα νεφελοειδέα, urinam nebulosam vocat. Et nebulas appellat Theod. Priscianus II. 1. 'Nubeculas' Celsus II. 4. Ut inanis ac futilis conjectura Dalecampii liquidò intelligatur, qui squamulæ pro 'nubeculæ' reponere nititur.

<sup>v</sup> *Diluta quoque]* Λεπταὶ δὲ καὶ λευκαὶ κάρτα φαῦλαι. Tenuis et alba, admodum mala. Auctor libri de urinis loc. cit. Sed e Celso hæc Plinius: sic enim ille II. 6. 'Pessima tamen urina est, præcipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris: atque in viris quidem et mulieribus, talis deterrima est:

in pueris vero, quæ tenuis et diluta est.'

<sup>w</sup> *Mortifera]* Auctor libri de urinis, loc. cit. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὖρων τὰ τε δυσώδη, καὶ ὑδατώδη, καὶ μέλαινα, καὶ πάχεα τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῆσι γυναιξὶ τὰ μέλαινα τῶν οὖρων κάκιστα τοῖσι δ' αὖ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. *Mortifera est gravis odore, et diluta, et atra, et crassa. In viris quidem et feminis, atra pessima: in infantibus, aquosa et diluta. Vide et Theophilum, de urinis, cap. 7. pag. 366. et Hippocr. in Prognost. text. 32. pag. 634. et 635. utrumque tomo VIII. operum Galeni. Ex his hausisse Celsus videtur, a Celso Plinius.*

<sup>x</sup> *Magi]* Est in Pythagoricis symbolis, Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. Quod quidam ἀλληγορικῶς sic accipiunt, ut sententia sit, contra magnos et honestos viros nihil proterve, nihil irreverenter agendum.

<sup>y</sup> *Hesiodus]* In eo opere, cui titulus Ἔργα καὶ ἡμέραι, vs. 725. Μηδ' ἔντ' ἡελίοιο τετραμμένους ὄρθος ὀμιχεῖν . . . Μηδ' ἀπογυμνωθεῖς μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.



XX. (VII.) Quæ ex mulierum<sup>1</sup> corporibus traduntur, ad portentorum miracula accedunt, ut sileamus divisos membratim in scelera abortus,<sup>d</sup> mensium piacula, quæque alia non obstetrices modo, verum etiam ipsæ meretrices prodidere. Capilli si crementur,<sup>a</sup> odore serpentes fugari. Eodem odore<sup>2 b</sup> vulvæ morbo strangulatas respirare. Cinere eo<sup>c</sup> quidem, si in testa sint cremati, vel cum spuma argenti, scabritias oculorum ac pruriges emendari: item verrucas, et infantium ulcera cum melle. Capitis quoque vulnera, et omnium ulcerum sinus,<sup>3</sup> addito melle ac thure. Panos, podagras, cum adipe suillo, sacrum ignem, sanguinemque sisti illito,<sup>d</sup> et fornicationes<sup>4 e</sup> corporum.

XXI. De lactis usu<sup>f</sup> convenit, dulcissimum esse mollissimumque, et in longa febre, cœliacisque<sup>g</sup> utilissimum, maxime ejus quæ jam infantem removerit.<sup>h</sup> Et in mala-

<sup>d</sup> *Fætus abortivos.*

//////////

CAP. XX. 1 *Quæ de mulierum Vet. Dalec.*—2 *Eodem nitore Chiff.* unde Dalecampius conjectabat, *nidore.*—3 *Chiff. et in omnibus ulceribus sinus.*—4 *Chiff. illito, et in fornicationes; Gronov. illico, et fornicationes Gronov. et al. ante Harduin.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Capilli si crementur*] Simile illud est quod Habdarrahmannus Ægyptius refert I. 1. ‘Satam terram verniculis obnoxiam si mulieris suffumigabis capillis, statim Deo permittente inde fugantur.’

<sup>b</sup> *Eodem odore*] Habdarrahmannus Ægyptius, Ecchellensi interprete, I. 23. ‘Capillis hominis si suffumigabitur mulier, quæ matricis doloribus laborat, sanabitur.’ Et lethargicos quoque excitari eo, scribit Plinius Valer. III. 9.

<sup>c</sup> *Cinere eo*] Marcellus Empir. cap. 8. p. 60.

<sup>d</sup> *Sanguinemque sisti illito*] Sic Reg. 2. et Chiff. non, ut editi, *illico.* In Reg. 1. *illito*, vetusto more.

<sup>e</sup> *Et fornicationes*] Fornicatio hoc loco pruritus cutis significat, qualem efficerent fornicæ pungentes. Sic xxx. 41. ‘douce fornicet cutis.’


Alias fornicatio vitium quoque corporis est, cum parva tubercula rotunda et pingua corpus infestant. Græcis, *μυρμηκίασις.* Claviculum vocat Sextus Platon. ut dicemus xxx. 22.

<sup>f</sup> *De lactis usu*] Muliebris scilicet. Dioscor. II. 78. τὸ δὲ τῆς γυναικὸς γάλα γλυκύτερόν ἐστι καὶ τροφιμώτατον.

<sup>g</sup> *Cœliacisque*] Marcellus Empir. cap. 27. pag. 193. ‘Cœliaco, et ei qui ejectionibus vel doloribus acutis alvi variis vexabitur, potenter succurres, si muliebre lac quamplurimum jejuno potni dederis, donec persanctur.’

<sup>h</sup> *Infantem removerit*] Quæ lactenti puero mammam subduxerit. Joan. Jac. Chiff. Dædalm. II. 5. pag. 37. sic interpretatur, ‘quæ infantem pepererit, atque in lucem ediderit.’ Haud sane recte.

cia <sup>1</sup> stomachi, in febris, rosionibusque <sup>j</sup> efficacissimum <sup>2</sup> experiuntur. Item mammarum collectionibus cum thure, oculo ab ictu <sup>k</sup> cruore suffuso, et in dolore, <sup>l</sup> aut epiphoris, <sup>3</sup> si immulgeatur, plurimum prodest: magisque cum melle et narcissi succo, aut thuris polline. Semperque in omni usu efficacius ejus, quæ <sup>4</sup> marem enixa sit: multoque efficacissimum ejus, quæ geminos mares: et si vino ipsa cibusque acrioribus abstineat. Mixto præterea ovorum candido liquore, madidaque lana frontibus impositum, fluxiones oculorum suspendit. Nam si rana <sup>m</sup> saliva sua oculum asperserit, præcipuum est remedium. Et contra morsum ejusdem bibitur, instillaturque. Eum qui simul <sup>5</sup> matris filiaque lacte inunctus sit, liberari omni oculorum <sup>6</sup> metu in totam vitam affirmant. Aurium quoque vitiis medetur, admixto modice oleo: <sup>7</sup> <sup>n</sup> aut si ab ictu doleant, <sup>8</sup> anserino adipe tepefactum. Si odor gravior sit, ut plerumque fit longis vitiis, diluto melle lana includitur. <sup>9</sup> Et contra morbum regium in oculis relictum, <sup>o</sup> instillatur cum elaterio.



CAP. XXI. 1 Chiff. *malitia*: forte, *mollitia*; aut etiam, *malitia*.—2 Ita codd. Harduini, Chiff. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *torsionibus efficacissimum* al. ap. Dalec. *rosionibus efficacissimum* Gronov. et vulgg.—3 Chiff. *epiphora*.—4 Cod. Dalec. *ejus esse quæ*. Mox *geminos peperit mares* Gronov. et vulgg. τὸ *peperit* non agnoscunt codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *instillaturque*. *Qui simul* Gronov. et vulgg. *instillatur*. *Qui simul* Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinis et recentt. *liberari omnium oculorum* Chiff. *liberari oculorum* Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *modice admixto olio* Vet. Dalec. et Chiff. *modice admixto oleo* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dolent* Gronov. et vulgg.—

## NOTE

<sup>1</sup> *Et in malicia*] Sic etiam Reg. 1. Alii *malicia* malc. Mollities est languentis et enneta fastidientis stomachi. Diosc. II. 78. *στομάχου φθίσιν* vocat.

<sup>j</sup> *Rosionibusque*] Dioscor. loc. cit. Ὠφελεῖ δὲ θηλαζόμενον στομάχου δῆξιν. *Mammis exsuctum prodest ad stomachi rosionem*. A hile fit ista stomachi rosio.

<sup>k</sup> *Oculo ab ictu*] Dioscor. loc. cit.

Μεγὲν δὲ λιβανωτῶ λεῖψ, ἐνσπάζεται τοῖς ἐκ πληγῆς αἰμαχθείσιν ὀφθαλμοῖς. *Thuris admixtum pollini oculis ab ictu cruore suffusis instillatur*.

<sup>l</sup> *Et in dolore*] Oculorum.

<sup>m</sup> *Nam si rana*] Rana rubeta, enjus est venenata maxime saliva.

<sup>n</sup> *Admixto modice oleo*] Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>o</sup> *In oculis relictum*] Qui oculos adhuc felleo colore suffundat.

Peculiariter<sup>p</sup> valet potum contra venena, quæ data sunt e marino lepore, buprestique,<sup>q</sup> et, ut Aristoteles tradit, dorycnion.<sup>10</sup> Et contra insaniam, quæ facta sit hyosecyami potu. Podagris quoque<sup>v</sup> jubent illini cum cicuta.<sup>r</sup> Alii cum œsypo<sup>s</sup> et adipe anserino: qualiter etiam<sup>11</sup> vulvarum doloribus imponitur. Alvum etiam sistit potum, ut Rabirius<sup>t</sup> scribit, et menses ciet. Ejus vero,<sup>u</sup> quæ foeminam enixa sit, ad vitia tantum in facie sananda prævalet. Pulmonum quoque<sup>v</sup> incommoda lacte mulieris sanantur: cui si admisceatur impubis pueri urina, vel mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mensura, murmura<sup>12</sup> quoque aurium ejici invenio. Ejus quæ marem peperit lacte gustato, canes rabiosos fieri negant.

XXII. Mulieris quoque salivam<sup>1 a</sup> jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis. Et si contra<sup>b</sup> epiphoras,<sup>2</sup> ferventes



9 Vet. Dalec. *lana madens inditur.*—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *buprestique*, ut *Aristoteles*, &c. Gronov. et vulgg. *buprestique et ut A. contra dorycnion* Cliffl.—11 Cliffl. *qualiter et.*—12 Codd. Dalec. et Cliffl. *murmura.*

CAP. XXII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Cliffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Mulieris salivam quoque* Gronov. et al. vett.—2 *Et sic*, &c. Dalec. ‘Malle, *Et contra epiphoras, si ferventes anguli,*’ &c. Brotier.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Peculiariter*] Dioscor. loc. cit. ‘*Ἀρμόξει δὲ καὶ πρὸς λαγωῦ θαλασσίου πόσιν.*

<sup>q</sup> *Buprestique*] Scribonius Largus Compos. 190. ad buprestim.

<sup>r</sup> *Podagris . . . cum cicuta*] Dioscor. loc. cit. cum cerato et opio, *σὺν μηκωνίῳ καὶ κηρωτῇ καταχρίμενον.*

<sup>s</sup> *Alii cum œsypo*] Vide xxx. 23.

<sup>t</sup> *Ut Rabirius*] Est sane C. Rabirius poëta Epiens, cujus Quintilianus meminit lib. x. et Ovid. de Ponto iv. 16. 5. ‘Cum foret et Marsus, magnique Rabirius oris.’ Seneca, de Benef. vi. 3. ‘Egregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poëtam,’ &c. Medicusne idem ac vates extiterit, an de rebus medicis ipse in ea arte hospes carmen ediderit, obscu-

rum est.

<sup>u</sup> *Ejus vero*] In ratione victus lac ejuscemodi laudat Galenus, de Remed. facile parab. tom. x. lib. ii. pag. 659.

<sup>v</sup> *Pulmonum quoque*] Ad pulmonis ulcera, et ad tabem, commendat Galenus de Bonit. et Vit. Succorum, tom. vi. cap. 4. pag. 426.

<sup>a</sup> *Mulieris quoque salivam*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 69.

<sup>b</sup> *Et si contra*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 57. ‘Si mulieris saliva, quæ pueros, non puellas ediderit, et abstinerit se pridie vino, et cibis acrioribus, et imprimis si pura et nitida erit, angulos oculorum tetigeris, omnem acritudinem lippitudinis lenies, humoremque siccabis.’

anguli oculorum subinde madefiant : efficacius, si cibo vinoque se pridie ea abstinerit. Invenio et fascia mulieris alligato capite dolores minui.

XXIII. Post hæc nullus est modus. Jam primum abigi grandines turbinesque contra fulgura,<sup>c</sup> ipsa in mense<sup>a</sup> connudata,<sup>1</sup> sic averti violentiam cœli : in navigando quidem tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis vero mensibus, monstrificis alias, uti suo loco<sup>d</sup> indicavimus, dira et infanda vaticinantur : e quibus dixisse non pudeat, si in defectus<sup>2</sup> Lunæ Solisve congruat vis illa,<sup>e</sup> irremediabilem fieri : non segnius et in silente<sup>3</sup> Luna, coitusque tum maribus exitiales esse atque pestiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore pollui. Tanto vim esse majorem.<sup>b</sup> Quocumque autem<sup>f</sup> alio menstruo, si nudatæ segetem ambient, erucas, ac vermiculos, scarabæosque, ac noxia alia decidere.<sup>4</sup> Metrodorus Scepsius in Cappadocia inventum pro-

<sup>a</sup> Cum est in menstruis mulier.

<sup>b</sup> Tanto plus virium menstruis tempestas ea adjicit.

\*\*\*\*\*

CAP. XXIII. 1 Chiff. ipsa mense nudato ; cod. Dalec. nudatas. ' Locus ille sic mihi videtur distinguendus, et emendandus : Jam primum abigi grandines turbinesque, contra fulgura ipsa in mense nudata ; sic averti violentiam cœli. Minime certæ Latinitatis vox est connudata. In Mss. mense nudato. In Editione principe, mense eo nudata.' Brotier.—2 Chiff. defectus. Mox, morbum irremediabilem Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et silente Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. ac noxia anima-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Contra fulgura*] Assutus purpuræ pannus hæc voces videntur : atque ex ora libri in contextum irrepsisse.

<sup>d</sup> *Uti suo loco*] Lib. VII. cap. 13.

<sup>e</sup> *Vis illa*] Purgatio menstrua.

<sup>f</sup> *Quocumque autem*] Palladius lib. I. tit. 35. pag. 28. ' Aliqui mulierem menstruantem nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus, contra erucas, et cetera, hortum faciunt circumire.' Columella de Cultu Hortor. lib. X. ubi de animalibus pellendis, quæ carpunt segetes : ' At si nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniunt artes, nudataque plan-

tas Fœmina, quæ justis tum demum operata juventæ Legibus, obscæno manat pudibunda cruore. Sed resoluta sinus, resoluta mœsta capillo, Ter circum areolas, et sepem ducitur horti. Quæ cum lustravit gradiens, mirabile visu, Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus, Volvitur ad terram distorto corpore campe,' &c. Hoc ipsum repetit idem XI. 3. extremo, p. 405. ex Democriti libro, qui inscribatur, περὶ ἀντιπαθῶν. Sic et Ælianus Hist. Anim. VI. 36. de erucis.

dit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arva, relectis<sup>5</sup> super clunes vestibus. Alibi servatur, ut nudis pedibus cant, capillo cinctuque dissoluto. Cavendum ne id oriente Sole faciant: sementem enim arescere. Item novellas vites<sup>6</sup> ejus tactu in perpetuum lædi: rutam et hederas,<sup>6</sup> res medicatissimas,<sup>c</sup> illico mori. Multa diximus<sup>h</sup> de hac violentia. Sed præter illa certum est, apes tactis alveariis fugere: lina,<sup>7</sup> cum coquantur,<sup>i</sup> nigrescere: aciem in cultris tonsorum hebetescere: æs contactum grave virus odoris accipere<sup>8</sup> et æruginem, magis si decrescente Luna id accidat: equas, si sint gravidæ, tactas abortum pati. Quin et aspectu omnino,<sup>9</sup> quamvis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virgine ætatis<sup>10</sup> sponte.<sup>j</sup> Nam bitumen in Judæa nascens sola hac vi superari filo vestis contactæ, docuimus.<sup>11k</sup> Ne igne quidem vincitur, quo cuncta: cinisque etiam ille, si quis aspergat lavandis vestibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit, ne ipsis quidem fœminis malo suo inter se<sup>12l</sup> im-

<sup>c</sup> *Res ad medicos usus aptissimas.*



lia decidere.—5 Dalec. et Pintian. *relectis*.—6 Chiffi. *ederam*.—7 Ita ex codd. Harduini et recentt. *linaque* Gronov. et vulgg. Mox, *cum inquinantur* cod. Dalec. *cum continguntur* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *virus accipere* edd. vett. et Gronov.—9 *Quin aspectu quamvis procul omnino* cod. Dalec.—10 Ita ex codd. Harduini et recentt. *in virgine ætate* Gronov. et al. vett.—11 Cod. Dalec. *ut sponte superari, et in filo velut vestis contextæ dispergi docuimus*; Chiffi. *vesti contextæ*

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Item novellas vites*] Mss. Reg. 2. et alii, *item novella* tantum.

<sup>h</sup> *Multa diximus*] Magna, inquit, et numerosa videntur ea quæ hactenus retulimus, hoc cap. sed præter ista, &c.

<sup>i</sup> *Lina, cum coquantur*] Sic etiam Reg. 2. et alii. Si nempe coquantur ære, quod menstrua ea contigerint. Delibata ex his antea jam plurima, VII. 13.

<sup>j</sup> *Ætatis sponte*] Sponte naturæ in ea ætate, ut ipse ait X. 75.

<sup>k</sup> *Nam bitumen . . . docuimus*] Lib. VII. c. 13. 'Quin et bituminum sequax alioqui ac lenta natura, in lacu Judææ, qui vocatur Asphaltites, certo tempore anni supernatans, nequit sibi avelli, ad omnem contactum adhærens, præterquam filo, quod tale virus infecerit.' Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lib. VII. num. 56.

<sup>l</sup> *Inter se*] Est enim aliarum menstruum aliis venenum.

munibus. Abortum<sup>m</sup> facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Quæ Lais et Elephantis inter se contraria prodidere de abortivis, carbone<sup>13</sup> e radice brassicæ, vel myrti, vel tamaricis in eo sanguine extincto: item asinas non concipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quæque alia nuncupavere monstrifica, aut inter ipsas pugnantia: cum hæc fœcunditatem fieri iisdem modis, quibus illa sterilitatem, prænuntiaret, melius est<sup>14</sup> non credere. Bytus Dyrachenus hebetata aspectu<sup>n</sup> specula recipere nitorem tradit, iisdem aversa rursus contuentibus: omnemque vim talem resolvi, si mullum piscem secum habeant. Multi vero inesse etiam remedia tanto malo aiunt: <sup>15</sup> podagras illini,<sup>o</sup> strumas et parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras tractatu earum mulierum leniri. Lais et Salpe canum rabiosorum morsus, et tertianas quartanasque febres, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus Thebanus, vel omnino vestis ita<sup>16</sup> infectæ<sup>p</sup> portiuncula, ac vel licio,<sup>q</sup> brachiali inserta. Sotira obstetrix tertianis quartanisque efficacissimum dicit plantas ægri subterlini: multoque efficacius ab ipsa muliere, et ignorantibus.<sup>r</sup> Sic et comitiales excitari. Ictidas<sup>r</sup>

~~~~~

docuimus. Nec igni, &c.—12 Verba *inter se* desunt in Vet. Dalec.—13 Vet. Dalec. *abortivo carbone.*—14 Verbum *est* deest in Chiffi.—15 Verbum *aiunt* abest in eodem codice.—16 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vestis omnino ita* Gronov. et vulgg. Mox, *vel pellicio* Chiffi.

NOTÆ

^m *Abortum*] Dioscor. II. 97. Γυναικὸς δὲ ἐπιμήμιον περιαιεφόμενον καὶ ὑπερβαίνόμενον, ἀσυλλήπτους δοκεῖ ποιεῖν γυναῖκας. *Menstruus fœminæ sanguis existimabatur circumditi efficere ne concipiant mulieres, itemque si super eum ipsæ supergrediantur.*

ⁿ *Hebetata aspectu*] Mulierum scilicet aspectu, quæ profluvio tali laborant. Nam earum aspectu speculorum fulgor hebetatur, ut dictum est VII. 13. reddi eundem, si eæ postea speculi partem aversam contuerentur,

credidit Bythus.

^o *Podagras illini*] Diosc. II. 97. Ποδαγρικὰς δὲ ὀδύνας καὶ ἐρυσιπέλατα κομφίξει καταχρίδμενον.

^p *Vel omnino vestis ita infecta*] Menstruo muliebri inquinatæ.

^q *Ac vel licio*] Vel tenui filo. Brachiale, βραχιόλιον, ornamentum brachiorum: aruilla a ceteris appellatur.

^r *Ictidas*] Et Q. Serenus cap. de quartana medicanda: 'Quidam etiam miranda ferunt, veniente calore

medicus quartanas coitu finire, incipientibus duntaxat menstruis, spopondit. Inter omnes vero convenit, si aqua potusque ^s formidetur a morsu canis, supposita tantum calyci lacinia tali ^d¹⁸ statim metum eum discuti: videlicet prævalente sympathia illa Græcorum, cum rabiem canum ejus sanguinis gustatu incipere dixerimus.¹ Cinere eo jumentorum omnium ulcera sanari certum est, addita caninorum farina ^e et cera. Maculas autem e veste eas non nisi ejusdem urina ablui.¹⁹ Cinerem per se rosaceo mixtum, fœminarum præcipue, capitis sedare dolores illitum fronti. Asperrimamque vim profluvii ejus esse per se annis ²⁰^u virginitate soluta. Id quoque convenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menstruo postibus irritas fieri magorum artes, generis vanissimi, ut æstimare licet.^f Ponam enim vel modestissimum e promissis eorum: ex homine siquidem resemina unguium e pedibus manibusque cera permixta, ita ut dicatur tertianæ, vel quotidianæ, vel quartanæ feбри remedium quæri, ante Solis ortum alienæ januæ affigi jubent, ad remedia in iis morbis: quanta vanitate si falsum est! quantave noxia,^g si transferunt morbos! Innocentiores ex his ^h omnium digitorum ²¹ resemina unguium ad cavernas fornicarum

^d Lacinia tali tincta menstruo. ^e Fuligine.

^f Quæ sunt plenissimæ vanitatis, ut vel ex eo æstimare licet.

^g Injuria. ^h Ex Magis ii qui minus nocent.

//////////

—17 Cod. Dalec. *aliam ignorant.*—18 Vet. Dalec. *lacinia menstruo tincta tali.*—19 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. elui Gronov. et al. vett.—20 Gronov. et al. ante Harduin. *esse primis annis.*—21 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et quæ secntæ; *quantave noxa, si transferunt morbos ad innocentiores? Ex his, &c.* Gronov. et vulgg. *quantave noxa . . . innocentiores ex iis. Idem ex omnibus digitis* Vet. Da-

NOTÆ

Jurantes ludum Veneris munusque petendum?

^s *Si aqua potusque*] De eo aquæ metu post canis rabiosi morsum vide quæ diximus VIII. 63.

¹ *Cum rabiem . . . dixerimus*] Lib.

VII. 13. 'In rabiem aguntur gustato eo canes.'


^u *Per se annis*] Ætatis ac naturæ sponte, ante coitum, menstruis fluentibus. Ita Mss. Reg. 2. et alii: non, ut editi, *primis annis.*

abjici jubent, camque, quæ prima cœperit trahere, correptam subnecti collo, ita²² discuti morbum.

XXIV. (VIII.) Hæc sunt quæ retulisse fas sit, ac pleraque ex iis non nisi honore dicto.^a Reliqua intestabilia et infanda, ut festinet oratio ab homine fugere. In ceteris claritates animalium^b aut operum sequemur. Elephantis sanguis, præcipue maris, fluxiones omnes, quas rheumatismos vocant, sistit. Ramentis eboris cum melle Attico (ut aiunt) nubeculæ^c in facie, scobe paronychia tolluntur. Proboscidis tactu capitis dolor levatur, efficacius si et sternuat.^{a2} Dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica adalligata impetus libidinum stimulat. Sanguis et syntecticis³ prodest, jecurque comitialibus morbis.

XXV. Leonis adipēs^d cum rosaceo cutem in facie custodiunt a vitiis, candoremque servant. Sanant et adusta nivibus, articularumque tumores.^e Magorum vanitas¹ perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud populos regesve² promittit: præcipue tamen eo pingui, quod sit in-

^a Si et elephante sternuat.



lec.—22 Vet. Dalec. et itu.

CAP. XXIV. 1 Vet. Dalec. maculæ.—2 Idem Vet. sternuet.—3 Codd. Dalec. et ischiadicis. Mox Chiffi. prodest, jocusque c. morbis.

CAP. XXV. 1 Codd. Dalec. et Chiffi. adeps cum ros. cut. in fac. custodit, &c. servat. Sanat et ad ni. oculorumque tumores. Mag. vanitates.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. apud reges populosve

NOTÆ

^a *Honore dicto*] Honorem præfati: uti solemus cum quid torpe dicturum: tum enim sic præfamur, 'si commemorare fas est,' 'honore dicto,' 'honor sit auribus,' aut res ipsas eo verborum ambitu exprimimus qui virorum honorum atque ingenuorum non offendat aures.

^b *Claritates animalium*] Clariora animalia, ut diximus xxii. 69.

^c *Nubecula in facie*] Nubeculas appellat hic Plinius, (sic enim Mss. omnes,) quas Sextus Platon. cap. 12. de elephante, plagas et maculas. Sic enim ille, tit. 1. 'Ad maculas tollen-

das: 'Ebur cum melle contritum et impositum mire sanat.' Et tit. 2. 'Ad plagas de facie tollendas: 'Mulier si quotidie de pulvere eboris faciem suam fricaverit, plagas mundabit.'

^d *Leonis adipēs*] Plinius Valer. iii. 46.

^e *Articularumque tumores*] Sextus Platon. cap. 10. de leone, tit. 4. 'Ad nervorum et geniculorum, (hoc est articularum,) dolorem: 'Adipem leonis cum medulla cervina et lacruca teres et commiscebis: tum demum perunges corpus, et sanabitur.'

ter supercilia, ubi esse nullum potest. Similia dentis, maxime a dextra parte, villique e rostro inferiori, promissa sunt. Fel, aqua addita, claritatem oculis inunctis facit: ³ et cum adipe ejusdem comitiales morbos discutit, ^f levi gustu, et ut protinus, qui sumere, cursu id digerant. Cor in cibo ^g sumtum quartanis medetur: adeps cum rosacco quotidianis febribus. Perunctos eo ^b bestię fugiunt. Resistere etiam ⁱ insidiis videtur.

XXVI. Cameli cerebrum ^j arefactum, potumque ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi: item fel ^k cum melle potum: hoc et anginę. Cauda arefacta solvi alvum: fimi cinere crispari capillum cum oleo. Et dysentericis ^l prodest illitus cinis, potusque quantum tribus digitis capiatur, et comitialibus ^l morbis. Urinam ^m fullonibus utilissimam

Gronov. et vulgg. Mox, codd. Dalec. *promittunt*.—3 Cod. Dalec. *acuit*; Chiffi. *jacit*.

NOTÆ

^f *Comitiales morbos discutit*] Ad comitiales morbos fel leoninum pariter commendat Dioscor. *Εὔπορ.* i. 18.

^g *Cor in cibo*] Plinius Valer. iii. 6.

^b *Perunctos eo*] Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi c. 42. p. 131. ‘Adipe leonis contusa cum alio si quis corpus suum obliniet, non timebit feras, iommo fugabit eas. Hoc utuntur Monachi qui in desertis sunt et montibus medicamine, ne lædantur a bestiis.’

ⁱ *Resistere etiam*] Diosc. ii. 94. *Φασὶ δὲ ἀπὸ (λεόντειον στέαρ) καὶ ἀντιφάρμακον ἐπιβουλεύουσιν εἶναι. Αἰοῦντι ἐπιαν λεονinum adipem insidiantibus resistere.*

^j *Cameli cerebrum*] Sic etiam Galenus de theriaca ad Pison. cap. 9. pag. 942. Et Cæl. Aurel. Chron. i. 4. de Epilepsia: ‘Dant etiam cameli cerebrum fumo siccatum, atque contusum, sed infantibus vel pueris odorandum: perfectis autem ætatibus bibendum ad modum cyathi, cum mulso et aceto tribus cyathis.’ Auc-

tor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, lib. ii. p. 81. ‘Cerebrum cameli cum roseo inunctum capiti anterius et posterius epilepsiam sanat: quod est admirabile et excellentissimum.’ Medullam stomacho frontique illitam prodesse comitialibus auctor est Plinius Valer. iii. 10.

^k *Item fel*] Vide quę de cameli felle diximus xi. 74. Inter remedia porro quę peti ex camelo possunt, miror prætermissum a Plinio quod in ejus animalis lacte hodieque Oriens omnis singulare esse intelligit, sanandę hydropisi, teste *ἀπόπτη* Tavernerio, tom. i. Itiner. i. II. p. 116.

^l *Et dysentericis*] Idem Kirannus loc. cit. ‘Arida quoque et trita stercora cameli, et super aspersa aqua ac bibita, dysentericos sanant.’

^m *Urinam*] Ad splenis tumores ac jecinoris hanc laudat inprimis Habdarrahmanus Ægyptius cap. 59. p. 26. ad humida item ulcera, ad scabiem, porriginemque, ad aurium vitia.

esse tradunt: itemque ulceribus manantibus: Barbaros cam² servare quinquennio, et heminis pota ciere alvum. Setas e cauda contortas, et sinistro brachio alligatas,³ quar-
tanis mederi.

XXVII. Hyænam magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione posuerunt,¹ utpote cui et ipsi magicas artes dederint, vimque, qua alliciat ad seⁿ homines mente alienatos. De permutatione^{2°} sexus annua vice diximus, ceteraque de monstrifica natura ejus: nunc persequemur quæcumque³ medicinis produntur. Præcipue pantheris^p terrori esse traditur,⁴ ut ne conentur quidem resistere: et aliquid e corio ejus⁵ habentem non appeti. Mirumque dictu, si pelles utriusque contrariæ suspendantur, decidere pilos pantheræ. Cum fugiant venantem, declinare ad dextram, ut prætergressi⁶ hominis vestigia occupent. Quod si successerit, alienari mente,⁷ ac vel ex equo hominem decidere. At si in lævam detorserit, deficientis argumentum esse, celeremque⁸ capturam. Facilius autem capi, si cinctus suos venator, flagellumque imperitans equo⁹ septenis alligaverit nodis. Mox, ut est solers¹⁰ ambagibus vanitas magorum, capi jubent Geminorum signum transeunte Luna, singulosque prope pilos servari. Capitis dolori

//////////

CAP. XXVI. 1 Cod. Dalec. *etiam comitalibus*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Barbaros constat cam* edd. vett. et Gronov. Mox, *et h. potu* cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et quæ deinceps secutæ; *illigatas* cod. Dalec. *adalligatas* Gronov. et edd. al. vett.

CAP. XXVII. 1 Cod. Dalec. *prostituunt*.—2 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *De permutationis* edd. vett. Gronov. et Franz. Mox, *de monstrifico naturæ* Chiff.—3 Idem codex, *quæ cum*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *esse hyænæ traduntur* cod. Dalec. *esse traduntur* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *de corio earum* Gronov. et al. vett.—6 Ita ex codd. Harduini et recentt. *prægressi* Gronov. et vulgg.—7 Chiff. *mentem*. Mox, *ac deest* in cod. Dalec.—8 *Aut si . . . facitemque* cod. Dalec.—9 Vet. Dalec. *flagellumque et ipsos equos*.—10 *Mox autem solers* cod. Dalec. Mox,

NOTÆ

ⁿ *Qua alliciat ad se*] Vide quæ dicta sunt VIII. 41.

^p *Præcipue pantheris*] Vide Ælian. Hist. Anim. vi. 22.

^o *De permutatione*] Lib. VIII. 41.

alligatam¹¹ cutem prodesse, quæ fuerit in capite ejus. Lippitudini fel⁹ illitum frontibus: aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, et croci uncia¹² inunctum: sic et caligines discuti, et suffusiones. Claritytatem excitari melius inveterato medicamento. Asservari autem in Cypria pyxide. Eodem sanari argema,¹³ scabritias, excrescentia^a in oculis: item cicatrices. Glaucomata^r vero jocineris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis.¹⁴ Dentes ejus dentium doloribus tactu prodesse vel adalligatos¹⁵ ordine: humeros humerorum et lacertorum doloribus. Ejusdem dentes, si de sinistra parte rostri eruti sint, illigatos¹⁶ pecoris aut capri pelle stomachi cruciatibus. Pulmones in cibo sumtos cœliacis.¹⁷ Ventriculis, cinerem cum oleo illitum. Nervis, medullas^s e dorso cum oleo vetere ac felle.¹⁸ Febribus quartanis, jecur degustatum ter¹⁹ ante accessiones. Podagris,^t spinæ cinerem cum lingua et dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atque

^a *Carunculas excrescentes.*



capi jubet Vet. Dalec.—11 Chiffi. *inligatam*.—12 Chiffi. *in uncia*.—13 Vet. Dalec. *argemata*.—14 Vet. Dalec. *inuncta*.—15 Cod. Dalec. et Chiffi. *vel alligatos*; *rd vel deest* in Vet. Dalec.—16 Cod. Dalec. *dentes de s. parte illigatos*; Chiffi. *inligatos*.—17 Cod. Dalec. *iliacis*.—18 Vet. Dalec. *melle*.—19 *Vox ter deest* in

NOTE

⁹ *Lippitudini fel*] Hausta hæc esse ex Democrito, Marcellus Empiricus docet cap. 8. pag. 57. ‘Democritus,’ inquit, ‘affirmat felle hyænæ si frons perfricetur, epiphoras incipientes, et omnem oculorum dolorem, posse sedari.’ Sic et Diosc. n. 96. et Galenus de theriaca ad Pison. cap. 9. p. 942.

^r *Glaucomata*] *Γλαύκωμα* vitium est oculi, cum præter naturam glaucescit: seu morbus humoris crystallini, mutati in glaucum, seu album, aquosumve colorem: insanabilis fere. Plautus in Mil. n. 1. 70. glaucomam vocat: ‘Et nos facietis fabricis et doctis

dolis Glaucomam ob oculos objiciemus: eumque ita Faciemus, ut, quod viderit, non viderit.’ Qui hoc genere morbi tenetur, in Notis quæ vulgo Tironis dicuntur, apud Gruterum p. 149. ‘Glaucomaticus’ appellatur.

^s *Nervis, medullas*] Hæc pariter Marcellus Empir. cap. 36. pag. 240. ubi Democritum rursus laudat auctorem.

^t *Podagris*] Vide Marcellum Empir. cap. 36. pag. 246. ubi, calceamenta hyænæ pelle si quis in usu quotidiano habuerit, podagræ morbo cariturum ait.

illita hyænæ pelle.²⁰ In eodem morbo prodesse et fel cum lapide Assio.²¹ Tremulis, spasticis,²² exsulentibus, et quibus cor palpitet, aliquid ex corde coctum mandendum,²³ ita ut reliquæ partis cinis cum cerebro hyænæ illinatur. Pilos etiam auferri hac compositione^u illita, aut per se felle,²⁴ v evulsis prius quos renasci non libeat. Sic et palpebris inutiles^v tolli. Lumborum doloribus carnes e lumbis edendas, illinendasque cum oleo. Sterilitatem mulierum emendari, oculo cum glycyrrhiza et anetho sumto in cibo, promisso intra triduum conceptu. Contra nocturnos pavores, umbrarumque terrorem, unius e magnis dentibus lino alligatus²⁵ succurrere narratur. Furentes suffiri eodem, et circumligari ante pectus,^b x cum²⁶ adipe renium, aut jocinere, aut pelle præcipiunt. Mulieri²⁷ candida a pectore hyænæ caro, et pili septem, et genitale cervi, si illigentur dorcadis pelle, collo suspensa, continere partus promittuntur. Venerem stimulare genitalia ad sexus^c suos in melle sumta,²⁸ etiamsi viri mulierum coitus oderint. Quin immo totius domus concordiam, eodem genitali et articulos pinæ cum adhærente corio asservatis,²⁹ constare: hunc spinæ articulum, sive nodum, Atlantion vocant:^y est

^b Dente unto suffiri, eundemque circumligari ante pectus, &c.

^c Pro sexuum diversitate.



cod. Dalec.—20 Vet. Dalec. *pellit*.—21 *Asio* Chiff. —22 Cod. Dalec. *ischiadicis*. —23 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex corde mandendam* Gronov. et al. vett.—24 Vet. Dalec. *per se illita, aut cum felle*. —25 Cod. Dalec. *dentibus adalligatus prodest*.—26 Chiff. *sum cum*.—27 *Mulierum prægnanti* cod. Dalec.—28 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *promittunt. V. stimulari, genitali ad s. s. in m. sumpto* Gronov. et vulgg.—29 Cod. Dalec. *conservatis. Mox, quem spinæ*

NOTE

^u *Hac compositione*] Cordis cinere &c.
cum cerebro illito.

^v *Aut per se felle*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 70.

^w *Sic et palpebris inutiles*] Subintellige, pilos. Marcellus Empir. loc. cit.

^x *Ante pectus*] Reg. 2. et Chiff. *ante pectus suum, cum adipe renium,*

^y *Atlantion vocant*] Et sane ἄτλας est extrema colli vertebra, quæ pondus sustinet. Julius Pollux II. 4. de collo et vertebris ejus, pag. 101. Ὁ τελευταῖος (σπόνδυλος), ὡς ἀχθοφορῶν, ἄτλας ὀνομάζεται. Translatione ducta ab Atlante, qui ea corporis parte sustinere cælum fingitur a poetis.

autem primus.³⁰ In comitialium quoque remediis habent cum.³¹ Adipe accenso, serpentes fugari dicunt. Maxilla comminuta in aneso,³² et in cibo sumta, horrores sedari. Eodem suffitu mulierum³³ menses evocari. Tantumque est vanitatis, ut, si ad brachium alligetur³⁴ superioris rostri^d dextræ partis dens, jaculantium ictus deerratos negent. Palato ejusdem arefacto, et cum alumine Ægyptio calfacto, ac ter in ore permutato, fœtores et ulcera oris emendari. Eos vero, qui linguam in calceamento sub pede habeant, non latrari a canibus. Sinistra parte cerebri nariibus illita, morbos perniciosos mitigari, sive hominum, sive quadrupedum. Frontis corium fascinationibus resistere. Cervicis carnes, sive mandantur, sive bibantur arefactæ, lumborum doloribus. Nervis a dorso armisque suffiendos³⁵ nervorum dolores. Pilos rostri admotos mulierum labris amatorium esse. Jecur in potu datum³⁶ torminibus et calculis mederi. Jam³⁷ cor in cibo potuve sumtum omnibus doloribus corporum auxiliari: lienem lienibus: omentum, ulcerum inflammationibus cum oleo: medullas, doloribus spinæ et nervorum lassitudini. Renium nervos³⁸ potos in vino cum thure fœcunditatem restituere ademptam veneficio. Vulvam cum mali Punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum vulvæ. Adipe e lumbis suffiri difficulter parientes, et statim parere. E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. Spasticis,³⁹

^d Maxilla.



Gronov. et al. ante Harduin. *hinc spinæ* Chiff. — 30 'Forte, est autem continuus.' Nic. Heiusius, *Adverss.* 1. 8. p. 81. — 31 *Vet. Dalec. adhibent eum.* — 32 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Maxilla c. in aniso* Chiff. *Maxille parte c. in aniso* Gronov. et al. vett. *Maxilla parte c. cum aniso* Vet. Dalec. — 33 *Eodem suffitis mulieribus* cod. Dalec. *Eodem suffitis mulierum* Chiff. *Eodem suffitu mulierum* Vet. Dalec. — 34 Gronov. *adalligetur.* — 35 Cod. Dalec. *fugandos.* — 36 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Jecur potum* Gronov. et vulgg. — 37 *Nam* Chiff. — 38 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et nervorum, lassitudini renum. Nervos* Gronov. et vulgg. — 39 *Ischiadicis* cod. Dalec. —

NOTE

² *Renium nervos*] Sic Mss. Reg. Chiff. aliique.

genitale e maribus suffitu. Item lippientibus, ruptis, et contra inflammationes: 40 servatos pedes, tactu: lævos dextris partibus, dextros lævis. Sinistrum pedem superlatum parturienti letalem esse: dextro illato facile eniti. Membranam quæ fel continuerit, 41 cardiacis potam in vino, vel in cibo sumtam, succurrere: 42 vesicam in vino potam, contra urinæ incontinentiam. Quæ autem in vesica inventa sit urina, additis oleo ac sesamo, et melle, haustam prodesse ægrimoniam 43 a veteri. Costarum primam et octavam suffitu ruptis 44 salutarem esse: ex spina vero parturientibus ossa: sanguinem cum polenta sumtum, torminibus. Eodem tactis postibus, ubicunque magorum infestari artes, non elici Deos, nec colloqui, sive lucernis, b sive pelvi, sive aqua, 45 sive pila, e sive quo alio genere tententur. Carnes si edantur, contra canis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum jecur efficacius. Carnes vel ossa hominis, si quæ in ventriculo occisæ inveniantur, suffitu podagris auxiliari. Si ungues inveniantur in his, mortem alicujus capientium significari. Excrementa sive ossa reddita, cum interimitur, 46 contra magicas insidias pollere. Fimum, quod in intestinis inventum sit, 47 arefactum, ad dysentericos valere potum: illitumque cum adipe anserino opitulari toto corpore læsis malo medicamento: a cane vero morsis adipem illitum, et corium substratum. Rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelæ perunctos omnibus odio venire: 48 idem fieri oculo decocto. Super omnia est, quod extremam fistulam e intestini contra ducum ac

e Sive sphaeris.



40 Chiff. et al. *inflationes*.—41 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contineat* edd. vet. et Gronov. *continuerat* cod. Dalec.—42 Chiff. *contra succurrere*.—43 Vet. Dalec. *acrimonia*.—44 Chiff. *raptis*.—45 Vet. Dalec. *sive visu, sive aqua*. Mox, Chiff. *quod ad gen. tentetur*.—46 Chiff. *cum interimat*.—47 Cod. Dalec. *qui in int. inentus sit*.—48 Cod.

NOTÆ

a *Ægrimoniam*] Vox Tullio Horatio- que nota, pro ægritudine.

b *Sive lucernis*] De his Magiæ ge-

neribus opportunius agetur xxx. 5.

c *Extremam fistulam*] Postremam partem intestini recti.

potestatum iniquitates commonstrant, et ad successus petitionum, judiciorumque ac litium eventus, si omnino tantum⁴⁹ aliquis secum habeat. Ejusdem caverna^d sinistro lacerto alligata, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam præsens, ut illico sequatur. Ejusdem loci pilorum cinerem ex oleo illitum viris,⁵⁰ qui sint probrosæ mollitiei, severos, non modo pudicos mores induere.⁵¹

XXVIII. Proxime fabulosus est crocodilus, ingens quoque ille,¹ cui vita in aqua terraque communis. Duo enim^e genera eorum: illius^f e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus (si credimus) stimulant. Canini ejus dentes^g febres stas arcent thure repleti, sunt enim cavi, ita ne diebus quinque ab ægro cernatur, qui adalligaverit. Idem² pollere et ventre exentos lapillos adversus februm horrores venientes tradunt. Eadem de causa Ægyptii perungunt et adipe ægros suos.

Alter illi similis, multum infra magnitudine,³ in terra tantum, odoratissimisque floribus vivit. Ob id intestina



Dalec. *perunctis omnibus optata venire.*—49 Vet. Dalec. *tantillum*; cod. Dalec. *aliquantum*; alii vett. ap. Dalec. *aliquantum quis secum.* Mox, Vet. Dalec. *habet.* At *ejus caverna*, &c. Chiff. *habet.* Ad *ejusdem cavernam s. l. religatam, si quis m. prospiciat.*—50 Cod. Dalec. *cinere ex oleo illito viros.*—51 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *mollitiei, non modo pudicos, sed et severos mores induere* Gronov. et al. vett. *mollitiei, non modo pudicos, sed et severos mores inducere* Vet. Dalec.

CAP. XXVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ingenio quoque illo* Gronov. et vulg.—2 *Idem*, sc. magi, Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et

NOTE

^d *Ejusdem caverna*] Foramen, quo exitus excrementorum est. Alibi caverna Plinio auris est, sive quod aurium loco alieni animali est. Sic XI. 50. de vitulo marino atque delphino, 'Hæc cavernas tantum habent aurium loco.' Et paulo post, de avibus, 'Ceteris cavernæ ad auditum.'


^e *Duo enim*] Alter ingens in aquis perinde ac terra degit: alter minor, in terra tantum.

^f *Illius*] Prioris, sive amphibii.

Auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, lib. II. pag. 83. et 84. 'Dentes autem (crocodili) dextri abstracti, eoque vivo dimisso gestati, coitum stimulant: sinistri autem mulieribus. Si vero utrique adaptentur, facient incontinentiam.'

^g *Canini ejus dentes*] Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Echellensi, cap. 17. pag. 88. 'Dens crocodili ex sinistra maxilla appensus laboranti vehementi febri, curat illum.'

ejus diligenter exquiruntur jucundo nidore referta.⁴ Crocodileam vocant,^h oculorum vitiiis utilissimam, cum porri succo inunctis, et contra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo cyprino molestias in facie enascentes tollit: ex aqua vero morbos omnes, quorum natura serpit in facie, nitoremque reddit.ⁱ Lentigines^j tollit ac varos, maculasque omnes.⁵ Et contra comitiales morbos⁶ bibitur ex aceto mulso binis obolis. Apposita menses ciet. Optima, quæ^k candidissima,⁷ et friabilis, minimeque ponderosa: cum teratur, inter digitos fermentescens.^l Lavatur, ut cerussa. Adulterant^m amylo, aut Cimolia, sed maxime qui captosⁿ oryza tantum pascunt.⁸ Felle inunctis^o oculis ex melle contra suffusiones nihil utilius prædicant. Intestinis et reliquo corpore ejus suffiri vulva laborantes⁹ salu-



recentt. *infra magnitudinem* Gronov. et al.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *odore referta* Vet. Dalec. *nidore facta* Gronov. et al. vett. Mox, *crocodileam vocant. Oculorum v. utilissima cum p. s. juncta* cod. Dalec. *junctam* Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. *omnesque maculas* Gronov. et al. vett.—6 Vocab. *morbos* deest in Chiff.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quæ est candidissima*.—8 Vet. Dalec. *qui sturnos captos oryza pascunt*.—9 Cod.

NOTÆ

^h *Crocodileam vocant*] In eo animali, inquit, id quod crocodileam vocant, oculorum vitiiis sanandis utilissimum est. Stercus est seu fimum crocodili, de quo multa Albertus M. de Anim. lib. xxiv. pag. 652. Cave Rob. Stephano credas in Thesaurο Latinæ linguæ, aienti 'crocodileam esse animal simile crocodilo.'

ⁱ *Nitoremque reddit*] Diosc. II. 98. 'Ἡ δὲ τοῦ χερσαίου κροκοδείλου (ἕφοδος) ἀρμόζει ἐπὶ τῶν γυναικῶν, πρὸς εὐχροίαν καὶ στιλβῶσιν τοῦ προσώπου. *Terrestriis crocodili fimum mulieribus confert ad colorandam illustrandamque faciem.* Horatius Epod. XII. 11. in annum: 'Nec illi Jam manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili.'

^j *Lentigines*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. x. pag. 291.

^k *Optima, quæ*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

^l *Fermentescens*] Cum teritur inter digitos, resolvitur, levior, solutiorque efficitur. Diosc. loc. cit. ζυμίζουσα τὴν ὀσμὴν, *fermentum redolens*: minus recte, ut arbitrō.

^m *Adulterant*] Diosc. Δολίξουσι δὲ ἕμυλον ἢ κιμωλίαν φυρῶντες.

ⁿ *Sed maxime, qui captos*] Crocodilos scilicet. Existimat enim crocodileam ex captivis deteriore esse, mutato scilicet animalis victu. Hanc vim esse oryzae, ut sterens sturnorum qui ea pascuntur præstare eadem existimetur, quæ crocodilea efficiat, docent Diosc. loc. cit. Oribasius de Virt. Simp. lib. II. pag. 75. Ἄεγινετα xxviii. 8. aliisque.

^o *Felle inunctis*] Auctor Kiranidum lib. II. pag. 8. de crocodilo terreno: 'Stercus quoque cum felle mixtum, et inunctum, ulbulas aufert.' Albungines oculorum intelligit Habdarrah-

tare tradunt. Item velleribus circumdari vapore^a ejusdem¹⁹ infectis. Corii utriusque^p cinis ex aceto illitus his partibus, quas secari opus sit, aut nidor cremati, sensum omnem scalpelli aufert. Sanguis utriusque^q claritatem visus inunctis donat, et cicatrices oculorum emendat. Corpus ipsum,^r excepto capite pedibusque, elixum manditur ischiadicis, tussimque veterem sanat, præcipue in pueris: item lumborum^s dolores. Habent et adipem, quo tactus pilus defluit. Hic perunctos^t a crocodilis tuctur,¹¹ instillaturque^u morsibus. Cor annexum in lana ovis nigrae, cui nullus alius color incursaverit, et primo partu genitæ,¹² quartanas abigere dicitur.

XXIX. Jungemus illis simillima et peregrina æque animalia: ¹ priusque chamæleonem,^{2a} peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum,^{3b} non sine magna voluptate nostra, cognitis proditis-

^a Fumo, nidore.



Dalec. vultram laborantis.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vapore ejus* Gronov. et al. vett.—11 Cod. Dalec. defendit.—12 Cod. Dalec. *aries in curs. et quæ p. partu genita sit.*

CAP. XXIX. 1 'Aulus Gellius, x. 12. hæc taxat, magis ex affectu quam animo, secundum Hermolaum Barbarum.' *Jacob. Cell.*—2 Ita e Chiffi. Har-

NOTÆ

manus cap. 17. pag. 87. 'Fel crocodili illitum oculis per modum collyrii amovet ab illis albuginem.'

^p *Corii utriusque*] Tum amphibii, tum terrestris. De terreno, auctor Kiranidum lib. 11. p. 83. 'De hujus pelle combusta si quis fecerit ξηρὸν, id est, aridum pulverem, et superasperserit membro quod debet comburi, vel incidi, absque dolore fiet.'

^q *Sanguis utriusque*] Auctor Kiranidum, p. 84. 'Sanguis autem ejus inunctus hebetationem oculorum perfecte curat.' Negat Galenus de Fac. Simp. Med. lib. ix. p. 279. id experiri se voluisse.

^r *Corpus ipsum*] Sic et Marcellus Empir. c. 25. p. 174.

^s *Item lumborum*] Marcellus Em-

pir. loc. cit.


^t *Hic perunctos*] Habet aliquid admirabilis, si tamen credimus, auctor Kiranidum lib. 11. p. 83. 'Si quis fixerit crocodilum, et unxerit se de eo, quæcumque vulnera vel plagas recipiet, nullo modo sentiet.' Propius vero, placitoque Pliniano affini, illud quod Habdarrahmaus affert, c. 17. p. 88. 'Adeps crocodili applicatus morsui viperæ, aliorumque reptilium, plurimum proderit, et sanabit patientem.'

^u *Instillaturque*] Ita Galenus de theriaca ad Pison. c. 10. p. 914.

^a *Chamæleonem*] Sic Mss. ubique, non *chamæleontem*.

^b *Desecratum*] Variis destinatum consecratumque morbis. Sic paulo

que mendaciis Græcæ vanitatis.^c Similis et magnitudine est supra dicto crocodilo,^d spinæ tantum^e acutiore curvatura,⁴ et caudæ amplitudine distans. Nullum animal pavidius existimatur, et ideo versicoloris esse mutationis. Vis ejus maxima contra accipitrum genus. Detrahere enim^f supervolantem⁵ ad se traditur, et voluntarium præbere lacerandum ceteris animalibus. Caput ejus^g et guttur, si roboreis lignis accendantur, imbrium et tonitruum concursus facere, Democritus narrat: item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia pertinentia quæ dicit, quamquam falsa existimantes, omitemus, præterquam ubi irrisu coarguendum.⁶ Dextro oculo, si viventi eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli: lingua adalligata,⁷ pericula puerperii. Eundem^h salutarem esse parturientibus, si



diuinis et recentt. *chamæleontem* edd. vett. et Gronov.—3 Vet. Dalec. *dissectum*; al. vett. ap. eundem, *dissectatum*.—4 Cod. Dalec. *tantum vitio ac recurvatura*.—5 Ita codd. Harduini et Cliffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *supra volantem* edd. vett. et Gronov. Mox, *et devolutum præbere, &c.* Vet. Dalec. *et volucrum pr. lacerandam* al. vett. ap. eundem.—6 Vet. Dalec. *tanquam falsa... coarguendus*; cod. ejusdem, *tanquam falsa... coarguendum*.

NOTÆ

inferius: 'Sinistrum humerum quibus monstris consecret... pudet referre.'

^c *Græcæ vanitatis*] Cum plenissima hæc vanitatis Plinius fateatur, eoque consilio tantum referat, ut vel risu refellat, temere in eum virus acerbitatis suæ vomuisse Gellium perspicuum est, cum hunc locum ita coarguit, x. 12. 'Librum esse Democriti, nobilissimi Philosophorum, de vi et natura chamæleonis, eumque se legisse Plinius Secundus in Naturalis Historiæ vicesimo octavo refert, multaque vana atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit.' Inter Democriti sane opera istud de chamæleone a Laërtio non censetur. Forte fuit Boli Mendesii, ut in Auctorum Indice monebimus, verbo DEMOCRITUS.

^d *Similis... supra dicto crocodilo*]

Posteriori videlicet, sive terrestri, qui multum infra alterum, sive amphibium, magnitudine est, ut dictum est snp. cap.

^e *Spinæ tantum*] Spina chamæleoni eminent et recurvatur, ut piscibus: crocodilo non item.

^f *Detrahere enim*] Gellius x. 12. p. 522. hæc transcribens, 'Accipitrem,' ait, 'avinum rapidissimum a chamæleone humi reptante, et si cum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram, ceterisque avibus laniandum sponte sua objicere sese et dedere.'

^g *Caput ejus*] Totidem verbis hæc Gellius loc. cit.

^h *Eundem*] Sententia est, chamæleonem salutarem esse, si multo ante parturitionem illatus sit: sin idem parturienti jam superveniat, perniciosum esse.

sit domi:⁸ si vero inferatur, perniciosissimum. Linguam, si viventi adenta sit, ad judiciorum eventus pollere. Cor adversus quartanas illigatum nigra lana primæ tonsuræ. Pedem e prioribus dextrum, hyænæ pelle adalligatum sinistro brachio, contra latrocinia terroresque nocturnos pollere. Item dextram mamillam⁹ contra formidines, pavoresque. Sinistrum veroⁱ pedem torrerit in furno cum herba, quæ æque¹⁰ chamæleon vocetur, additoque unguento in pastillos digeri: eos in ligneum vas¹¹ conditos præstare (si credimus) ne cernatur ab aliis qui habeat. Armum dextrum ad vincendos adversarios vel hostes¹² valere, utique si abjectos ejusdem nervos calcaverit. Sinistrum humerum¹³ quibus monstris consecret, qualiter somnia quæ velis, et quibus^{b 14} velis, mittantur, pudet referre. Omnia ea^j dextro pede resolvi: sicut sinistro latere lethargos, quos fecerit dexter.^{15 k} Capitis dolores, inperso vino, in quo latus alterutrum maceratum sit, sanari. Feminis^c sinistri vel pedis cineri si misceatur¹⁶ lac suillum, podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata^l et suffusiones corrigi prope creditur tridui¹⁷ inunctione: serpentes fugari ignibus instillato: mustelas contrahi^{d m} in aquam coniecto:

^b Quibus veneficiis.

^c Femoris.

^d Congregari.

//////////

—7 Cod. Dalec. *lingua alligatam*.—8 Vet. Dalec. *parturientibus circa domum*. Mox, *sin vero domibus inferi* codex ejusdem.—9 Vet. Dalec. *valere*. Item *d. maxillam*.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ etiam* Gronov. et al. vett.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in ligneo vase* Gronov. et al. vett.—12 Hæc, *vel hostes*, desunt in cod. Dalec. Mox, *nervos aliquis calcaverit* Vet. Dalec. *nervos calcaverint* al. vett. ap. eundem, sub. ‘hostes.’—13 *Sinistrum mirum* cod. Dalec.—14 Chiffi. *ac quibus*. Mox, *mittat* Vet. Dalec.—15 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dextrum* edd. vett. et Gronov.—16 Vet. Dalec. *sanari fœminis*. *Si sinistri pedis cineri misceatur*.—17 Vet. Dalec. *creditur, prope tridui*. Mox, *fugari lienibus instil-*

NOTE

ⁱ *Sinistrum vero*] Et hæc ad verbum sequimur, Reg. 2. et Chiffi. aliosque. Gellius loc. cit. p. 523.


^j *Omnia ea*] Nempe somnia.

^k *Quos fecerit dexter*] Pedem subintellige. In editis hactenus libris, *dextrum*. Sed exemplaria primitiva

^l *Felle glaucomata*] A Marcello sane Empirico creditur c. 8. p. 59. A Scribonio Largo Compos. 38. ad suffusiones commendatur.

corpore vero illito detrahi pilos. Idem præstare narrant jecur, cum ranæ¹⁸ rubetæ pulmone illitum. Præterea jocinere amatoria dissolvi. Melancholicosⁿ autem sanari, si ex corio^o chamæleonis herbæ succus¹⁹ bibatur. Intestina et fartum²⁰ eorum, cum id animal^p nullo cibo vivat, cum simiarum urina illita inimicorum januæ odium omnium hominum his conciliare. Cauda flumina et aquarum impetus sisti, serpentes soporari. Eadem medicata cedro et myrrha, illigataque gemino ramo palmæ,²¹ percussam aquam discuti, ut quæ intus sint omnia appareant: utinamque eo ramo²² contactus esset Democritus, quoniam ita²³ loquacitates immodicas promisit inhiberi. Palamque est, virum alias sagacem et vitæ utilissimum, nimio juvandi mortales studio prolapsum.

XXX. Ex eadem similitudine est scincus,^q quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt, candidior autem,^r et



lato Chiff. *f. lieni instillato* cod. Dalec.—18 Cod. Dalec. *viræ*.—19 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *chamæleonis succus herbæ* Chiff. *chamæleontis herbæ succus* Gronov. et vulgg.—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque conj. Dalecampius. *finum* Gronov. et vulgg. *falsum* Chiff.—21 Chiff. *palmæ*.—22 Cod. Dalec. *atque utinam eo ramo*.—23 Vet. Dalec. *illita*.

CAP. XXX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque margo edd. Dalec. et Gronov. *candidiore autem* Chiff. et Franz. *candidiore tantum* Gronov.

NOTÆ

^m *Mustelus contrahi*] Hoc est, colligi, congregari. Sic infra c. 42. *contrahi* serpentes dixit, eni verbo mox *dissipari* opponitur.

ⁿ *Melancholicus*] ‘Melancholia dicta,’ inquit Cælius Anrel. lib. 1. 6. ‘quod nigra fella agrotantibus sæpe per vomitum veniant. Græci enim *nigrum μέλαν* vocaverunt, *fel* autem *χολήν* appellant: et non, ut plerique existimant, quod passionis causa vel generatio nigra sit fella; hoc enim est æstimantium magis, quam videntium veritatem, vel potius falsum, sicut in aliis ostendimus. Nam Tullius atram bilem dixit, veluti altam iracundiam. Item Virgilius, Hercule alta iracun-

dia moto, Hic vero, inquit, Alcidiæ furiis exarserat atro Felle dolor. Si quidem melancholici semper tristes,’ &c.

^o *Si ex corio*] In Reg. 2. aliisque, *si ex corio chamæleonis herbæ succus herbente bibatur*. Forte *tepen*, corio videlicet, vel *tepens* succus bibatur in vase quod ex corio animalis conflatum sit.

^p *Cum id animal*] Vide quæ diximus VIII. 51.

^q *Scincus*] Hunc crocodilum terrestrem, sed sui generis, Dioscorides appellat, II. 71. *Σκίγγος* . . . *ἔστι δὲ κροκόδειλος χερσαῖος, ἰδιογενῆς, κ. τ. λ.*

tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoscitur a crocodilo, squamarum serie² a cauda ad caput versa. Maximus^r Indicus, deinde Arabicus. Afferuntur^s salsi. Rostrum ejus^t et pedes in vino albo poti cupiditates Veneris accendunt: utique cum satyrio^u et erucæ semine, singulis drachmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita ut pastilli singularum drachmarum bibantur: per se laterum^v carnes obolis binis cum myrrha et pipere pari modo potæ efficaciores ad idem creduntur. Prodest et contra sagittarum venena, ut Apelles tradit, ante posteaque sumtus. In antidota^w quoque nobilia additur. Sextius^{3x} plus quam drachmæ pondere in vini hemina potum perniciem afferre tradit. Præterea ejusdem decocti^y jus cum melle sumtum Venerem inhibere.

et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *squamarum seta* edd. vett. et Gronov. ^r Pintianus loco *seta*, *serie* legit: melius *crista* legisset, cum squamarum cristæ crocodili caudam longitudinaliter superne exornant. *Th. Gronov.* ad VII. 26.—3 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sestius* Gronov. et vulgg.

NOTE

^r *Maximus*] Triplici in regione nasci Dioscorides est auctor, loc. cit. in India primum, tum in Arabia, posttremum in Mauretaniæ parte.

^s *Afferuntur*] Addito nasturtio sale conditi. Diosc. loc. cit. *ταριχευόμενοι σὺν καρδάμῳ.*

^t *Rostrum ejus*] Nicetas in Andronico II. 2. p. 206. *Ἦσθιε δὲ καὶ ζῶον Νειλῶον, κροκοδείλῳ πάνν τοι ἐμφερὲς, σκίγγον λεγόμενον, ἀπόσιτον μὲν τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα βρωτέα κρίνουσι· διερεθίζον δ' ὅμως καὶ διανιστῶν ἐν ταῖς ὀμιλίαις πρὸς θουουσιασμόν. Vescitur item Nilotica bestiola, crocodilo non absimili, quem scincum vocant: a quo cibo cum plerique abhorreant, tamen tentiginem excitat, et ad rem veneream paratos facit.*

^u *Utique cum satyrio*] Theodorus Priscianus II. 1. II. 'de satyriasi, vel impedimento usus Venerei: . . . 'Virile semper officium reparaverunt et piper, satyrium, et stinchus,

et erui semina.' Lege, 'et scincus, et erucæ semina.'

^v *Per se laterum*] Partem eam quæ renes amplectitur, drachmæ pondere e vino potam, Venerem accendere Dioscorides prodidit loc. cit. *φασὶ δὲ δύναμιν ἔχειν ποθὲν τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς αὐτοῦ μέρος, ὅσον ἄ πλῆθος μετ' οἴνου, ὀρμητικὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια.* A Sextio Nigro videtur Dioscorides imhansisse, a Dioscoride Galenus de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 305.

^w *In antidota*] Diosc. *Μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις*, loc. cit. et in Alexiph. præf. p. 396.

^x *Scatius*] Et ex Sextio auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 1001. 'Ad venerea,' inquit, 'facit drachma una caruncula illius (scinci) ex vini cyatho potata: si enim plus sumatur, affert periculum.'

^y *Præterea ejusdem decocti*] Non

XXXI. Est crocodilo cognatio quædam¹ amnis ejusdem, geminique victus, cum hippopotamo, repertore detrahendi² sanguinis, ut diximus.^a Plurimi autem super Saiticam præfecturam.³ Hujus corii cinis cum aqua illitus panos sanat:^b adeps frigidas febres: item finum⁴ suffitu. Dentis e parte læva dolores dentium, scarificatis^c gingivis. Pellis ejus e sinistra parte frontis in inguina⁵ adalligata Venere[m] inhibet. Ejusdem cinis alopecias explet. Testiculi^d drachma ex aqua contra serpentes bibitur. Sanguine pictores utuntur.

XXXII. Peregrinæ sunt et lynces, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt. Ungues earum omnes cum corio exuri efficacissime in Carpatho insula tradunt. Hoc cinere potio propudia^a virorum, ejusdem aspersu fœminarum libidines inhiberi,¹ item pruritus corporum: urina,^e stillicidia vesicæ. Itaque eam protinus terra pedibus aggesta obruere^{2 f} traditur. Eadem autem et jugulorum³ dolori monstratur in remedio. Hactenus de externis.

^a *Pudendam libidinem.*

CAP. XXXI. 1 Est crocodilo quædam affinitatis cod. Dalec. Est crocodilo cognatio quædam affinitasque Vet. ejusdem.—2 Cluiff. trahendi.—3 Vet. Dalec. inter Ægypti præfecturas.—4 Cod. Dalec. item finus.—5 Cod. Dalec. in angina.

CAP. XXXII. 1 Cod. Dalec. præputia virorum libidinesque inhiberi.—2 Vet. Dalec. protinus fera pedibus obruere; alii vett. ejusdem, protinus pedibus obruere.—3 Cod. Dalec. et unguularum.

NOTÆ

scinci, sed lentis, hoc est, non σκίγκου, sed φακοῦ, decocto cum melle Venere[m] seinei potu excitatam inlüberi prodidit Diosc. II. 71. quem Galenus sequitur de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 305. At Sextius aliter, quem idcirco Plinius auctorem appellat.

^a *Ut diximus*] Lib. VIII. c. 40.

^b *Panos sanat*] Galenus de theriaca ad Pison. c. 9. p. 642.

^c *Scarificatis*] Mss. omnes, scarificatis.

^d *Testiculi*] Nicander in Theriac. p. 40. adversus serpentes laudat, *H

κάστρος οὐλοον ὄρχιν, *Η ἵππου τὸν Νεῖλος ὑπὲρ Σάϊν αἰθαλέσσαν βόσκει. Gorræus interpres: *Vel castoris accipe testem, Aut pascentis equi per Nilî magna Saitæ Flumina.* Id deinde sumi jubet ex aqua, adjectis et aliis medicaminibus. Diosc. II. 25. per se tritum e vino bibi suadet.

^e *Urina*] Quam λυγκούριον vocant, ut diximus VIII. 57. Hac etiam pota calculos frangi prodit Phile, lib. de Propr. Animal. pag. 108. Negat Plinius id esse verum, XXXVII. 13.

^f *Itaque eam . . . obruere*] Vel nobis

XXXIII. (IX.) Nunc revertemur ad nostrum orbem: primumque communia animalium remedia atque eximia dicemus: sicuti de lactis usu. Utilissimum cuique maternum. Concipere nutrices^g exitiosum est: hi sunt enim infantes, qui colostrati^h appellantur, densato lacte in casei speciem. Est autem colostrum,ⁱ prima a partu spongiosa densitas lactis. Maxime autem alit quodcumque humanum, mox caprinum: unde fortassis fabulæ Jovem^j ita nutritum dixerit. Dulcissimum ab hominis^b camelinum, efficacissimum ex asinis. Magnorum animalium et corporum facilius redditur.^c Stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis, quam herba, vescuntur. Bubulum medicatius.^k Ovillum^l dulcius et magis alit,³ stomacho minus utile, quoniam est pinguius. Omne autem^m vernum aqua-

^b Post humanum. ^c Per alium exit.



CAP. XXXIII. 1 Vet. Dalec. *colostrum*.—2 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *ad hominis al.* ante Brotier.—3 Cod. Dalec. *et magis ap-*

NOTÆ

bonum id invidentes, vel ob causam aliam, quam loco citato attulimus, VIII. 57.

^g *Concipere nutrices*] Exitiosum ea re id videtur, quod purius alimentum fœtui, qui in utero est, nutriendo, non mammis replendis natura tum sufficit.

^h *Qui colostrati*] Et hoc superius indicavimus, IX. 96.

ⁱ *Est autem colostrum*] Ita Nonius, Servius, Palladius, aliique, quos laudat Vossius in Etymol. verbo ‘Colostrum.’ Vide quæ diximus XI. 96.

^j *Fabulæ Jovem*] Quem a capella, Amalthea nomine, nutritum ferunt. Vide Hygin. in Astron. Poët. cap. ‘Heniochus.’—‘Nummus est ex ære maximo Antonini Pii in Thesaurio Regio sine epigraphe, in quo Jupiter puerulus capræ insidet: e regione laurus e basi emicat: in ipsa basi Aquila Jovem et caprum respicit.

Significat Antoninum Pium ægrotum lacte caprino nutritum fuisse, et nutriti dignum, ut Jovem olim. Aquila Imperatorem denotat, laurus, domum Cæsaris, ex Plinio xv. 39. Confer nummum Commodi Imp. qui nepos Antonini, inscriptum, IOVI IVVENI.’ *Ed. sec.*

^k *Bubulum medicatius*] Majoris est, inquit, efficientiæ in medendo. Medicamentosum Cato dixit de Re Rust. ‘De omnibus brassicis nulla est medicamentosior.’

^l *Ovillum*] Totidem verba facit de ovillo lacte Diosc. II. 75.

^m *Omne autem*] Sic etiam Dioscor. loc. cit. Ἰδαρόστερον μέντοι τὸ ἐαρινὸν τοῦ θερμοῦ, καὶ τὸ ἀπὸ χλωρῆς νομῆς μᾶλλον ἔστι μαλακτικὸν κοιλάς· ἔστι δὲ καλὸν γάλα τὸ λευκὸν καὶ ὀμαλὸν τῇ παχύτητι, καὶ συστρεφόμενον, ἐπειδὴν ἐπίστασθῆ ὄνυχι. Vernum tamen aquatius æstivo, et quod e viridi pascuo est

tius^d æstivo, et de novellis:^e probatissimum vero, quod in ungue hæret, nec defluit. Innocentiusⁿ decoctum, præcipue cum calculis marinis. Alvus maxime solvitur bubulo.^o Minus autem^p inflat⁴ quodcumque decoctum.

Usus lactis^q ad omnia intus exulcerata, maxime renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones: foris prurimum cutis,⁵ eruptiones pituitæ,^r post abstinentiam. Nam ut in Arcadia bubulum biberent phthisici, syntecticique, et cachectæ,⁶ diximus in ratione^s herbarum. Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati sint⁷ podagra, chiragra. Medici speciem^t unam addidere lactis generibus, quod schiston^u

^d Dilutius.

^e Et de novellis pratis, pascuisque viridibus.



petibile.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Minus inflat Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. decoctum. Sanat uvas, lichenas, ad omnia utile (sic et Vet. Dalec.) intus; Vet. Dalec. contusa, aut luxata maxime.—5 Vet. Dalec. foris ad prurimum cutis; cod. Dalec. foris prurimum, aut intus. Mox, pituitæ, cibi aut potus abstinentiam cod. Dalec.—6 Chiffi.

NOTÆ

alvum magis emollit. Probatur maxime candidum, et aequali crassitudine, quodque instillatum lingui conglobatur.

ⁿ Innocentius] Dioscor. loc. cit. Ἐψηθὲν δὲ πᾶν γάλα στεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας· καὶ μάλιστα τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθὲν, κ. τ. λ. Lac omne decoctum, et illud quidem præcipue a quo lapillorum seu calculorum ignitorum vi tenuior pars exhausta est, ventrem astringit, &c. Calculos marinos Plinius adhibet: fluviatiles Dioscorides: hos enim, Suida teste, signat vox Græca κόχλακες. Porro calculorum vice, ferreos cylindros ignitos immittere se lacti solitum Galenus testatur de Facult. Simp. Med. lib. x. pag. 280. atque id quidem multo efficacius.

^o Alvus . . . bubulo] Bubulo, asinino, equino, inquit Dioscor. loco citato.

^p Minus autem] Minus inflat quodcumque semel fervefactum est, ἀποζεσθὲν ἀπαξ, inquit Diosc. loc. cit.

^q Usus lactis] Hæc omnia totidem fere verbis Diosc. loc. cit.

^r Eruptiones pituitæ] Sen papularum, ut diximus xxiv. 5. Diosc. loc. cit. πρὸς ἐξανθήματα.

^s Diximus in ratione] Lib. xxv. c. 53. 'Arcades quidem non medicaminibus uti, sed lacte, circa ver, quoniam tunc maxime succis herbæ turgeant, medicenturque ubera pascuis. Bibunt autem vaccinum.' Adjuvat etiam Celsus III. 22. 'Lac quoque,' inquit, 'quod in capitis doloribus, et in aentis febribus . . . pro veneno est: in phthisi tamen, sicut in omnibus longis difficilibusque febriculis, recte dari potest.'

^t Medici speciem] Hæc totidem verbis Diosc. II. 77.

^u Quod schiston] Σχιστόν, hoc est, lactis genus, ex quo serum exentum fuit. Theod. Priscian. II. 9. 'Ventrem provocabis ex lacte decocto, quod schiston aliqui vocavere.'

appellavere. Id fit hoc modo: ^v fictili novo fervet caprinum maxime, ramisque ficulneis recentibus miscetur, ^f ^w adlitis totidem cyathis mulsi, ⁸ ^x quot sint heminae lactis. Cum fervet, ^y ne circumfundatur, praestat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid infundat: ^ε ⁹ ablatum deinde igni, refrigeratione dividitur, et discedit serum a lacte. Quidam et ipsum serum ^z jam mulso ¹⁰ ^a potentissimum, decoquunt ad tertias partes, et sub dio refrigerant. Bibitur autem ^b efficacissime heminis per intervalla singulis, diebus quinis: melius a potu gestari. ¹¹ Datur comitialibus, ^c melancholicis, paralyticis, in lepris, elephantiasi, ^d articulariis morbis. ¹²

Infunditur quoque lac contra rosiones a medicamentis factas. Et si urat ¹³ ^e dysenteria, decoctum cum marinis

^f *Moretur, agitur.*

^ε *Ne quid aquae in lac infundatur e cyatho.*

syntectici cacōthle.—7 Cod. Dalec. *sunt.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cyathis aceti mulsi*, e Diosc.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fundat* Gronov. *effundat* Vet. Dalec. *effundatur* alii vett. ap. eundem. Mox, *post refrigerationem* Vet. Dalec.—10 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *musto* Gronov. et vulgg.—11 Cod. Dalec. *diebus quinque, a potu illius solitis gestari*; Chiffi. *salis diebus, &c.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *singulis usque ad quinias*, e Diosc.—12 ‘Ita cod. Reg. 2.’ Brotier. *articularibus morbis* al. ante Brotier.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *urget* Vet. Dalec. *uratur* Gronov. et

NOTÆ

^v *Id fit hoc modo*] Dioscor. loco citato.

^w *Ramisque . . . miscetur*] Καὶ κινούμενον κλάδω σικίνφ νεοτήτφ.

^x *Cyathis mulsi*] Dioscor. acetum mulsum asciscit, ὀξύμελι.

^y *Cum fervet*] Dioscor. loc. cit.

^z *Quidam et ipsum serum*] *Le petit lait, le lait clair.*

^a *Jam mulso*] Vide Notas et Emend. num. 20.

^b *Bibitur autem*] Diosc. loc. cit. Ποτίζεται δὲ ὁ ὀββὸς ἐκ διαστήματος, κατὰ κοτύλην ἕχρι πέντε κοτυλῶν ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ διαστήμασι περιπατεῖταισαν οἱ πίνοντες. *Bibitur porro serum,*

heminis per intervalla singulis, usque ad quinias: ita ut intercedentibus spatiis potantes, deambulent.

^c *Datur comitialibus*] Nempe serum lactis. Hæc fere omnia Dioscor. 11. 76.

^d *Elephantiasi*] Q. Serenus cap. 11. de elephantiasi propellenda pag. 130. ‘Nonnulli dixerunt serum prodesse bibendo.’

^e *Et si urat*] Si fuerit cum alvi exulceratione conjuncta dysenteria, propter bilem quæ intestina adurit, infunditur decoctum caudantium silicium ope, aut cum hordeacea, Dioscor. loco citato.

lapillis, aut cum ptisana hordeacea. Item ad rosiones^{14 f} intestinorum, bubulum aut ovillum utilius. Recens quoque dysentericis infunditur: ad colum autem, crudum: ^h item vulvæ,^g et propter serpentium ictus: potisve pityocampes, buprestis, cantharidum, aut salamandræ venenis.^{15 h} Privatimⁱ bubulum his qui Colchicon^j biberint, aut cicutam, aut dorycnium, aut leporem marinum: sicut asininum contra gypsum,^k et cerussam, et sulfur,^l et argentum vivum: item duræ alvo in feбри. Gargarizatur^m quoque faucibus exulceratis utilissime. Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophosⁿ vocant: in feбри etiam^o quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum, lactis asinini heminam dari, aut si exitus cibi¹⁶ rosiones sentirent,^p antiqui in arcanis habuerunt: si hoc non esset, caprini.¹⁷ Bubuli serum ortho-

^h *Minime coctum.*

//////////

al. vett.—14 *Item contra rosiones* cod. Dalec.—15 *Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et contra serpentium ictus: phthisicis, cantharidum, aut salamandræ, aut buprestis, aut pityocampes venenis* edd. vett. et Gronov.—16 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. aut si in exitu cibi* Gronov. et vulgg.—17 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. si hoc non esset, habuerunt e caprino* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

^f *Item ad rosiones*] Dioscor. loc. citato.

^g *Item vulvæ*] Exulceratæ vulvæ infundi utiliter Dioscorides quoque admonet loc. cit. ἐγκλύζεται δὲ καὶ μήτρα ἐίλκωμένη.

^h *Potisve . . . venenis*] Vide Notas et Emend. num. 21.

ⁱ *Privatim*] Dioscor. loc. cit. et IV. 84. Scribonius Largus Compos. 181. 186. 189. 190. et 191.

^j *Colchicon*] Dioscorides, ἐφήμερον, et Κολχικόν, in Alexiph. cap. 5. Herba venenata est, ut quidem suspicamur, de qua xxv. 107.

^k *Contra gypsum*] Contra hæc venena Dioscorides lac quodvis asciscit, Εὐπορ. II. 161. et seqq.

^l *Et sulfur*] Vide Notas et Emend. num. 22.

^m *Gargarizatur*] Dioscor. II. 77.

et Marcellus Empir. cap. 14. pag. 103.


ⁿ *Quos atrophos*] Qui sint atrophii Celsus docet III. 22. ‘de tabe et ejus speciebus.’ ‘Una est,’ inquit, ‘qua corpus non alitur, et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur: et, nisi occurrat, tollit: ἀτροφίαν hanc Græci vocant. Ea duabus fere de causis incidere consuevit: aut enim nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plusquam debet, assumit: ita vel quod deest infirmat: vel quod superat, corrumpitur.’

^o *In feбри etiam*] Celsus loco paulo ante a nobis allato.

^p *Rosiones sentirent*] In intestinis: τῶν ἐντέρων δῆξιν, Dioscor. II. 77.

pnocis prodest ante cetera, addito nasturtio. Inunguntur etiam oculi, in lactis heminis sesamæ additis drachmis quatuor tritis in lippitudine. Caprino^a lienes sanantur post bidui inediam tertia die hedera pastis capris, per triduum potio sine alio cibo. Lactis usus^f alias contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenicis, ¹⁸s nervorum vitio, febres habentibus, vertigini, præterquam^t purgationis gratia, gravedini, tussientibus, lippis. Suillum^u utilissimum tenesmo, dysenteriae, nec non phthisicis. Hoc et mulieribus saluberrimum qui dicerent, fuerunt.¹⁹

XXXIV. De generibus caseorum^a diximus, cum de uberibus singulisque animalium membris diceremus. Sextius^b eosdem effectus equino, quos bubulo, tradit. Hunc^c vocant hippacen. Stomacho^d utiles, qui non sint^t salsi, id est, recentes. Veteres^e alvum sistunt, corpusque minuunt, stomacho utiliores:²^f et in totum salsa³ minuunt corpus, alunt mollia. Caseus recens^g cum melle sugillata emendat,



si hoc non adesset, caprini Vet. Dalec.—18 Gronov. et al. ante Harduin. splenicis. Mox, nervorum vitiis Vet. Dalec.—19 Ita ex codd. Harduinus et recent. etiam mulieres, quæ dicerent saluberrimum, fuerunt cod. Dalec. Hoc si mulieres, ꝑc. Chiffi. Hoc et mulieri saluberrimum, ꝑc. Gronov. et al. vett.

CAP. XXXIV. 1 Vet. Dalec. sunt.—2 Diosc. κακοστόμαχοι. Al. inutiliores.

NOTÆ

^a Caprino] Scribonius Largus Compos. 132. ‘Inflatibus lienosis dare oportebit aquam, in qua candens ferum demissum, vel lac caprinum, capra tantummodo hedera pasta.’

^f Lactis usus] Ita Celsus III. 22. Hippocrates quoque cap. 5. Aphor. 61. Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν, κ. τ. λ.

^s Splenicis] Lienis morbo ‘dulcia omnia inimica esse, item lac et caseum,’ auctor est pariter Celsus IV. 9.

^t Præterquam] Nisi si quis purgationis gratia schistum exhibeatur, hoc est, lac sero divisum, inquit Dioscor. II. 78.

^u Suillum] Vide Notas et Emend. num. 23.

^a De generibus caseorum] Lib. XI. cap. 96. et 97.

^b Sextius] Et Dioscorides quoque, II. 80.

^c Hunc] Equinum Diosc. loc. cit. ‘H δὲ καλουμένη ἰππάκη, τυρός ἐστὶν ἵππιος, κ. τ. λ. Sic et Hippocr. de Morb. IV. 25. pag. 144.

^d Stomacho] Totidem verbis Diosc. II. 79.

^e Veteres] Diosc. loc. cit. ‘Ο δὲ παλαιώτερος κοιλίας σταλτικός.

^f Stomacho utiliores] Uti vice versa inutiliores stomacho iidem, cum recens saliti sunt: ὁ δὲ νεαλῆς κακοστόμαχος, Diosc. loc. cit.

^g Caseus recens] Diosc. loc. cit.

mollis^b alvum sistit. Sedat tormina pastillis⁺ in vino austero decoctis, rursusque in patina tostis cum melle. Saproⁱ vocant, qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus potusque medetur cœliacis. Genitalium carbunculis caprinus tritus et impositus: item acidus cum oxymelite. Maculis in balineo illitus oleo interlinitur.^a

XXXV. E lacte fit et butyrum, barbararum gentium lautissimus¹ cibus, et qui divites a plebe discernat. Plurimum e bubulo, et inde nomen:^j pinguisimum^k ex ovibus. Fit et ex caprino,^l sed hyeme, calfacto² lacte: æstate, expresso tantum crebro jactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, alias præligato.^m Additur paululum³ aquæ, ut acescat. Quod est maxime coactum, in summo fluitat: id exentum, addito sale, oxygalaⁿ vocatur.⁴ Reliquum⁵ decoquant in ollis.

^a Vicissim illinitur.

//////////

—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *salsi et molles*, e Diosc.—4 Chiff. *sugillata emendat: mollit alvum: sistit sedatque tormina, pastillis*. Al. minus pro *mollis*. Mox, cum melle desunt in cod. Dalec.

CAP. XXXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *laudatissimus* Gronov. et al. vet. —2 Cod. Dalec. *in vase calefacto*. —3 Chiff. *paulum*. —4 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *oxygala appellant* Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et quæ deinceps secuta. —5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

^b *Mollis*] Sic rursus idem cap. 58. caseum recentem vaccinum infundi suadet ad dysenterias et tormina. Vim alvum sistendi caseo attribuit passim Galenus. Vide Brasavoli Indicem.

ⁱ *Sapro*] *Σαπρον*, quasi marcidum, putrem, vetustate putidum.

^j *Et inde nomen*] *Βούτυρον*, quod sit quasi *bovis caseus*, quia plurimum e lacte fit bubulo.

^k *Pinguisimum*] Dioscor. 11. 21.

^l *Fit et ex caprino*] Agitato scilicet tamdiu in vasis lacte, donec pingue seceratur a sero, acidoque lacte. Ita Diosc. loc. cit.

^m *Alias præligato*] Præligato ob-

turatoque vasis ore panniculo, ne butyrum effluat.

ⁿ *Oxygala*] Τὸ ὀξύγαλα. Etsi Columella oxygalam vocat, quasi lac acidum dicat, ejusque compositionem docet, 11. 8. Est illud porro lactis acidi genus, ita prodente Busbequio Epist. 1. pag. 36. hodieque in cibatu Turcis familiare: Jugurtam id appellant: diluunt aqua frigidissima, panemque interunt: eoque utuntur in magno æstu et siti. Cibus is cum palato et ventriculo gratissimus est, tum ad extinguendam vehementiorem sitim vim habet admirabilem. Copia ejus passim venalis, ubicumque Turcarum diversoria sunt.

Ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura.^o Quo magis virus^b resipit, hoc præstantius^p judicatur. Pluribus compositionibus miscetur inveteratum. Natura ejus astringere,^q mollire, replere,^r purgare.

XXXVI. Oxygala fit et alio modo, acido lacte addito in recens quod velis inacescere, utilissimum stomacho.¹ Effectus dicemus² suis locis.

XXXVII. Proxima in communibus^e adipi laus est, sed maxime suillo, apud antiquos etiam religiosius.¹ Certe novæ nuptæ^a intrantes etiamnum solenne habent postes eo attingere. Inveteratur duobus modis, aut cum sale, aut sincerus: tanto utilior, quanto sit vetustior. Axungiam

^b Odorem insuavem. ^c In communibus remediis.

//////////

Reliqua Gronov. et vulgg. Reliquias Vet. Dalec.—6 Merccr. Natura ejus digerere.

CAP. XXXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. quod velis acescere, &c. Gronov. et vulgg. quod dum acescit utilissimum stomacho cod. Dalec. quod inmarcescere, &c. Chiffli.—2 Chiffli. docemus.

CAP. XXXVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. adipi . . . suillo. Apud a. e. religiosus erat codd. Dalec. et Chiffli. adipis . . . suilli, apud . . . religiosi

NOTÆ

^o Oleosum natura] Quod vim habet olei, ἔχεται δὲ δυνάμειος ἐλαιώδους, Dioscor. II. 81.

^p Hoc præstantius] Ad medicinam.

^q Natura ejus astringere] Dysentericis idcirco prodesse infusum docet Diosc. II. 81. nec alvum laxare, nisi largiore mensura potum, πλέον ποθὲν, quod et Plinius docet inferius, cap. 58. Cetera de butyro eadem Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ αὐτὸ πληροῖ, καὶ καθαίρει, καὶ σαρκοῖ. Replet, purgat, et carnem creat. Ac paulo antea μαλακτικῆς ἐστὶ δυνάμειος, molliendi vim habet.

^r Replere] Replere carne ulcera. Πληροῖ τὰ ἔλκη, inquit Diosc. Εὐπορ. I. 188.

^a Certe novæ nuptæ] Id vero vel suillo fieri adipe, vel lupino solebat, ne quid mali medicamenti inferretur, ut dicitur extremo hoc

cap. Donatus in Terentii Heecyr. I. 2. 'Uxor dicitur vel ab ungendis postibus, et figenda lana, id est, quod cum puellæ nuberent, maritorum postes ungebant, ibique lanam figebant,' &c. Servius in Æneid. IV. 'Moris fuit, ut nubentes puellæ, simul ac venissent ad limen mariti, postes, antequam ingrederentur, ornarent lancis vittis, et oleo ungerent: et ideo uxores dictæ quasi unxores.' Quæ verba Isidorus in suam Etymologiarum farraginem transtulit, lib. IX. cap. ult. Inde Arnobius contra Gentes lib. III. 'O egregia numinum, ac singularis interpretatio potestatum! Nisi postes virorum adipali unguine oblinerentur ab sponsis,' et quæ sequuntur: ubi etiam unctionibus iis Unxiam Deam præfuisse scribit. Vide plura apud Brisson. de Ritu Nupt. p. 193.

Græci^b etiam appellavere jam² in voluminibus suis. Neque est occulta virium causa, quoniam id animal herbarum radicibus³ vescitur. Itaque etiam fimo innumeri usus. Quamobrem non de alia^c loquimur sue: multo efficacior est foemina,⁴ et quæ non peperit. Multo vero præstantior in apris est. Usus igitur^d axungia^e est ad emollienda,⁵ excalfacienda, discutienda, purgandaque. Medicorum aliqui, admixto anseris adipe, taurorumque sevo et œsypo, ad podagras uti jubent. Si vero permanet⁶ dolor, cum cera, myrto, resina, pice. Sincera axungia^e medetur ambustis vel nive: pernionibus autem cum hordei cinere et galla pari modo. Prodest et confricatis membris, itinerumque lassitudines et fatigationes levat. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle. Vetus etiam^f phthisin in pilulis sumta sanat, quæ sine sale inveterata est. Omnino enim non nisi ad ea quæ purganda sint, aut quæ non sint exulcerata, salsa petitur.⁷^g Quidam quadrantes axungia^e et mulsi⁸ in vini cyathis tribus decoquunt contra phthiises, quarto quoque die⁹ picem liquidam in ovo sumi jubent, circumligatis lateribus, et pectoribus,¹⁰ et scapulis eorum qui phthisin sentiunt. Tan-



Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Axungiam etiam Græci appellare eum in, &c.* Gronov. et vulgg. *eum* non legitur in cod. Dalec.—3 Chiff. *causa radicibus*.—4 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *multo efficaciore foemina* edd. Gronov. Harduin. et recentt.—5 Chiff. *ad emollienda*.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *permaneat* Gronov. et vulgg.—7 Chiff. *gallica recipitur; salsa recipitur* codex Dalec.—8 Vetus Dalec. *mellis*. Mox, *cyathis ternis* Chiff. —9 Ita ex codicibus Harduinus et recentiores; *phthiises quinq; die* Gronov. et vulgg. *phthisin quinq; die* al. ap. Dalec.—10 Chiff. *circumligatur lateribus pectoris*, 'Opinor, circumligatur cratibus pectoris.' Nic.

NOTÆ

^b *Axungiam Græci*] ὄξύγγιον. Usus ea voce Diosc. 11. 3. laudandus a nobis xxxii. 23. iterumque 111. 104.

^c *Quamobrem non de alia*] Præterquam de ea quæ herbarum radicibus vescitur: non vero de ea quæ in harena domi conclusa saginatur.

^d *Usus igitur*] Dioscor. 11. 94.

^e *Sincera axungia*] Quæ siue admix-

to sale. Dioscor. 11. 94. de suillo adipe, καὶ πυρκαύστοις ἀρμόξει.

^f *Vetus etiam*] Marcellus Empiricus c. 16. p. 119. 'Axungia^e suillæ,' inquit, 'uncia tres, ex vini vetustissimi cotyla una decoctæ, potui phthisicis datæ potenter remediatur.'

^g *Salsa petitur*] In Mss. Reg. 2. et Chiff. *Gallica recipitur*.

taque est vis, ut, genibus etiam adalligata, redeat in os sapor, eamque exspuere videantur. E sue quæ non peperit¹¹ aptissime utuntur ad cutem mulieres. Contra scabiem vero quivis,¹² admixto jumentorum sevo, pro parte tertia, et pice, pariterque¹³ suffervefactis. Sinceraⁱ partus in abortum vergentes nutrit,¹⁴ collyrii modo subdita. Cicatrices^j concolores facit cerussa admixta, vel argenti spuma. At cum sulfure unguium scabritias emendat. Medetur et capillo fluenti; et ulceribus in capite mulierum cum gallæ parte quarta: et infumata pilis¹⁵ oculorum. Datur et phthisicis unciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres uncia^k e toto restent.¹⁶ Aliqui et mellis exiguum adjiciunt. Panis^d illinitur cum calce, item furunculis duritiæque¹⁷ mammaram. Rupta, et convulsa, et spasmata, et luxata¹⁸ sanat. Clavos, et rimas, callique vitia, cum helleboro albo: parotidas admixta farina^e salsamentariæ testæ: ¹⁹ quo genere proficit et ad strumas. Pruritus et papulas in balineo perunctis tollit: alioque etiamnum modo podagricis prodest mixto oleo vetere, contrito una sarcophago lapide, et quinquefolio tuso in vino, vel cum calce, vel cum cinere. Facit et peculiare emplastrum LXXV. X. ponderi²⁰ centum spumæ argenteæ mixtis,

^d *Ad panos sanandos.*^e *Pulvere testæ in qua diu salsamenta condita.*

Heins. Advers. III. 1. p. 381.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pepererit* Gronov. et al. vett.—12 Vet. Dalec. *quamvis*.—13 Chiffi. *pariterve*.—14 Cod. Dalec. *sanat*.—15 Codd. Dalec. et Chiffi. *filis*.—16 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *resident* edd. vett. et Gronov.—17 *Panos sanat illita cum cal. it. furunculos duritiemque* cod. Dalec.—18 *Rupta, convulsa, et luxata* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—19 Vet. Dalec. *a salsamentaria testa*; Chiffi. *farina salsamentaria testæ*.—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt. LXXXV.

NOTE

^h *Contra scabiem vero quivis*] Hoc est, quavis, qualibet: sive e sue quæ non peperit, sive quæ peperit.

ⁱ *Sincera*] Minime sale condita, aut aspersa.

^j *Cicatrices*] Marcellus Empiricus c. 4. p. 40.

^k *Donec tres uncia*] Sunt in hemina

drachmæ sexagenæ, ut dictum est XXI. 109. atque adeo uncia in hemina septem cum semisse, ut ibidem ex Cleopatra diximus.

^l *LXXV. X. ponderi*] Hoc est, septuaginta quinque denarium ponderi axungia, centum spumæ argenteæ denariis mixtis.

utilissimum contra inflammationes ulcerum. Adipe verrino inungi^m putant utile, quæque serpant,^f illinire cum resina. Antiqui maxime axibus vehiculorum perungendis, ad faciliorem circumactum rotarum, utebantur: unde nomen:ⁿ sic quoque utili medicina,²¹ cum illa ferrugine rotarum,^o ad sedis vitia virilitatisque. Et per se axungiam medici antiqui^p maxime probabant renibus detractam, exemtisque²² venis aqua cœlesti fricabant crebro,²³ decoquebantque fictili novo sæpius, tum demum asservantes. Convenit salsam magis emollire, excalfacere,²⁴ discutere, utilioremque esse vino lotam. Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Ideo novas nuptas^q illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamento inferretur.

XXXVIII. Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant sevi est, aliis modis, non minoris potentia. Perficitur om-

f Etiam ulcera quæ serpunt.

pondo Gronov. et vulgg. Mox, utilissimæ contra, &c. Chiffi. utilissimum contra inflammationes. Ulcera quæ serpunt adipe verrino inungi putant utile cum resina Vet. Dalec. et inungi, &c. Gronov. et al. ante Harduin.—21 Vet. Dalec. medicina.—22 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et exemtis Gronov. et al. velt.—23 ‘Chiffi. cribro. Hoc si placet, mallem, affricabant cribro. Non placet.’ Dalec.—24 Vet. Dalec. molliendo calfacere.

NOTE

^m Adipe verrino inungi] Mss. omnes, vetusto more, inungui. Ut supra, c. 14. ‘Ungui, fricari.’

ⁿ Unde nomen] Axungia nempe ita dicta, quod ea curruum axes ungan- tur, ut facilius circa eos volvantur rotæ, breviq; tempore majus conficiant spatium. Græcis plerumque λιπος est. Glossæ Philoxeni: Axun- giu, λιπος ἐν ᾧ τοὺς ἄξονας χρίουσιν.

^o Ferrugine rotarum] Hoc est, cum ramentis illis, nigrisque sordibus, quæ ex attritu ferramentorum in modiolis et axe crescent.

^p Medici antiqui] Quos etiam secu- tus est Dioscor. II. 87. ubi de suillo adipe: Λαβὼν τὸ πρόσφατον καὶ κατα-

πίμελον, οἶόν ἐστι τὸ νεφριαῖον, εἰς ὕδωρ θασιλὲς ὕμβριον, ὡς ὅτι ψυχρότατον, ἐξυ- μένισον, καὶ τρίβε ταῖς χερσίν, ἐπιμελῶς ἀνατρίβων αὐτὸ, κ. τ. λ. Sumito recen- tem præpinguem, qualis is est qui reni- bus detrahitur, et in largiorem aquam cœlestem quam frigidissimam exemtis pelliculis immittito, manibusque terito, ipsum accurate fricans, ut veluti dis- stringens, &c. Idem cap. 90. ἐκτρίβων σφόδρως, Valde confricando.

^q Ideo novas nuptas] Vide quæ de suillo adipe diximus initio hujus cap. Vide et Sextum Platon. cap. 8. de lupo, tit. I. ubi de lupini adipis facultate ad pellenda phantasmata, dæ- mones, umbras.

ne^r exemtis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in pila^s tusum, aspersa marina.¹ Crebro postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. Mox² assiduo Sole ad candorem reducitur. A renibus autem laudatissimum est.³ Si vero vetus³ revocetur ad curam, liquefieri prius jubent: mox frigida aqua lavari sæpius, dein liquefacere affuso vino quam odoratissimo. Eodemque modo iterum ac sæpius coquunt, donec virus evanescat. Multi privatim^t sic taurorum, leonumque, ac pantherarum, et camelorum pingua curari jubent. Usus dicetur suis locis.

XXXIX. Communis et ratio medullarum est. Omnes molliunt,^a explent,^a siccant, excalfaciunt. Laudatissima^b cervina, mox vitulina, dein hircina, et caprina. Curantur^c ante autumnum recentes lotæ, siccataeque in umbra: per cribrum dein liquatae,^d per lintea^r exprimuntur, ac reponuntur in fictili, locis frigidis.

XL. Inter omnia^b autem communia animalium vel præstantissimi effectus^r fel est. Vis ejus^e excalfacere, mordere,

^s In mortario.

^a Carne replent ulcera.

^b Inter remedia.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aspersum marina* Gronov. et vulgg. *aspersum marina crebro*. *Postea*, &c. Vet. Dalec.—2 *Mox* deest in cod. Dalec.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *autem omne laudatissimum est*.

CAP. XXXIX. 1 Ita ex codd. Harduini et recentt. *umbra*. *Deinde liquatae per cribrum aut lintea* Vet. Dalec. *in umbra per cribrum*. *Dein*, &c. Gronov. et vulgg.

NOTE

^r *Perficetur omne*] Hæc totidem verbis Diosc. 11. 89. Καὶ τοῦ βοείου δὲ στέατος ἐξυμνιστέον τὸ νεφριαῖον, καὶ θαλάττη πελαγία πλυτέον· εἴτα εἰς ὄλμον ἐμβλητέον, καὶ κοπτέον ἐπιμελῶς, ἐπιβρανομένης τῆς θαλάττης, κ. τ. λ. *Bubulo quoque sevo renibus maxime detracto eximendæ pelliculæ, ipsumque aqua marina ex alto petita eluendum: mox in pilam conjectum diligenter tundendum aspersa maris aqua, &c.*

^s *Si vero vetus*] Eandem et in recenti curam adhibet Diosc. 11. 90.

¹ *Multi privatim*] Diosc. totidem verbis 11. 90.

^a *Omnes molliunt*] Diosc. 11. 95. "Ἀπαντες δὲ εἰσι μαλακτικοί, ἀραιωτικοί, θεραπευτικοί, πληρωτικοί ἐλλκῶν. *Omnes porro medullæ molliunt, rarefaciunt, ad curationem faciunt, et ulcera explent.*

^b *Laudatissima*] Diosc. loc. cit. Μυελῶν δὲ κράτιστός ἐστιν ἐλάφειον, εἴτα μόσχειος, καὶ μετὰ τοῦτον ταύρειος, εἴτα αἰγίος, καὶ προβάτειος. Ita et Galenus, de Fac. Simp. Med. xi. 1. pag. 302.

^c *Curantur*] Diosc. fere ad verbum loc. cit.

^d *Dein liquatae*] Diosc. loc. cit.

^e *Vis ejus*] Εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ χολαὶ δρι-

scindere, extrahere, discutere. Minorum animalium subtilius intelligitur, et ideo ad oculorum medicamenta utilius existimatur. Taurino^f præcipua potentia, etiam in ære pellibusque colore aureo ducendis.² Omne autem curatur recens præligato ore^g lino crasso, demissum in ferventem aquam semihora, mox siccatum sine Sole, atque in melle conditum. Damnatur equinum,³ tantum inter venena: ideo flamini^h sacrorum equum tangere non licet, cum Romæⁱ publicis sacris equus etiam immoletur.

XLI. Quin et sanguis^j eorum septicam vim habet. Item equarum, præterquam virginum, erodit, emarginat ulcera. Taurinus^k quidem recens inter venena est, excepta Ægira. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura tauri sanguinem bibit prius quam in specum descendat.^l Tantum potest sympathia illa, de qua loquimur, ut aliquando^l religione, aut loco

//////////

CAP. XLI. 1 Cod. Dalec. *sed præstantius in effectu*; Chiff. *rel præstantium in effectus*.—2 Vet. Dalec. *pelvibusque c. a. inducendo*.—3 Vet. Dalec. *equorum*.

CAP. XLI. 1 Cod. Dalec. *descendat in specus*; Chiff. *in specus descendat*.—

NOTÆ

μείαι, θερμαντικά, κ. τ. λ.

^f Taurino] In medicinæ usu taurinum ovillo, hircino, suillo, ursinoque anteponit Diosc. loc. cit.

^g Præligato ore] Os folliculi, quo fel continetur, lino præligandum. Diosc. loc. cit. Χολή πᾶσα ἀποτίθεται τοῦτω τῷ τρόπῳ. Λαβὼν τὴν πρόσφατον, καὶ ἀποδήσας τὸ στόμα αὐτῆς λίμφ, κάθισο εἰς ὕδωρ ζέον, κ. τ. λ.

^h Ideo flamini] Affert causam aliam Festus: 'Equo veli Flamini Diali non licebat: ne si longius digredere-tur, sacra negligenterentur.' Gellius x. 15. p. 528. ex Fabii Pictoris libris annalibus, 'Equo Dialem Flaminem veli religio est.'

ⁱ Cum Romæ] Festus: 'October equus appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti,' &c. Et verbo 'Panibus:' 'Panibus redimebant caput equi im-

molati Idibus Octobribus in Campo Martio, quia sacrificium fiebat ob frugum eventum: et equus potius, quam bos immolabatur, quod licet bos frugibus pariendis aptus.' Idibus item Decembribus, Equestribus Iudis, dexter equus victor Marti sacer immolabatur, teste Plut. in Quæst. Rom. p. 287. Fuit et iste mos aliarum gentium: ut Persarum exempli gratia, Ovidio teste in Fastis, i. 385. 'Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda Deo.'

^j Quin et sanguis] Diosc. ii. 97. Τὸ δὲ τῶν ὀχρεστῶν ἵππων αἷμα σηπταῖς μίγνυται. Equorum admissariorum sanguis in septica, hoc est, erodentia medicamenta additur.

^k Taurinus] Vide Dioscoridem in Alexiph. c. 25.

^l Ut aliquando] Ea est aliquando

fiat. Drusus^m tribunus plebei² traditur caprinum bibisse, cum pallore et invidia veneni sibi dati insimulare Q. Cæpionem³ inimicum vellet. Hircorum sanguini⁴ tanta vis est, ut ferramentorum subtilitas non aliter acrius induretur, scabritia poliatur vehementius, quam lima. Non igitur et sanguis animalium inter communia dici potest, et ideo suis quisque⁵ dicetur effectibus.

XLII. Digeremusⁿ enim in mala^r singula usus, plurimumque^o contra serpentes. Exitio his^p esse cervos nemo ignorat, ut si quæ sunt, extractas cavernis mandentes.² Nec vero ipsi^c spirantesque tantum³ adversantur, sed membratim quoque. Fugari eas nidore cornu eorum si uratur,⁴ dictum est:^q at de summo⁵ gutture ustis ossibus, congregari dicuntur. Pelles ejusdem^r animalis substratæ

^c Toti et integri.

2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *plebis* Gronov. et vulgg. *Furius tribunus traditur*, &c. omisso *plebei*, cod. Dalec.—3 *Cæpionem* Gronov. *inimicum* deest in cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sanguine* Chiffi. *sanguinis* Gronov. et vulgg. Mox, *acuatur*, aut *induretur*, aut *scabritia poliatur*, *vehementiusque limet* cod. Dalec. *tollatur vehementius* Gronov. et al. ante Harduin. *poliatur* Chiffi.—5 ‘Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ Brotier. et ideo quisque Harduin. 1.

CAP. XLII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *animalia* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. *sunt extracta cavernis mandant*.—3 Idem codex, *spirans tantum*.—4 ‘Ita cod. Reg. 2. et Editio prin-

NOTE

vel religionis vel soli vis, ut sympathia, consensioque, et concordia inde sentiatur inter res alioqui adversas, ita ut ne venena quidem tum nocent.

^m *Drusus*] De Druso et Cæpione dicitur xxxiii. 6. Meminit caprini sanguinis a Druso epoti, ut Latino-rum postulata differret, qui civitatem per illum sperabant, Aurelius Victor de Viris Illustr. cap. 66. adjicitque repente concidisse, semianimemque donum relatum: vota pro illo per Italiam publice suscepta, &c.

ⁿ *Digeremus*] Vide Notas et E-mend. num. 21.

^o *Plurimumque*] Ita libri omnes. Providentiam naturæ commendat, quæ plurima suggerat remedia contra malorum omnium pessimum, hoc est, serpentium ictum.

^p *Exitio his*] Serpentibus. Vide quæ diximus viii. 50.

^q *Fugari eas . . . dictum est*] Lib. viii. 50.

^r *Pelles ejusdem*] Q. Serenus c. 47. ‘de serpentium morsibus excludendis,’ pag. 155. ‘Discendum et quæ sit præcox medicina timenti: Cautio namque potest diros prævertere morsus, Si tu cervina per noctem in pelle quiesces, Aut genere ex ipso dentem

securos præstant ab eo metu somnos. Coagulum quoque ex aceto potum ab ictu: et si omnino tractatum⁵ sit,⁶ eo die non ferit serpens. Testes quoque ejus inveterati, vel genitale^t maris, salutariter dantur in vino: item venter,^u quem centipellionem vocant.⁷ Fugiunt^v et omnino dentem cervi⁸ habentes, aut medulla perunctos, sevove cervi^w tacta aut vituli.⁹^x Summis autem^y remediis præfertur hinnulei coagulum, matris utero exsecti, ut indicavimus.^z Sanguine quoque cervino, si una urantur^d dracontion, et cunilago, et anchusa lentisci ligno, contrahi^e serpentes tradunt.¹⁰ Dissipari deinde, si sanguine detracto adjiciatur pyrethrum.^z

^d Si simul urantur lentisci ligno. ^e Congregari.

//////////

ceps.' Brotier. *nidore cornus, eorum si, &c.* Harduini codd. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nidore cornus si uratur* Gronov. et vulgg.—5 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *at e summo al. ante Brotier.*—6 'In codd. Regg. et Editione principe, *tractum sit*; unde forte legendum *tactum sit*.' Brotier.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ventres, qui centipelliones vocantur* Gronov. et vulgg.—8 Cod. Dalec. *et omnino aliqui cervi.*—9 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *sevove cervi aut vituli* codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sevove cervi aut hinnuli* Gronov. et al. vett.—10 Ita

NOTÆ

portabis amicum.' Sextus Platon. cap. 1. de cervo, num. 23. 'In cervina pelle si jacuerit, nullus ad hominem serpens accedit.'

⁵ *Et si omnino tractatum*] In Mss. *tractum*: forte, *tactum*.

¹ *Vel genitale*] Nicander in Theriac. pag. 43. Diosc. 11. 43. Sextus Platon. cap. 1. de cervo, num. 15. 'Naturæ cervi, (hoc est, genitalis,) siccata et corrasa, si drachmam unam in sorbitione ovi potaveris, omnis morsus serpentis apud te innocuus fiet,' &c.

^u *Item venter*] In cervis, ceterisque ruminantibus, geminus venter est, ut diximus XI. 78. Ex his alter in cervis centipellio nuncupatur, a Græcis echinus et reticulum, quod multis constet plicaturis, sinubusque, ac vel-

uti pellibus. Nostris, *la Double*. Vide Notas et Emend. num. 25.

^v *Fugiunt*] Q. Serenus loco ante recitato a nobis.

^w *Sevove cervi*] Diosc. 11. 94. *Elephantinus adeps, inquit, et cervinus peruncti serpentes fugant. Τὸ δὲ ἐλεφάντειον καὶ ἐλάφειον στέαρ ἔρπετὰ διώκει καταχρίμενον.*

^x *Aut vituli*] Sic Mss. Reg. 2. alique, non *hinnuli*, ut libri editi.

^y *Summis autem*] Scholiastes Nicandri in Theriac. pag. 27. *Νικῶν ἐν ταῖς δυνάμεσι, ἀρίστην τὴν πιτῦαν εἶναι φησι, πρώτην τοῦ νεβροῦ, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ λαγωῦ, καὶ τρίτην τὴν τοῦ ἐρίφου.* Vide Scribonium Largum Compos. Med. cap. 2.

^z *Ut indicavimus*] Lib. VIII. c. 50.

^a *Pyrethrum*] Πύρεθρον Dioscoridi

Invenio apud auctores Græcos animal cervo minus, et pilo demum simile,¹¹ quod ophion vocaretur. Sardiniam id tantum ferre solitam. Hoc interiisse^b arbitror, et ideo medicinas ex eo omitto.

(X.) Apri quoque cerebrum contra eas^c laudatur cum sanguine. Jecur etiam^d inveteratum cum ruta potum ex vino.¹² Item adeps,¹³ cum melle resinaque. Simili modo verrinum jecur, et fellis^f e duntaxat fibra, x. quatuor^f pondere,¹⁴ vel cerebrum in vino potum. Caprarum cornu^g vel pilis accensis, fugari serpentes dicunt, cineremque e cornu¹⁵ potum vel illitum contra ictus valere: item lactis haustus cum uva taminia,¹⁶ vel urinæ cum aceto scillite: caseum caprinum cum origano impositum, vel sebum cum cera. Millia præterea remediorum ex eo animali demonstrantur, sicut apparebit: quod equidem miror, cum febris^h negetur carere. Amplior potentia ferisⁱ ejusdem generis,

f Et fibra quæ vergit ad fellis folliculum.

//////////

codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. dicunt Gronov. et al. vett.—11 Cod. Dalec. simili. Mox, ophion vocatur Gronov. et vulgg. ophion vocaretur Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—12 Cod. Dalec. potum cum ruta et vino.—13 Item adips Chiffi.—14 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. exemptis duntaxat fibris quatuor obolorum pondere Gronov. et vulgg.—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. cineremque eorum Gronov. et vulgg.—16 Cod. Dalec. aminea. Mox, aceto scillitico cod. Dalec. aceto scil-

NOTÆ

III. 86. In Nothis, p. 456. ῥωμαῖοι, σαλίβαρις. Salivarem Latini appellavere, quod, ut ait Diosc. loc. cit. commanducata radix pituitam extrahit. In officinis retinet pyrethri nomen: Gallis, *Pied d'Alexandre*. Pingitur a Lobelio in *Observ.* pag. 447.

^b *Hoc interiisse*] Vix ego genus ali-quod animalis perire in totum arbitror: naturæ perpetuitati prospiciente inprimis ejusdem auctore Deo. Sunt qui musmonem hunc esse putent, de quo VIII. 75.

^c *Apri quoque . . . contra eas*] Contra serpentes. Sextus Platon. cap. 7. de apro, tit. 3. ad serpentium morsus

cerebrum apri laudat, ex melle con-titum, impositumque.

^d *Jecur etiam*] Nicander in *Theriac.* Diosc. II. 48.

^e *Et fellis*] Vide Notas et Emend. III. 26.

^f *X. quatuor*] Hoc est, denariorum quatuor.

^g *Caprarum cornu*] Sextus Platon. cap. 5. 'de capro et capra,' tit. 3. 'Ad serpentis morsum:' 'Pulverem de cornu capræ, et ejus lac cum origano et vini cyathis tribus bibat, venenum excutit.'

^h *Cum febris*] Vide quæ diximus VIII. 76.

quod numerosissimum esse diximus. Alia vero et hircis. Democritus etiamnum effectus ejus auget, qui ¹⁷ singularis natus sit.^e Fimo quoque caprarum in aceto decocto illini ictus serpentium placet, et recentis cinere in vino: ¹⁸ atque in totum difficiliter se recolligentes a serpentium ictu, in caprilibus^j optime convalescunt. Qui efficacius^k volunt mederi,¹⁹ occisæ capræ alvum dissectam cum fimo intus reperto statim illigant. Alii carnem recentem hædorum pilo^h suffiunt,²⁰ eodemque nidore fugant serpentes. Utuntur et pelle^l eorum recente ad plagas, carne²¹ et fimo equi in agro pasti, coagulo leporis^m ex aceto, contraque scorpionem et murem araneum. Aiunt autem non feriri leporis coagulo perunctos. A scorpione percussis, finum capræ efficacius cum aceto decoctum auxiliatur: lardum jusqueⁿ decocti potum his,²² qui buprestim hauserint.

Quinetiam^o si quis asino in aurem percussus a scorpione se dicat, transire malum²³ protinus tradunt: venena-

^e Qui solus ex matre sit genitus.

^h Cum pilo.

lato Chiffi.—17 Cod. Dalec. et biennis effectus auget, ejus qui.—18 Idem codex: Fimus, et decoctus, et illitus, in ictus scrp. placet, et recens cinis in vino. Mox, sese recolligentes Chiffi.—19 Qui medicorum efficacius volunt cod. Dalec.—20 Vet. Dalec. suffitunt. Deinde alii vet. ibid. eoqne.—21 Chiffi, et carne.—22 Vet. Dalec. iis; Chiffi, et his.—23 Cod. Dalec. in aurem dixerit, percussus a scorpione, transire malum. Mox, accensa pulmone ejus Chiffi.

NOTE

ⁱ Amplior potentia feris] Sylvestribus: capreis, rupicapris, aliisque, de quibus VIII. 79.

^j In caprilibus] Caprile, locus est in quo capræ servantur. Vox etiam Columellæ familiaris.

^k Qui efficacius] Nicander in Theriac. 67.

^l Utuntur et pelle] Habdarrahmanus Ægyptius cap. 9. p. 68. 'Hædi statim atque excoriatur si pellis accipies particulam, eamque morsui serpentium applicabis, educetur venenum, et curabitur patiens.'

^m Coagulo leporis] Diosc. II. 21. pa-

riter ex aceto potandum: e vino præbet Sextus Platon. cap. 2. de lepore, tit. 16. Imponi cum propoli jubet auctor Kiranidum lib. II. p. 86.

ⁿ Lardum, jusque] Scribonius Largus Compos. 190. ad buprestim: 'Adjunguntur item passo plurimum, et lacte muliebri, et jure suillo pingui accepto,' &c.

^o Quinetiam] Auctor Kiranidum pag. 90. 'Si quis autem a scorpione percussus fuerit, et dixerit in auricula asini, Quantum scorpio me percussit! percussus quidem sanabitur, asinus autem morietur.'

taque omnia accenso ejus pulmone fugere. Et fimo vituli suffiri percussos a scorpione prodest.

XLIII. Canis rabiosi¹ morsu facta vulnera circumcidunt ad vivas usque partes quidam, carnemque vituli admovent, et jus ex eodem carnis decoctæ dant potui, aut axungiam cum calce tusam.

Hirci jecore imposito² ne tentari quidem aquæ metu affirmant.

Laudant et capræ^p fimum ex vino illitum: melis,³ et cuculi, et hirundinis decoctum et potum. Ad reliquos^q bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano imponunt, et bibi jubent: ad hominis^r morsus carnem bubulam coctam, efficacius vituli, si non ante quintum diem solvant.⁴

XLIV. Veneficiis rostrum lupi resistere inveteratum aiunt, ob idque villarum¹ portis præfigunt. Hoc idem præstare et pellis e cervice solida^{is} existimatur:² quippe tanta vis est animalis, præter ea quæ retulimus,^t ut vestigia ejus^u calcata equis afferant³ torporem.

ⁱ Integra.

//////////

CAP. XLIII. 1 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cnm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Canis rabidi* Gronov. et vulgg. Mox, *partes*. *Quidam carnem vituli* cod. Dalec. *carnes* Vet. Dalec. et paulo post in eodem, *et jus ejusdem carnis*.—2 *Laudant hirci jecur, quo imposito* Gronov. et al. ante Hardnin.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *illitum aut melle, melis* Gronov. et vulgg. Mox, *decoctum potum* Vet. Dalec.—4 Cod. Dalec. *ante q. diem quam solvant*.

CAP. XLIV. 1 Voc. *villarum* deest in cod. Dalec.—2 Chiffi. *solida manica existimatur*.—3 Cod. Dalec. *animalis. Præterea quæ ret. et vest. e. cul. e. afferunt*.

NOTÆ

^p *Laudant et capræ*] Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. 9. p. 68. 'Capri fimum cum aliqua parte seminis raparum applicatus morsui canis rabidi, proderit non parum, et sanabit etiam.'

^q *Ad reliquos*] Q. Serenus cap. de ictibus scorpiorum, &c. 'Ad cunctos autem morsus, ictusque minorum, Caseus aptus erit simæ de lacte capellæ: Cumque hoc absumi debeat ori-

ganus herba. Hæc duo mirificis curabunt ista medelis.'

^r *Ad hominis*] Hæc verbis totidem Plinius Valer. III. 52.

^s *E cervice solida*] Mss. Reg. 2. et Chiffi. *E cervice solida manica existimatur*.

^t *Quæ retulimus*] Lib. VIII. c. 34.


^u *Ut vestigia ejus*] Dicitur ea de re iterum c. 80.

XLV. Iis qui argentum vivum biberint, lardum remedio est. Asinino lacte^v potu venena restinguuntur, peculiariter^a si hyoscyamum potum sit, aut viscum, aut cicuta,^b aut lepus marinus,^c aut opocarpatum,^{1d} aut pharicon,^e aut dorycnium,^f et si coagululum alicui nocuerit: nam id quoque^g venenum est prima lactis coagulatione.^{h 2} Multos ejus et alios usus dicemus. Sed meminisse oportebit recenti utendum, aut non multo³ postea tepefacto. Nullum enim celerius evanescit.⁴ Ossa quoque asini confracta et decocta contra leporis marini venenum dantur. Omnia eadem onagris^{a 5} efficaciora.

De equiferis^h non scripserunt Græci, quoniam terræ illæ non gignebant. Verumtamen fortiora omnia eadem,

^h Lac coagulatum: est enim illud venenum, cum epotum in stomacho coagulatur.

^a Ex asinis sylvestribus petita.



CAP. XLV. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *opocarpasum* Diosc. *opocarpatham* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *coagulatum lac alicui*, &c. Vet. Dalec.—2 Idem Vet. *est ut et prima lactis coagulatio*.—3 Nic. Heinsius *Adverss.* 111. 8. p. 460. legit e cod. Cliff. *oportet r. u. aut non multum*.—4 Idem Heinsius, l. c. *eviescit*.—5 Vet. Dalec. *ex ona-*

NOTE

^v *Asinino lacte*] Plinius Valer. 111. 53.

^a *Peculiariter*] Scribonius Largus Compos. 181. 'ad altercum, sive hyoscyamum: 'Adjuvantur lacte potu asinino quamplurimo: vel quolibet alio recenti per se, vel decocto,' &c.

^b *Aut cicuta*] Scribonius Largus Compos. 179.

^c *Aut lepus marinus*] Scribonius Compos. 186.

^d *Aut opocarpatum* [*opocarpatham*] Ea vox Carpathi succum sonat. Dioscor. in præf. Alexiph. et c. 13. τὸν τῆς Καρπάσου ὄπιδν, et ὀποκάρπασον vocat, atque in letalium censu ponit. Apparet ex Galeno de Antid. lib. 1. myrrhæ speciem odore mentiri, et venenum esse.

^e *Aut pharicon*] De pharico pariter Diosc. in Alexiph. c. 19. Scribonius Largus Compos. 195. 'Pharicum et

ipsum dicitur et compluribus componi, gustumque habere nardi. Potum autem facit spasmon, cito exanimat,' &c. A Pharico Cretensi venefico alii, alii a Pharo insula nomen deducunt. Tam nobis incognitum, quam prisce notum.

^f *Aut dorycnium*] Scribonius Compos. 191. Diosc. in Alexiph. c. 6.

^g *Nam id quoque*] *Adversus lac intus coagulatum remedia alia* Dioscorides sufficit in Alexiph. c. 26. Plinius xx. 53. de menta: 'Ipsa accescere, aut coire, denserique lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne hujus coagulati potu strangulentur.'

^h *De equiferis*] Equiferum credimus esse eum quem Germanorum vocabulo *Elan* appellamus: Equicervum Albertus, ut diximus viii. 16.

quam in equis, intelligi debent. Lacte equino¹ venena leporis marini, et toxica expugnantur.

Nec uros aut bisontes habuerunt Græci in experimentis, quanquam bove fero refertis Indiæ sylvis: portione tamen eadem efficaciora^b omnia ex his credi par est. Sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maxime supra dicta:^j et si ephemerum^k impactum sit:⁶ aut si cantharides datæ, vomitione omnia egeri: sic et caprino jure⁷ cantharidas. Contra ea vero quæ exulceratione^c enecant, sebum^m vitulinum vel bubulum⁸ auxiliatur. Nam contra sanguisugasⁿ potas butyrum remedio⁹ est, cum aceto ferro calfacto: quod et per se^d prodest contra venena. Nam si oleum^o non sit, vicem ejus repræsentat. Multipedæ¹⁰ morsus cum melle sanat. Omasi quoque¹¹ p^p jure pote venena supra dicta expugnari putant, privatim vero aconita et cicutas: itemque vitulino sevo. Caprinus caseus recens, his qui viscum biberint: lac vero^q contra can-

^b *Quam e domesticis et nostris.*

^c *Stomachi et intestinorum.*

^d *Solum, ac sine alio adjumento.*

gris.—6 Vet. Dalec. *sumptum sit*.—7 Idem Vet. *rursum*.—8 Ita eodd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *seu bubulum* Gronov. et vulgg.—9 Chiffi. *remedium*.—10 Ita eodd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Millipedum* Vet. Dalec. *Multipedum* Gronov.—

NOTE

ⁱ *Lacte equino*] Scribonius Largus Comp. 186.

^j *Maxime supra dicta*] Hac ipsa sectione.

^k *Et si ephemerum*] Diosc. 11. 77.

^l *Sic caprino jure*] De caprino jure Dioscorides suffragatur, 11. 94. Etiam de agnino, Scribonius Largus Comp. 189. ‘ad cantharidas:’ ‘Adjuvat bene et jus pingue agninum, et ex bubula factum,’ &c.

^m *Sebum*] Mss. fere ubique *sebum* pro *sevo* scribunt.

ⁿ *Nam contra sanguisugas*] Marcellus Empir. c. 16. p. 121. ‘In eo aceto, inquit,’ ‘in quo prius ferrum fer-

vens sit extinctum, butyrum missum, et calefactum, paulatim, si absorbeatur, ejiciet de stomacho sanguisugas.’


^o *Nam si oleum*] Diosc. similiter, 11. 81. de butyro: Καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα, μὴ παρόντος ἐλαίου χρησιμεύει. *Usurpatur et contra venena, si desit oleum.*

^p *Omasi quoque*] Neque omasi modo, quod pinguius est crassiusque bovis intestinum, sed et carnis bubulæ jure aconita pelli Nicander admonet. Vide Notas et Emend. num. 27.

^q *Lac vero*] Caprinum videlicet. Sextus Platon. c. 5. de capro et ca-

tharidas remedio est, et contra ephemer¹² potum cum taminia uva. Sanguis caprinus^r decoctus cum medulla contra toxica venena sumitur: hædinus contra reliqua. Coagulum hædi contra viscum, et chamæleonem^s album,¹³ sanguinemque taurinum, contra quem et leporis coagulum est ex aceto.¹⁴ Contra pastinacam^t vero et omnium marinarum ictus vel morsus, coagulum leporis, vel hædi, vel agni, drachmæ pondere ex vino. Leporis coagulum^u et contra venena additur^v antidotis. Papilio quoque lucernarum luminibus advolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium est jecur caprinum: sicut fel veneficiis ex mustela rustica^v factis. Hinc deinde revertemur ad genera morborum.

XLVI. (XI.) Capilli defluvia^a ursinus adeps admixto ladano et adianto continet, alopeciasque emendat, et raritatem superciliarum, cum fungis lucernarum, ac fuligine, quæ est in rostris earum.^b Porrigini cum vino prodest.^c Ad



11 'Chiffli. *quoqui*. Vide num *coci*, vel *coqui*.' Dalec.—12 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ephemerum* Gronov. et vulgg. Mox, *potum contra nimia vina* cod. Dalec.—13 Vet. Dalec. *contra chamæleonem albi viscum*; Gronov. *chamæleonem*.—14 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *coagulum ex aceto* Gronov. et vulgg.—15 Cod. Dalec. *coagulum contra venena additum*.

NOTÆ

pra, tit. 33. 'Si quis cantharidas biberit: capræ lac bibat, liberabitur.

^r *Sanguis caprinus*] De caprino hædinoque sanguine contra toxicum subscripsit et Diosc. in Alexiph. c. 20.

^s *Contra viscum, et chamæleonem*] Hoc est, contra viscum, quem et chamæleonem album vocant, ut diximus xx. 51. Figura hæc est quam Grammatici vocant, ἐν δὴ δνοῶν, familiaris præsertim poetis.

^t *Contra pastinacam*] Totidem fere verbis Plinius Valer. iii. 54.

^u *Leporis coagulum*] Nicander in Theriac. p. 40. et in Alexiph. p. 132.

^v *Ex mustela rustica*] Vide quæ diximus xi. 109.

^a *Capilli defluvia*] Hæc pariter Marcellus Empiric. c. 6. p. 45. et 46. Sextus Platon. c. 13. de urso, tit. 1. 'Ad capillos fluentes, et ut crescant?' 'Ursinus adeps cum ladano et vino vetere mixtus,' &c. Diosc. item ii. 94. Galenus de Facult. Simp. Med. lib. x. c. 1. p. 302.

^b *In rostris earum*] Pars est acuminata lucernarum, quæ manubrio adversa est. Icones varias lucernarum apud antiquos Fortunius Licetus exhibet, opere singulari de Lucernis, p. 600. et seqq. Habemus et nos in Museo nostro.

^c *Porrigini . . . prodest*] Adeps ursinus.

hanc^d et cornus cervini cinis e vino, utque non tædia animalium^e capillis increscant.¹ Item fel^f caprinum cum creta Cimolia et aceto, sic ut paulum² capiti inarescant. Item fel scrofinum^g cum urina³ tauri. Si vero vetus sit, etiam furfures⁴ adjecto sulfure emendat. Cinere genitalis asinini spissari capillum putant, et a canitie⁵ vindicari, si rasis illinatur,^a plumboque tritus cum oleo. Densari et asinini pulli^h cum urina: admiscentque nardum fastidiiⁱ gratia. Alopecias^j felle taurino cum Ægyptio alumine tepefactis^b ⁶ illinunt. Capitis ulcera^k manantia urina tauri efficaciter sanat: item hominis vetus, si cyclaminum adjiciatur, et sulfur.⁷ Efficacius tamen^l et vitulinum fel: quo cum aceto calfacto et lendes tolluntur. Sevum vitulinum^m cum sale tritum capitis ulceribus utilissimum. Laudatur et vulpium adeps,ⁿ sed præcipue^o felis limum⁸

^a Si rasis capillis capiti illinatur.

^b Tepefactis prius capillis.



CAP. XLVI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inhærescant* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. *paululum*.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fel hircinum cum urina* Gronov. *fel scrofinum urina, cui admiscent* Chiffi.—4 Cod. Dalec. *et furfures*.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. *e canitie* Gronov. *et canitie* al. ap. Dalec. Mox, *plumbo tritus, &c. pulli urina cui admiscent* Vet. Dalec.—6 Vet. Dalec. *tepefacto*; al. vett. *tepefactas*.—7 Vet. Dalec. *adjiciatur sulphur*.—8 Gronov.

NOTÆ

^d Ad hanc] Ad porriginem emendandam. Marcellus Empiricus c. 6. p. 46.

^e Tædia animalium] Lendes pediculosque intelligit. Vide Notas et Emend. num. 28.

^f Item fel] Nempe ad porriginem tollendam.

^g Item fel scrofinum] Vide Notas et Emend. num. 29.

^h Densari et asinini pulli] Subintellige genitali.

ⁱ Fastidii] Fastidii abigendi gratia: ne fastidium moveat urinæ gravis odor.

^j Alopecias] Marcellus Empir. c. 4. pag. 42. cum nitro et vino adli-
Delph. et Var. Clas.

bet.

^k Capitis ulcera] Habdarrahmanus Ægyptius c. 6. p. 49. 'Qui caput lavabit urina bonn, capillorum impediet fluxum, et si quæ sunt in capite ulcera, sanabuntur.' Ad porriginem eximendam eodem medicamento utitur Marcellus Empir. c. 4. p. 41. adjecto similiter sulfure, atque cyclamino.

^l Efficacias tamen] Plinius Valer. 1. 5. et Marcellus Empir. c. 4. p. 41.

^m Sevum vitulinum] Plinius Valer. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 4. pag. 40.

ⁿ Laudatur et vulpium adeps] Item sanguis, Habdarrahmano auctore, ad

Plinius.

11 Q

cum sinapis pari modo illitum. Caprini cornus^p farina vel cinis, magisque hircini, addito nitro et tamaricis semine, et butyro oleoque, prius capite raso, mire continent ita⁹ fluentem capillum. Sicuti carnis¹⁰ cinere ex oleo illito supercilia nigrescunt. Lacte caprino⁹ lendes tolli tradunt: fimo cum melle alopecias expleri: item unguularum^r cinere cum pice fluentem capillum contineri.¹¹ Leporinus^s cinis cum oleo myrteo capitis dolorem¹² sedat: item aqua pota,^t quæ e bovis aut asini potu relicta est: et, si credimus,^u vulpis masculæ genitale circumligatum: cornus cervini^v cinis illitus ex aceto, aut rosaceo,¹³ aut ex irino.

XLVII. Oculorum epiphoras bubulo sevo cum oleo cocto illinunt. Cervini cornus^a cinere scabritias eorundemⁱ

//////////

et al. ante Harduin. *sed præcipue fel, fimum.*—9 Vet. Dalec. *ista.*—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sicut et canis* Gronov. et al. vett.—11 Cod. Dalec. *cinis cum, &c. continet.*—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dolores* Gronov. et vulgg.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vel rosaceo* Gronov. et al. vett. Hæc verba, *aut rosaceo*, desunt in cod. Dalec.

CAP. XLVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *scabritias eorum* Chiffi.

NOTÆ

abigeos furfures scabiemque capitis commendatur inprimis c. 29. p. 111.

^o *Sed præcipue*] Vide Notas et Emend. num. 30.

^p *Caprini cornus*] Sextus Plonicus c. 5. de capro et capra, tit. 8. 'Ad capillos fluentes: 'Capræ cornu furfure mixto cum oleo myrtino, capillos fluentes retinet, et crescere facit.'

⁹ *Lacte caprino*] Alopecias eo sanari egregie Marcellus Empir. prodidit c. 6. p. 45.

^r *Item unguularum*] Dioscor. II. 46. Οἱ δὲ τῶν αἰγῶν ἄνυχες καίντες ἀλωπεκίας καταχρίομενοι σὺν ὕξει θεραπεύουσι.

^s *Leporinus*] Plinius Valer. I. 6.

^t *Item aqua pota*] Plinius Valer. I. 1. et Marcellus Empir. c. 1. p. 35.

^u *Et, si credimus*] Credit Sextus Plonicus cap. 3. de vulpe, tit. 10. 'Ad capitis dolorem: 'Natura vulpis circumdata capiti dolorem statim tollit.' Naturam veteres genitale dixerunt.

^v *Cornus cervini*] Marcellus Empir. cap. 1. 'ad capitis dolores,' pag. 37. 'Cornus cervini exusti cinis illitus fronti ex aceto et rosaceo prodest.' Et Plinius Valer. I. 1. 'Cervini cornu cinis illinitus ex aceto et rosaceo prodest.' Mss. omnes hoc loco, *aut rosaceo*, præ se ferunt.

^a *Cervini cornus*] Diosc. II. 63. hunc cinerem impense laudat, *ad fluxiones oculorum et ulcera, πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔλκη καὶ βεῦματα.* Addi in collyriis, auctor est Sextus Platon. cap. 1. de cervo.

inungunt: mucrones autem ipsos efficaciores putant. Lupi excrementis circumlini suffusiones^b prodest. Cinere eorum cum Attico melle inungi obscuritates: item felle^c ursino. Epinyctidas adipe aprugno cum rosaceo. Ungulæ asini-
næ^d cinis inunctus e suo lacte cicatrices oculorum et albugines tollit. Medulla bubula^e e dextro crure priore trita cum fuligine pilis et palpebrarum vitiiis angulorumque occurrit: calliblephari² modo fuligo in hoc usu temperatur: optime ellychnio papyraceo, oleoque sesamino, fuligine in novum vas pennis detersa. Efficacissime tamen evulsos ibi pilos coërcet. Felle tauri cum ovi albo collyria fiunt, aquaque dissoluta inungunt³ per quatrimum. Sevum vituli cum anseris adipe et ocimi succo genarum vitiiis^f aptissimum est. Ejusdem medullæ⁴ cum pari pondere ceræ et olei vel rosacei, addito ovo, duritiæ genarum illinuntur. Caseo molli^h caprino imposito ex aqua

scabrities eorum Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, et Dalec. Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *calliblephati* Gronov. et al. vett. Mox, *in hos usus* Vet. Dalec. *in hunc usum* Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inunguntur* Gronov. et al. vett.—4 Cod.

NOTÆ

^b *Suffusiones*] Hoc est, palpebras circumlini eo fimo juvat, in suffusione oculorum. Marcellus Empir. cap. 8. pag. 59. ‘Lupi finnis diu perfrictus ad summam lævitatem, cum melle mixtus, et inunctione adhibitus, oculorum ὑποχόσεις discutit, et ad summam claritudinem eos perducit, suffusione siccata.’ De ejusdem felle Habdarthamanus cap. 23. pag. 95. ‘Lupi fel, inditum oculis per modum collyrii, ipsorum abiget caligationem, et aquam in eos descendentem impediet, ne coalescat.’

^c *Item felle*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 62.

^d *Ungulæ asinina*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 68. Sed pro asinino muliebri lac idem asciscit: cetera sunt paria.

^e *Medulla bubula*] Marcellus Em-


pir. cap. 8. pag. 70. ‘Lucernam ficilem de papyro et medulla vaccina concinnato, atque ejus fumo sive fuligine pro calliblepharo utere, quo palpebras exesas et glabras sæpius inungendo, decentissimas facies.’

^f *Genarum vitiiis*] Hoc est, palpebrarum. Vide quæ diximus xi. 36. et 57.

^g *Ejusdem medullæ*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 71. ‘Vituli medulla cum cera et oleo rosaceo, æquis ponderibus liquefacta, et permixta, et ad emplastri modum imposita, duritias palpebrarum, et si qua illic in modum pilularum nascuntur, commollit ac discutit.’

^h *Caseo molli*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 57. et Plinius Valer. i. 14.

calida epiphoræ sedantur: si tumor sit, ex melle. Utrumque veroⁱ sero calido fovendum. Sicca lippitudo,^j lumbalis sum exustis⁵ atque contritis, et impositis, tollitur. Capras negant lippire, quoniam eæ quasdam herbas edant: item dorcadas:^{6k} et ob id finum earum cera circumdatum nova Luna devorare jubent. Et quoniam noctu æque quoque cernant, sanguine⁷ hircino^l sanari lusciosos putant, nyctalopas^m a Græcis dictos: capræ vero jocinere,ⁿ in



Dalec. medulla; et paulo post in eodem, *illinitur*.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tostis* Gronov. et vulgg.—6 Gronov. *dorcaules*.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *jubent et quoniam noctu æque quoque cernant, sanguine* Vet. Dalec. *jubent, et quoniam . . . quoque cernant.*

NOTÆ

ⁱ *Utrumque vero*] Utraque epiphora: et quæ cum tumore conjuncta, et quæ sine tumore. Serum caprinum idcirco Plinius Valer. adhibet, quo foveri oculos præcipit, per quindenos dies, 1. 22.

^j *Sicca lippitudo*] *Ξηροφθαλμία*, 'arida lippitudo' Corn. Ceiso, cum in oculo- rum angulis asperitates et pruriginies, et veluti ulcera fiunt, pruritus oculo- rum sine rheumate: a siccitate nomen habet.

^k *Item dorcadas*] His nomen est ab acie, a subtilitate visus. *Δορκὰς, παρὰ τὸ βλέπω ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον, καὶ εὐόμματον*, inquit Etymologus. Plura vide apud Bochart. part. 1. de Anim. III. 25. pag. 925.

^l *Sanguine hircino*] Marcellus Empir. cap. 8. pag. 70.

^m *Nyctalopas*] *Νυκτάλωπας*. Græcis *νυκτάλωψ* proprie is olim fuisse videntur, qui noctu melius quam interdiu cerneret: a nocturno enim aspectu est vox ea deducta. Sic Theod. Priscianus 1. 10. 'Nyctalopes vero, qui per noctem vident, et per diem obscuritatem patiuntur.' Eadem his deinde remedia suggerit, quæ mox a Plinio afferuntur. Festus: 'Luscio, vitium oculorum, quod clarius

vesperi, quam meridie cernit.' Sic Hippocr. Prædict. II. 40. pag. 517. Sic in Isagoge sua Galenus. Sed idem rursus ibidem nyctalopas etiam dici testatur, qui contra parum die, vespere autem noctique nihil aspiciant: atque ita prorsus nyctalopas Paulus Ægineta, e nostrisque Cornelius Celsus VI. 6. fere accepit. Eosdem et lusciosos, et lusciosos dicere Latini, parum et ipsi sibi quoque dum Græcos sequuntur, in earundem vorum significatione constantes.

ⁿ *Capræ vero jocinere*] Sextus Platon. de caprea cap. 4. tit. 2. 'Ad eos qui ab hora decima (hoc est, binis horis ante Solis occasum) non vident: 'Jecur capræ in aqua calida salsa coquatur, et ejus vaporem oculi excipiant, et ex eadem aqua oculos foveant: sed et jecur edant, et ex liquefacto inungantur. Quidam jecur ejus assant in craticula: et fluentem saporem colligunt, et ex eo inunguntur. Quidam coctum vel assum jecur capræ cum pane edunt, et idem bibunt.' Quod de capris domesticis Plinius retulit, hoc Sextus de capreis: quoniam, ut Plinius animadvertit cap. 42. 'amplior potentia est feris ejus generis.'

vino austero decocto. Quidam inassati^o jocineris sanie inungunt, aut felle capræ, carnesque eas vesci, et dum coquantur⁸ oculos vaporari his præcipiunt.⁹ Id quoque referre^p arbitrantur, ut rutili coloris fuerit.¹⁰ Volunt et oculos suffiri, jocinere in ollis decocto: quidam inasato. Fel quidem caprinum^q pluribus modis assumunt: cum melle,^r contra caligines: cum veratri candidi tertia parte, contra glaucomata: cum vino,^s contra cicatrices, et albugines, et caligines, et pterygia, et argema: ad palpebras vero^t evulso prius pilo, cum succo oleris,^a ita ut unctio¹¹ inarescat. Contra ruptas^u tuniculas, cum lacte mulieris. Ad omnia^v inveteratum¹² fel efficacius putant. Nec abdicant^w fimum ex melle illitum, epiphoris: contraque dolores, medullam: item pulmonem^x leporis. Et ad

^a *Brassicæ.*

Sanguine Gronov. et al. vett.—8 Vet. Dalec. carneque ea vesci, et dum coquitur.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. vaporari præcipiunt edd. vett. et Gronov.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. si rutili coloris fuerint Gronov. et al.—11 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. inunctio Gronov. et al.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Ad omnia autem inveterata Gronov. et al. vett. autem deest in cod. Chiffi. inveteratum Vet.

NOTÆ

^o *Quidam inassati*] Celsus vi. 6. 'Præter hæc imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdum satis, noctu nihil cernunt. . . . Sic laborantes inungi oportet humore jocineris, maxime hircini: si minus, caprini, ubi id assum coquitur, excepto: atque edi quoque ipsum jecur debet.'

^p *Id quoque referre*] Habdarrahmanus Ægyptius cap. 9. pag. 61. 'Rubræ capræ jecur si torrebis, et instillabis ex eo in oculos, proderit eorum caligionibus, et sanabit eos.'

^q *Fel quidem caprinum*] Sextus Platon. cap. 4. de caprea tit. 5. et 8. hæc totidem fere verbis.

^r *Cum melle*] Q. Serenus cap. 14. de oculorum dolore mitigando, pag. 133. 'Hyblæi mellis succi cum felle caprino Subveniunt oculis dira caligine pressis.'

^s *Cum vino*] Plinius Valer. i. 20. Cum melle contra albugines Habdarrahmanus adhibet, cap. 9. pag. 217.

^t *Ad palpebras vero*] Habdarrahmanus Ægyptius cap. 9. pag. 63. 'Si redundantes in palpebris pilos depilabis, et obduces locum felle capræ, nequaquam amplius renascentur.'

^u *Contra ruptas*] Sextus Platon. loc. cit.

^v *Ad omnia*] Ad oculorum mala proxime numerata. Vide Notas et Emend. num. 31.

^w *Nec abdicant*] Plinius Valer. i. 14.

^x *Item pulmonem*] Sextus Platon. cap. 2. de lepore, tit. 3. 'ad oculorum dolores: ' Pulmo leporis superpositus, et alligatus, dolores oculorum mirifice sanat.'

caligines ¹³ y fel cum passo aut melle. Lupino quoque adipe, vel medulla suum, fricari oculos contra lippitudines præcipiunt. Nam ¹⁴ vulpinam ^z linguam habentes in armilla, lippituros negant.

XLVIII. Aurium dolori ^a et vitii medetur urina apri in vitro ¹ servata: fel apri vel suis, ^b vel bubulum cum oleo cicino ² c et rosacco æquis portionibus. Præcipue vero ^d taurinum, cum porri succo tepidum, vel cum melle, si suppuret. ³ Contraque odorem gravem per se tepefactum in malicorio. In ea parte rupta ^b cum lacte mulierum efficaciter sanat. Quidam etiam ⁴ ingravatas aures ^e sic perlucendas putant. Alii cum senecta ^e serpentium et aceto in-

^b *Fractas auriculas.*



Dalec.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sedat caliginem* Gronov. et vulgg. *Sedat calignes* Chiff. —14 *Nam deest* in cod. Dalec.

CAP. XLVIII. 1 'Chiff. *vitrio*. Lego, *vitreo*; sub. vase.' Dalec. Mox, et fel cod. Dalec. vel apri Gronov. et al. ante Harduio.—2 'In cod. Reg. 2. et Editione principe, cum oleo citreo. Cod. Chiff. cum oleo citrino. Habdarrahmanns Egyptius, cap. 6. cum oleo lauri.' Brotier.—3 Vet. Dalec. *suppurent*;

NOTÆ

^y *Et ad caligines*] Sextus Platon. cap. 2. de lepore, tit. 8. 'Ad caliginem oculorum?' 'Leporis fel cum melle mixtum et innectum oculos clarificat.'

^z *Nam vulpinam*] Similis superstitionis et illud est quod refert Marcellus Empir. cap. 8. pag. 66. 'Ad albuginem oculorum detergendam efficax hoc remedium. Vulpem vivam capies, eique linguam præcides, ipsamque vivam dimittes: linguam autem ejus arefactam phœnicio ligabis, et collo ejus, qui albuginem patietur, suspendes.'

^a *Aurium dolori*] Marcellus Empir. cap. 9. pag. 75. 'Urina apri servatur in vitro, sed melius cum vesica ipsius, quo modo ei sublata fuerit: hæc tepens infusa auribus unice prodest.' Et pag. 81. 'Apri lotium infusum auriculæ valde medetur: quod quia

vetustum magis prodest, collectum servari debet in vase vitreo, ut sit ad remedia præparatum.' Sic etiam Plinius Valer. 1. 9. et Sex. Platon. cap. 7. de apro, tit. 12.

^b *Fel apri vel suis*] Sic Mss. Reg. 2. et alii. Sic Marcellus Empir. pag. 75. fel aprugnum, aut verrinum, porcimumve, dummodo non de scrofa, ad eos usus commendat.

^c *Vel bubulum cum oleo cicino*] Pro cicino laurinum habet Habdarrahmannus Ægyptius, nisi vitium interpretis est: sic enim ille cap. 6. pag. 39. 'Tanri fel addito oleo lauri, vel unguento rosarum, iuditum auribus, ulcera ibi enata curat, et mitigat dolores.' In cod. Chiff. *citrino*, mendose.

^d *Præcipue vero*] Vide Notas et Emend. num. 32.

^e *Alii cum senecta*] Dioscor. 11. 19.

cludunt lana^f collutas ante calida aqua.⁵ Aut si major^g sit gravitas aurium, fel cum myrrha⁶ et ruta in malicorio excalfactum infundunt: lardum quoque^h pingue: item fimum asini recens cum rosaceo⁷ instillatur: omniaque ea tepefacta. Utiliorⁱ equi spuma, vel equini fimi^j recentis cinis cum rosaceo. Sevum bubulum^k cum adipe anserino, butyrum recens.^l Urina capræ, vel tauri, aut fullonia⁸ vetus calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte. Admiscent et aceti tertiam partem: et aliquid urinæ vituli, qui nondum herbam gustaverit. Fimum etiam mixto felle ejusdem. Et cutem, quam relinquunt angues, excalfactis prius auribus. Lana autem medicamina ea includuntur. Prodest et sevum^m vituli cum anseris adipe, et ocimi succo:

^c *Audiendi gravitate laborantes.*

Chiff. *superet*; ⁴ *sub. dolor.*—4 Chiff. *et.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *includunt lanas, ante aqua calida collutas* edd. vett. et Gronov. *indunt lanas* alii ap. Dalec. *includunt lana ante aqua calida colluta* Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vel cum myrrha* Gronov. et vulgg.—7 Cod. Dalec. *cui rosaceum*. Vet. Dalec. *instillant*. Mox, *omnia tepefacta* codd. Dalec. et Chiff.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTE

Marcellus Empir. cap. 9. pag. 81. 'Cum felle vitulino, et aceto, pari mensura, serpentis senectus, id est, exuvix decoctæ, et lanula madefacta medicamentum auriculæ insertum, maximæ utilitatis esse creditur, si prius ferventi aqua de spongia anrem foveris.'

^f *Includunt lana*] Non, ut editi hactenus libri, *lanas*. Ipse paulo inferior hoc cap. 'Lana autem medicamina ea includuntur.'

^g *Aut si major*] Habbarrahmanns cap. 6. pag. 49. 'Fel vaccæ liquefactum cum aliqua parte corticum malogranatorum contusorum, et instillatum auribus, proderit tinnitui, ac sonitui.'

^h *Lardum quoque*] Marcellus Empir. cap. 9. pag. 79. 'Ad aurium dolorem, quæ pus emittent, laridum ve-

tustissimum teres in mortario, et succum illum lana delicata collectum in auriculam immittes, et subinde aqua calida fovebis, et iterum succum illum infundes: mira velocitate sanabis.'

ⁱ *Utilior*] Marcellus Empir. cap. 9. pag. 81. 'Spuma equi recens detracta, et cum oleo roseo infusa, auricularum quamvis vehementes dolores resolvit.'

^j *Vel equini fimi*] Ad verbum Plinius Valer. 1. 9.

^k *Sevum bubulum*] Vel ut in Mss. *sebum*. Plinius Valer. loc. cit.

^l *Butyrum recens*] Marcellus Empir. cap. 9. pag. 81.

^m *Prodest et sevum*] Plinius Valer. loc. cit. et Marcellus Empiricus cap. 9. pag. 75.

ejusdem medullaⁿ admixto cumino trito infusa. Virus^d verrinum^o e scrofa exceptum⁹ priusquam terram attingat, contra dolores. Auribus fractis glutinum e naturis^{e 10 p} vitulorum factum, et in aqua liquatum. Aliis vitiis^{f q} adeps vulpium. Item fel caprinum^r cum rosaceo tepido, aut porri succo: aut si sint rupta^s ibi¹¹ aliqua, e lacte mulieris. Si gravitas^t sit audiendi, fel bubulum¹² cum urina capræ, vel hirci, vel si pus sit. In quocumque^u autem usu

^d Semen quod effundit in coitu.

^e E genitalibus.

^f Aliis aurium doloribus.



centi. capri v. t. vel fullonia Gronov. et al. vett.—9 Cod. Dalec. e scrofa a coitu exceptum; Gronov. e scrophu exceptum.—10 Vet. Dalec. e natura; Dalec. e naribus.—11 Dalec. suppurata ibi; vel, suppurantia ibi.—12 Gronov. et

NOTÆ

ⁿ Ejusdem medulla] Marcellus Empir. cap. 9. pag. 81.

^o Virus verrinum] Marcellus Empir. loc. cit. 'Verris, cum scrofam saliet, priusquam in terram destillet, de verendis ejus virus exceptum tepefactumque, et cum aquæ modico auriculæ inditum, quamvis molestos dolores releat: quod etiam circa auriculam illitum plurimum prodest.'

^p E naturis] Naturas Latini genitalia appellarunt, ut alibi monuimus. Ita Sextus Platonius c. 3. 'Naturam vulpis' dixit. Id vero Dalecampius cum nesciret, e naribus vitulorum emendare nitentur. At Plinius infra c. 50. 'glutinum factum e genitalibus vitulorum aperte dixit.

^q Aliis vitiis] Sextus Platon. c. 3. de vulpe, tit. 15. 'Ad aurium dolorem: 'Adeps vulpis remissus, et instillatus sanat.' Diosc. II. 41. de vulpe: Καὶ τὸ στέαρ αὐτῆς τακτὴν καὶ ἐγχεσθὲν ὡτὸς πόνον παθεῖ. Adeps vulpini liquefactus, infususque, &c. Sic et Galenus III. κατὰ τόπους, I. pag. 403.

^r Item fel caprinum] Plinius Va-

ler. I. 9. Apollonius apud Galen. κατὰ τόπους, III. I. p. 395. ad verbum. Et Habdarrahmanus Ægyptius c. 9. p. 62. 'Recipe de felle caprarum, admisce aliquid aquæ porrorum, instilla in aures doloribus affectas, mitigabuntur eorum dolores.'

^s Aut si sint rupta] Vide Notas et Emend. num. 33.

^t Si gravitas] Q. Serenus c. 13. de aurium vitiis, p. 132. 'Felque bovis surdis etiam prodesse loquuntur, Si jungas olivæ grave quod minxere capellæ.' Marcellus Empir. c. 9. p. 79. 'Adversus gravitatem audiendi,' inquit, 'fel bubulum cum urina hirci auriculæ, quæ molestiam surdiginis patitur, instillabis,' &c. Lotium capræ per se laudat Sextus Platon. cap. 5. tit. 18. ad aurium dolorem.

^u In quocumque] Sive ad aures fractas, sive ad audiendam gravitatem, sive ad alia vitia hæc adhibeantur. Marcellus Empir. c. 9. p. 81. 'Lotium caprinum instillatum dolorem sedat: quod magis prodesse suppuratis auribus affirmatur: ob quam causam

putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata. Laudant^v et coagulum leporis tertia denarii parte, dimidiaque sacopeni¹³ in amineo vino. Parotidas^w ursinus adeps¹⁴ comprimit pari pondere ceræ et taurini sevi. Addunt quidam hypocisthidem: et per se butyrum illitum, si prius foveantur fœni Græci decocti succo. Efficacius cum strychno. Prosunt et vulpium^x testes, et taurinus sanguis aridus tritus. Urina capræ calfacta^y instillata auribus: fimumque ejusdem^z cum axungia illitum.

XLIX. Dentes mobiles^a confirmat cervini cornus cinis, doloresque^b eorum mitigat, sive infricentur, sive colluantur. Quidam^c efficacioram ad omnes eosdem usus crudi^a cornus farinam arbitrantur. Dentifricia utroque modo^d

^a Non exusti.



al. vett. *vel bubulum*.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ex dimidiaque sacopemi* Chiff. *sagapeni* Gronov. et al. vett.—14 Chiff. *adips*.

NOTE

præsentis auxilii, plures exceptum, et cornu caprino inditum, in fumo suspensum, diligenter ad necessarias medelas reservant.’

^v *Laudant*] Sextus Platon. c. 2. de lepore, tit. 15. ‘Ad aurium dolorem.’ ‘Leporis coagulum auriculæ infunditur.’

^w *Parotidas*] Plinius Valer. I. 13. et Marcellus Empir. c. 15. p. 107.

^x *Prosunt et vulpium*] Marcellus Empir. c. 15. p. 109. Sextus Platon. c. 3. de vulpe, tit. 7. ‘Ad parotidas.’ Et auctor Kiranidum, p. 103.

^y *Urina capræ calfacta*] Non externo igne et adventitio, sed nativo calore, si Marcello Empirico credimus, c. 9. p. 79. ‘Lotium caprinum,’ inquit, ‘sub eo momento quo egeritur tepidum auri obtusæ infundes.’

^z *Fimumque ejusdem*] Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 21. ‘Ad parotidas,’ &c. ‘Capræ stercus cum melle commixtum mire sanat.’

Sic etiam Plinius Valer. I. 13.

^a *Dentes mobiles*] Marcellus Empir. c. 12. p. 92. et c. 15. p. 109. Sextus Platon. c. 1. de cervo, num. 2. ‘Cornu cervi combustum (hoc est, redactum in cinerem) dentes qui moventur confirmat, si eo pro dentifricio quis utatur.’ Sic et Diosc. II. 63. et ante hos Celsus VI. 9. qui Tiberii principatu vixit: et qui deinde Claudii temporibus, Scribonius Largus Compos. 60. ‘Hoc cum eo quod candidos facit dentes, tum etiam confirmat: Augustam constat usam. Nam Messalina Dei nostri Cæsaris (Claudii) hoc utitur. Cornorum cervi ustorum in ollam novam ad cinerem redactorum sextario uno,’ &c.

^b *Doloresque*] Plinius Valer. I. 36.

^c *Quidam*] Marcellus Empir. c. 12. p. 94.

^d *Dentifricia utroque modo*] Hoc est, et ex cinere combusti cornus cervini, et ex scobe crudi. De his Q. Sere-

fiunt. Magnum remedium est in luporum capitis cinere. Certumque est in excrementis eorum plerumque inveniri ossa. Hæc adalligata eundem effectum habent. Item leporina^e coagula per aurem infusa contra dolores: et capitis eorum^f cinis dentifricium est, adjectoque^g nardo mulcet graveolentiam oris. Aliqui murinorum^h capitum cinerem miscuisse malunt. Reperitur in latere leporisⁱ acui os simile: hoc scarificariⁱ dentes in dolore suadent. Talus bubulus accensus eos,^b qui labant^z cum dolore, admotus confirmat. Ejusdem cinis cum myrrha dentifricium est. Ossa quoque^j ex unguibus suum combusta eundem usum præbent: item ossa^k ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. Iisdem sanari, demissis in fauces jumentorum, verminationes^e ^l notum est: sed et combustis³ dentes confirmari. Asinino quoque lacte percussu vexatos, aut dentium ejusdem cinere: lichene item^m equi

^b Dentes.

^c Dentium vermes.



CAP. XLIX. 1 Vet. Dalec. in latere capitis leporis.—2 Chiffi. labent.—3 Ms. corruptis; Chiffi. consumptis. Fortassis, combustis corruptos dentes.—

NOTÆ

nus c. 15. p. 134. 'Quod vero assumisit nomen de dente fricando, Cervino ex cornu cinis est, aut unguia porcæ Torrida: vel cinis ex ovis, sed non sine vino. Muricis aut tosti, vel bulbi extincta favilla,' &c.

^e Item leporina] Sextus Platon. c. 2. de lepore, tit. 15.

^f Et capitis eorum] Marcellus Empir. c. 11. p. 88.

^g Adjectoque] Marcellus Empiricus loc. cit.

^h Aliqui murinorum] Hinc pertinet quod ait Marcellus Empir. loc. cit. 'Murinus cinis, id est, pulvis exusti muris, cum melle, dentibus infriectus, halitum fetidi oris emendat.'

ⁱ Hoc scarificari] Mss. Reg. 2. alii- que, hoc scarificare.

^j Ossa quoque] Q. Sereus loco al-

lato. Marcellus Empir. c. 12. p. 94. et Plinius Valer. i. 36.

^k Item ossa] Marcellus Empir. c. 13. p. 97. 'Pernæ scrofinæ os,' inquit, 'quod est amplissimum, combustum, tritumque, optimum et salubre dentifricium præstat: gingivas enim siccatur et astringit: dentesque ab humoris injuria et tumore defendit.'

^l Verminationes] Ea vox vermium proprie ortum significat, sive in dente fiat, sive in aure, sive in interaneis, sen in alia quacumque parte corporis. Hinc verminare aurem dixit Martial. xiv. 23. Nunc de morbis dentium sermo est.

^m Lichene item] Diosc. ii. 45. Λειχῆνες ἴππων, εἰσι δὲ τύλοι κατ' ἐπιγραφὴν ἐντετραλωμένοι παρὰ τοῖς γόνασι καὶ

cum oleo infuso per aurem. Est autem hoc non hippomanes,ⁿ quod alioqui noxium omitto, sed in equorum genibus, ac super ungulas. Præterea in corde^o equorum invenitur os, dentibus caninis maximis⁴ simile: hoc scarificari^p dolorem, aut exento dente emortui equi maxillis, ad numerum ejus qui doleat,⁵ demonstrant. Equarum virus a coitu in lychuis⁶ accensum Anaxilaus prodidit, equinorum capitum usus repræsentare monstrifice: similiter ex asinis: Nam hippomanes tantas in veneficio vires habet, ut affusum æris mixturæ in effigiem equæ Olympiæ^d admotos mares⁷ equos ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus et fabrile glutinum, in aqua decoctum, illitumque, et mox paulo detractum, ita ut confestim colluantur vino, in quo decocti sunt cortices mali Punici dulcis. Efficax habetur^q et caprino lacte collui dentes, vel felle taurino. Talorum capræ recentium cinis dentifricio placet, et omnium fere villaticarum^e quadrupedum, ne sæpius eadem dicantur.

L. (XII.) Cutem in facie^r erugari, et tenerescere, et candorem custodire lacte asinino putant. Notumque est^z quasdam quotidie septingentias^a custodito³ numero fo-

^d Ut simul cum ære fuso mixtum in effigiem equæ Olympiæ, &c.

^e Quæ ruri nutriuntur.

4 Gronov. maxime.—5 Vet. Dalec. dolet.—6 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *elychniis* Gronov. et al. vett.—7 Voc. *marcs* deest in Vet. Dalec. Mox, *coitus ageret* idem Vet.

CAP. L. 1 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita omnes edd. præter Harduin. in qua legitur, *litem facie*. Mox, *candore custodito lacte* Chiffi.—2 Verbum *est* deest in cod. Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quotidie D. custodito* Gronov. et vulgg. *quotidie DCC. custodito* cod.

NOTÆ

παρὰ τῶν δπλαῖς. *Lichenes equorum calli sunt*, tuberosæ verrucæ instar, circa genua et ungulas in earum partium flexu indurati. Veterinarii in Gallia, *Sur-os*.

ⁿ Est autem hoc non hippomanes] Non illud nimirum est, quo de egimus VIII. 66.

^o Præterea in corde] Vide quæ dix-

imus XI. 70.

^p Hoc scarificari] Mss. *scarifari*.

^q Efficax habetur] Plinius Valer. I. 42. Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 32. Q. Serenus c. 15. p. 134. 'Vel lacte capellæ Sanescunt dentes, vel tauri felle juvantur.'


^a Septingentias] Vide Notas et E-mend. num. 31.

verc.^a Poppæa^b hoc Neronis principis instituit, balnearum quoque solia sic temperans,⁴ ob hoc asinarum gregibus eam comitantibus.⁵ Impetus pituitæ in facie⁶ butyro illito tolluntur: efficacius cum cerussa. Sincero vero vitia quæ serpunt,⁷ insuper imposita⁷ farina hordeacea. Ulcera in facie membrana e partu[†] bovis madida. Frivolum videatur,⁸ non tamen omittendum, propter desideria mulierum: talum candidi^c juvenci, quadraginta diebus noctibusque, donec resolvatur in liquorem decoctum, et illinitum linteolo, candorem, cutisque⁹ erugationem præstare. Fimo taurino malas rubescere aiunt: non ut crocodileam¹⁰ illini melius: sed foveri frigida et ante et postea jubent. Æstates,^c et quæ decolorem faciunt cutem, finum vituli cum oleo et gummi manu subactum emendat. Ulcera oris^e ac rimas sevim vituli vel bovis cum adipe anserino,¹¹ et oci-

^a Nonnullas fœminas septingentes fovere cutem quotidie servato numero.

^b Cui nihil aut salis aut cerussæ admixtum, eo emendantur vitia quæ serpunt, &c.

^c Maculas ab æstivo Sole.



Dalec. quotidie septingentas custodito Chiff. —4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recenti. principis uxor instituit, &c. Vet. Dalec. p. i. balnearum quoque sic folio temperato Gronov. et vulgg. balnearum cod. Dalec. balnearum quoque solia sic temperans Chiff. —5 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus al. ante Brotier. —6 Vet. Dalec. in faciem. —7 Chiff. ea vitia quæ serpunt, superimposita. —† Chiff. paritu. —8 Cod. Dalec. videtur; Vet. ejusdem, licet videatur. Mox, Dalec. mulierum, talum candidi jumenti. —9 Ita Harduin. 1. et illinitum . . . cutisque Chiff. et illitum . . . cutisque Gronov. Harduin. 2. 3. et recenti. —10 Ita codd. Regg. Brot. Chiff. et Editio princeps. nec crocodileam Vet. Dalec. non crocodileam Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. —11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

^b Poppæa] Eginus jam de eo illius more, xi. 96.

^c Talum candidi] Habdarrahmanns Ægyptius, interprete Echellensi, c. 6. 'Ad faciem egregie emundandam, recipe talum tauri, contunde, et accipe ex illo xx. partes, et unam ex piscium glutine, itemque unam ex draghanto. Maceretur gluten tepida aqua, et madefiet draghantum, donec dissolvatur: tum contendantur omnia simul, donec fient instar mellis. Tunc bene lavetur facies et mundetur, ab-

stergaturque diligentissime: deinde illiniatur ea mixtura, et sic per mediam horam relinquatur, postea abluatur aqua frigida, et optime abstergatur.

^d Non ut crocodileam] Nec crocodileæ, inquit, finum taurinum ulla recedit. Ut crocodilea molestias in facie enascentes tollat, nitoremque reddat, dictum est superius c. 28.

^e Ulcera oris] Marcellus Empir. c. 11. p. 88. Plinius Valer. 1. 29. et 30.

mi succo. Est et alia mixtura, sevo vituli cum medulla¹² cervi, et albæ spinæ foliis una tritis. Idem præstat et medulla cum resina, vel si vaccina sit, et jus¹³ e carne vaccina. Lichenas oris^f præstantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum, aceto^g cum sulfure vivo, ramo ficulneo permixtum,^d ita ut bis die recens illinatur. Item lepras^h ex melle et aceto decoctum, quas et jecur hirci calidum illitum¹⁴ tollit: sicut elephantiasin fel caprinum: etiamnum leprasⁱ ac surfures tauri fel addito¹⁵ nitro: urina asini circa Canis ortum: maculas in facie, fel utriusque^j per sese aqua infractum, evitatisque Solibus ac ventis post detractam¹⁶ cutem. Similis effectus et in taurino vitulinove¹⁷ felle, cum semine cunilæ, ac cinere e cornu cervino, si Canicula exoriente comburatur. Asinino sevo cicatricibus ac licheni leprisque maxime color redditur. Hirci fel^k et lentigines tollit, admixto caseo, cum vivo¹⁸ sulfure^l spongiæque cinere, ut mellis sit crassitudo. Aliqui inveterato felle uti maluere, mixtis calidis furfuribus pondere oboli unius, quatuorque mellis, prius defricatis maculis. Efficax ejusdem^e et sebum cum melanthio, et

^d Agitatum.

^e Hirci.

//////////

recentt. *anseris* Gronov. et vulgg.—12 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ *Brotier*. Ita quoque Gronov. et al. vett. *mixtura, sevo vituli cum medulla* codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *jusque* Gronov. et vulgg.—14 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. Miller. et Bipont. *hirci illitum* Harduin. 2. et Franz. Chiffi. *nullum pro illitum*.—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vel addito* Gronov. et vulgg.—16 Vet. Dalec. *decoctum*.—17 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *effectus in taurino sevo vitulinove* Gronov. et al. vett.—18 Ita codd. Harduini et Chiffi.

NOTE

^f *Lichenas oris*] Marcellus Empir. ad verbum, c. 19. p. 129. et Plinius Valer. 11. 56.

^g *Liquatum, aceto*] Aceto remissum, inquit Marcellus Empir. loc. cit. vel liquefactum, ut idem ait c. 18. p. 239.

^h *Item lepras*] Marcellus Empir. et Plinius Valer. locis cit.

ⁱ *Etiamnum lepras*] Diosc. 11. 96.

Πρὸς δὲ λέπρας καὶ πίτυρα σὺν νίτροφ ἢ γῆ Κιμωλίᾳ σμῆγμα κράτιστον.

^j *Maculas . . . fel utriusque*] Tauri et asini.


^k *Hirci fel*] Et capreae quoque, teste Sexto Platon. cap. 5. de caprea, tit. 10. ‘Ad lentigines.’ Et tauri, eodem iterum ita prodente cap. 10. et 11. de tauro, tit. 6. ‘Ad lentigines in facie.’

sulfure¹ et iride. Labrorum fissuris cum adipe anserino, ac medulla cervina resinaque et calce. Invenio apud auctores, his, qui lentigines habeant, negari magices sacrificiorum usum.^f 19

LI. Lacte bubulo^m aut caprino tonsillæ et arteriæ exulceratæ juvantur.¹ Gargarizatur tepidum, ut est expressum, aut calefactum. Caprinum utilius,ⁿ cum malva decoctum et sale exiguo. Linguae exulcerationi et arteriarum prodest jus omasi^o gargarizatum :² tonsillis autem^p privatim renes vulpium aridi, cum melle triti illitique: anginæ³ fel^q taurinum vel caprinum cum melle. Jecur melis ex aqua oris⁴ gravitatem, ulceraque butyrum emendat. Spinam aliudve quid faucibus adhærens, extrinsecus⁵ fimo perfricatis, aut reddi aut delabi^g tradunt. Strumas discutit^r fel aprinum,⁶ vel bubulum tepidum illitum. Nam

^f *Eos, qui lentigines habeant, non esse idoneos ad sacra Magica peragenda.*

^g *Aut reddi vomitu, aut delabi in alvum.*



cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ac vivo* Gronov. et vulgg.—19 ‘Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps.’ Brotier. *lentiginem h. n. Magicæ s. usum* Gronov. et al. vett. *lentigines . . . magicæ s. usus* codd. Cliff. et Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *levantur* Gronov. et al. vett. Mox, *ut est usus expressum* Cliff.—2 ‘Ita cod. Reg. 2.’ Brotier. *gargarizatum* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *si gargarizatur* Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *anginis*.—4 Cod. Dalec. *aqua. Oris*. Mox, *retera pro butyrum*.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adhærens felis extrinsecus* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

¹ *Cum vivo sulfure*] Simili temperamento ad tollendas e facie lentigines felle caprea Sextus Platonius utitur, cap. 4. tit. 10. ‘Ad lentigines in facie:’ ‘Fel capreae cum melle et nitro commixto, et spongia combusta, et sulfure vivo ad mellis crassitudinem redactum, et in faciem illitum emendat.’

^m *Lacte bubulo*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 106. ‘Lac caprinum, vel bubulum, vel ovillum recens mulsum, dum calet, vel etiam calefactum gargarizatum, tonsillarum dolores et tumores cito sedat.’ Et cap. 14. pag.

103. ‘Lac bubulum recens mulsum, et lento igne calefactum, gargarizatumque, arteriam constrictam infuso catarrho, et fauces exasperatas, pristinæ sanitati restituta persanat.’

ⁿ *Caprinum utilius*] Vide Notas et Emend. num. 35.

^o *Prodest jus omasi*] In Mss. Reg. 2. aliisque, *prodest jus magis*.

^p *Tonsillis autem*] Vide Notas et Emend. num. 36.

^q *Anginæ fel*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 106.

^r *Strumas discutit*] Vide Notas et Emend. num. 37.

coagulum leporis e vino in linteolo exulceratis duntaxat imponitur. Discutit^s et ungułae asini vel equi cinis, ex oleo, vel aqua illitus,⁷ et urina calefacta: et bovis ungułae cinis ex aqua: fimum quoque fervens ex aceto. Item se-
vum^t caprinum cum calce, aut fimum ex aceto decoctum, testesque vulpini. Prodest et sapo:^u Galliarum^s v hoc in-
ventum rutilandis capillis. Fit⁹ ex sevo, et cinere. Op-
timus fagino et caprino:^h ¹⁰ duobus modis, spissus ac li-
quidus: uterque apud Germanos^w majore in usu viris quam
fœminis.

LII. Cervicum dolores^a butyro aut adipe ursino perfri-

^h *Optimus e fagino cinere, et caprino sevo.*

6 'Chiffi. afrunum: leg. aprugnum.' Dalec.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aquare illitus* Vet. Dalec. *vel aliqua illitus* Chiffi. *ex oleo aqua illitus* Gronov. et al. vett.—8 *Gallorum* edd. vett. et Gronov.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *capillis fit* Gronov. et al. vett.—10 Vet. Dalec. *carpineo*.

NOTÆ

^s *Discutit*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 108. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. xi. pag. 305. cum Diosc. iii. 41.

^t *Item sevvum*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 109.

^u *Prodest et sapo*] Nostris, *du Savon*. Nunc paulo aliter temperatur: adjiciturque mixtura oleum.

^v *Galliarum*] Unde Gallicus saponuncupatur a Theod. Prisciano i. 3. 'de cremen- tis capillorum.' . . 'Attamen Gallico sapone caput lavabis.' Qui mos deinde translatus in Latium: unde Martial. viii. 33. 'Et mutat Latias spuma Batava comas.' Quod Romanæ mulieres crinium flavedinem eo sapone mentirentur, Valerius Max. ii. 1. 5. de Romanis fœminis: 'Ceterum ut non et horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, et auro abundantis, et multa purpura usæ sunt: et quo formam suam cincinnio- rem efficerent, summa cum

diligentia capillos cinere rutilarunt.'

^w *Apud Germanos*] Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. xiiii. operum Galeni, p. 100. 'Sapo conficitur ex sevo bubulo, vel caprino, aut vervecino, et lixivio cum calce. Optimum judicamus Germanicum: est enim mundissimum, et veluti pinguis- simum: deinde Gallicum.' Hinc saponis globuli a Martiale xiv. 27. Mattiacæ pilæ vocantur, a Mattiaco Germaniæ oppido: 'Si mutare paras longævos cana capillos: Accipe Mattiacas, (quo tibi calva?) pilas.' Et Epigrammate 26. ejus lemma, 'Sapo: 'Caustica Teutonico accendit spuma capillos,' &c.—'Denique Q. Seren. de capillo tingendo sic præcipit: 'Ad rutilam speciem nigros flavescere crines Unguento cineris, prædixit Tullius auctor.' Hinc pro Germanis, Tertullianus ad Uxorem, ii. 8. 'cinerarios' dixit 'peregrinæ proceritatis.' *Ed. sec.*

^a *Cervicum dolores*] Plinius Valer.

cantur: rigores^b bubulo sevo: quod et strumis prodest cum oleo. Dolorem^{1c} inflexibilem (opisthotonon vocant) levaturina capræ auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum: ungues contusos fel cujuscumque animalis circumligatum: pterygia digitorum fel tauri aridum aqua² calida dissolutum. Quidam adjiciunt sulfur et alumen, pari pondere omnium.

LIII. Tussim jecur^d lupi ex vino tepido sanat: ursinumque^e fel admixto melle, aut ex cornus¹ bubuli summis partibus cinis: vel saliva equi^f triduo pota: at equum mori tradunt:² pulmo cervinus^g cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle, quotidiano ecligmate. Efficacior est ad id subulo cervorum generis. Sanguinem^h expuentes, cervini cornus cinis: coagulum³ leporisⁱ tertia

CAP. LII. 1 *Rigorem* Vet. Dalec. et Gal.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fel taurinum aqua* Gronov. et al. vett.

CAP. LIII. 1 Gronov. *cornu*.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pota commori*: *potu eam mori tradunt* Gronov. et al. vett. *cinis*. *Saliva equi triduo pota eam maturari* Vet. Dalec. *quatruiduo pota commori tradunt* cod. Dalec.—

NOTÆ

1. 54. et Marcellus Empir. cap. 18. pag. 127.

^b *Rigores*] Marcellus Empir. loc. cit.

^c *Dolorem*] Totidem verbis Marcellus Empir. loc. cit. ‘Cervicis dolor inflexibilis, quem opisthotonon Græci vocant, levatur urina capræ auribus infusa, aut bulbo trito cum fimo ejusdem capræ cervici illito.’ Plinius Valer. 1. 54. Q. Serenus cap. 17. ‘At si cervicis durataque colla rigeant, Anseris aut pingui torpentia colla fovebis. Illinitur valido multum lens cocta in aceto: Aut capræ fims et bulbi, aut cervina medulla.’ Egimus de eo morbi genere XXIII. 24.

^d *Tussim jecur*] Marcellus Empir. cap. 16. pag. 117. et Plinius Valer. 1. 58.

^e *Ursinumque*] Plinius Valer. loc. cit.

^f *Vel saliva equi*] Vide Notas et Emend. num. 38.

^g *Pulmo cervinus*] Iisdem verbis Marcellus Empir. cap. 16. pag. 119. et Plinius Valer. 1. 8. Et ad suspirium pulmonem cervinum in olla fictili redactum ad cinerem, datumque cum aquæ calidæ cyathis tribus, commendat Scribonius Largus Compos. 76.

^h *Sanguinem*] Marcellus Empir. cap. 16. pag. 120. Plinius Valer. 1. 61. et Diosc. 11. 63.

ⁱ *Coagulum leporis*] Marcellus Empir. cap. 16. pag. 120. ‘Coagulum cervinum, sive leporinum, sive hædinum, in potione solutum, hibitur utiliter ab empyicis vel hæmoptoicis.’ Et cap. 17. pag. 124. ‘Benefacit ad arteriæ eruptionem. . . cretæ Samiæ denarius unns, sumtus ex aquæ frigidæ rigore detracto, cyathis tribus,’ &c.

parte denarii cum terra Samia et vino myrteo potum sanat. Eiusdem fini cinis in vino vesperi potus, nocturnas tusces:⁴ pili quoque leporis suffiti extrahunt pulmonibus difficiles exscreationes. Purulentas autem^j exulcerationes pectoris pulmonisque, et a pulmone graveolentiam halitus, butyrum efficacissime juvat, cum pari modo mellis Attici decoctum, donec rufescat, et matutinis sumtum ad mensuram lingulæ.^{5 k} Quidam pro melle laricis resinam addere maluerunt.⁶ Si sanguis^l rejiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice et cum aceto sumtum: nam de taurino credere, temerarium est. Sed glutinum^m taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere sanguinis exscreatione.

LIV. (XIII.) Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit: item bubuli.ⁿ Rosiones ejus^o caro bubula admixto^r aceto et vino cocta. Rheumatismos^a cornus cervini cinis. Sanguinis^p exscreationes hædinus sanguis recens, ad cyathos ternos cum aceto acri² pari modo fervens potus: coagulum^q tertia parte ex aceto potum.

^a Fluxiones.

//////////

3 Vet. Dalec. vel coagulum. Mox, cod. Dalec. nardi pro denarii.—4 Gronov. tusseis.—5 Gronov. lingulæ.—6 Ita codd. Hardnini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. maluerunt edd. vet. et Gronov.

CAP. LIV. 1 Chiffli. misto.—2 Chiffli. aceto et vino acri.

NOTÆ

^j Purulentas autem] Totidem verbis Marcellus Empir. cap. 16. pag. 119.

^k Ad mensuram lingulæ] Vel lingulæ, ut alibi diximus. Singula cochlearia dari matutinis jubet Marcellus loc. cit. Idem paulo antea, plenam lingulam.

^l Si sanguis] Ad verbum hæc Marcellus Empir. cap. 16. pag. 120. et Plinius Valer. 1. 64.

^m Sed glutinum] Marcellus Empir. ad verbum loc. cit.

ⁿ Item bubuli] Marcellus Empir. cap. 20. pag. 148. 'Lac bubulum tepidum incoctum, subinde sumtum, exulceratum quoque stomachum sanabit.'—'De lacte autem asinino re-

fert scriptor libri Gallici, *Mélanges d'Histoire et de Littérature*, tom. II. p. 130. audivisse se a Patino medico, cum diceret, plurimos se novisse, qui cum constanter annis singulis per hebdomadas sex septemve asinino lacte usi fuissent, ad annum octogesimum vitam produxissent.' *Ed. sec.*

^o Rosiones ejus] Marcellus Empir. cap. 20. pag. 143. 'Rancorem stomachi,' inquit, 'temperat caro vacina, ex vini et aceti aqua portione discocta, et cibo sumta.'

^p Sanguinis] Marcellus Empir. cap. 16. pag. 120.

^q Coagulum] Marcellus Empir. loc. cit.

LV. Jocineris dolores,^r lupi jecur aridum ex mulso: asini jecur^{1s} aridum cum petroselini partibus duabus, ac nucibus tribus, ex melle² tritum et in cibo sumtum: sanguis hircinus^t cibo aptatus. Suspiriosis ante omnia efficax est potus equiferorum sanguinis. Proxime lactis asinini tepidi cum bulbis decocti, ita ut serum ex eo bibatur:³ addito in tres heminas cyatho nasturtii⁴ perfusi aqua, deinde melle diluti. Jecur quoque^u vulpinum, aut pulmo, in vino nigro, aut fel ursinum^v in aqua, laxat meatus spirandi.

LVI. Lumborum^a dolores, et quaecumque alia molliri¹ opus sit, ursino adipe fricari² convenit: cinerem apri-

//////////

CAP. LV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex aceto mulso, usinimum jecur* Vet. Dalec. *ex mulso; asinimum jecur* Gronov. et al. vett. *asini* Chiff. — 2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et nunc tribus ex melle* Chiff. *ac n. t. ac melle* Gronov. et vulgg. — 3 Vet. Dalec. *decocti. Ita et serum ex eo bibitur.* — 4 Ita codd. Harduini et Chiff. *nasturtii albi* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

^r *Jocineris dolores*] Q. Serenus cap. 23. de jecoris vitiis, pag. 139. 'Necnon et jecoris quæretur fibra lupini, Jungenturque simul costum, foliumque, piperque: Quæ diluta mero dantur potanda Lyæo.' Scribonius Largus Compos. Med. cap. 30. num. 123. 'Ad tumorem et dolorem jocineris, item ad duritiem facit bene lupi jecur primum in aqua ferventi dimissum, atque ita arefactum.'

^s *Asini jecur*] Totidem syllabis Marcellus Empir. cap. 22. pag. 160.

^t *Sanguis hircinus*] Marcellus Empir. cap. 22. pag. 156. 'Hircinus sanguis adhuc calens supra prunas excoctus, et cibatus datus jejuno, jocineroso mederi traditur.'

^u *Jecur quoque*] Ita Celsus iv. 4. 'de difficultate spirandi:' 'Est etiam non vana opinio, vulpinum jecur, ubi siccum et aridum factum est, contundi oportere, potentamque ex eo potioni aspergi: vel ejusdem pulmonem quam recentissimum assum, sed

sine ferro coctum, edendum esse.' Celsus deinde alii sunt secuti. Marcellus Empir. cap. 17. pag. 122. 'Profuit multis,' inquit, 'ad suspirium, vel dyspnœam depellendam, pulmo vulpis, vel jecur in olla fictili exustum, atque ad cinerem redactum, et datum ad diem jejuno, mensura cochleariorum trium, cum aquæ calidæ cyathis tribus, si febricitabit: si sanus erit, ex vino vetere.' Pulmone vulpino juvari asthmaticos scribit etiam Diosc. ii. 41. et Sextus Platon. cap. 3. de vulpe, tit. 5.

^v *Aut fel ursinum*] Sextus Platon. cap. 13. de urso, tit. 3. Marcellus Empir. cap. 17. pag. 124. 'Ad suspiriosos sanandos fel ursinum aqua dilutum bibendum optime datur,' &c.

^a *Lumborum*] Sextus Platon. cap. 7. de apro, tit. 13. 'Ad coxendices.' Marcellus Empir. cap. 25. pag. 172. 'Adipe ursina dolentes coxas perfrica, continuo sanabis.'

ni^b aut suilli fimi inveterati aspergi³ potioni vini. Afferunt et magi sua commenta. Primum omnium, rabiem hircorum, si mulceatur barba,^c mitigari: eadem præcisa, non abire eos in alienum gregem. Huic admiscent^d finum caprinum, et subdito linteolo uncto cava manu, quantum pati possit, fervens, sustinere jubent: ita ut si læva pars^b doleat, hæc medicina in dextra manu fiat, aut e contrario. Fimum quoque ad eum usum acus æræ punctis^c tolli jubent. Modus curationis est, donec vapor^d ad lumbos pervenisse sentiat⁴. Postea vero manum porro tuso illinunt, item lumbos ipso fimo cum melle: suadentque^e in eodem dolore et testes leporis devorare. Ischiadicis^f finum bubulum imponunt, calfactum in foliis⁵ cinere ferventi. In renum⁶ dolore leporis renes crudos devorari jubent, aut certe coc- tos, ita ne dente contingantur. Ventris quidem^h dolore tentari negant talum leporis habentes.

LVII. Lienem sedatⁱ fel aprī vel suis potum, vel cervini cornus cinis in aceto. Efficacissime^j tamen inveteratus lien

^b *Lumbus sinister.*

^c *Extremo acumine.*

^d *Calor.*



CAP. LVI. 1 Gronov. *mollire*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *perfricari* cod. Dalec. *perfricare* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *inspergi*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sentiat* *pervenire* Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. *in solis*.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *In renum- que dolore* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

^b *Cinerem aprini*] Marcellus Empir. cap. 25. p. 174.

^c *Si mulceatur barba*] Si infricetur barba tali medicamento, hoc est, cinere aprini vel suilli fimi cum vino.

^d *Huic admiscent*] Nempe fimo aprino suillove.

^e *Suadentque*] Marcellus Empir. c. 25. p. 172. 'Qui testiculum leporinum coctum jejunus comederit, cito coxarum dolore relevabitur.'

^f *Ischiadicis*] Vide Notas et Emend. num. 39.

^g *In renum*] Marcellus Empir. totidem verbis, cap. 26. p. 176.

^h *Ventris quidem*] Sextus Platon. cap. 2. de lepore, tit. 18. 'Ad ventris dolorem.' Hoc vero ceu muliereularum commentum irridet Plinius Valer. 11. 20. Refert quoque Marcellus Empir. cap. 27. pag. 194. et cap. 28. pag. 200.

ⁱ *Lienem sedat*] Ad verbum Plinius Valer. 11. 18.

^j *Efficacissime*] Marcellus Empir. c. 23. p. 166. totidem verbis.

asinini, ita ut in triduo sentiatur utilitas. Asinini pulli^k fimum, quod primum edidit, (poleam vocant Syri,) dant^r in aceto mulso: datur et equi^l lingua inveterata ex vino præsentaneo medicamento, ut didicisse² se ex barbaris Cæcilius Bion tradidit: et lien bubulus^m simili modo: recens autem assus vel elixus in cibo. In vesica quoque bovis allii capitaⁿ XX. tusa, cum aceti sextario, imponuntur ad lienis dolores.³ Eadem ex causa^o emi lienem vituli, quanti indicatus^e sit, jubent magi, nulla pretii cunctatione:^f quoniam hoc quoque religiose pertineat: divisumque per longitudinem annecti tunicæ utrimque, et indumentem pati decidere ad pedes: dein collectum in umbra⁴ p arefacere. Cum hoc fiat,⁵ simul residere lienem ægri vitiatum, liberarique morbo dicitur. Prodest et pulmo^q vulpium cinere siccatus, atque in aqua potus. Item hædorum^r lien impositus.

^e Æstimatus.

^f Sine ulla cunctatione, aut percontatione pretii.

CAP. LVII. I Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. datur Gronov. et vulgg.—2 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. medicamento, didicisse Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—3 Gronov. dolorem.—4 Hæc, in umbra, desunt in cod. Dalec.—5 Vet. Dalec. fiet; Chiffi. faciat.

NOTÆ

^k Asinini pulli] Etiam et muli, teste Marcello Empirico, cap. 23. p. 161. ‘Stercus mulinum,’ inquit, ‘cum oxymelle lienosis potui datum, dolores efficaciter tollit.’ Ut infantium primum sterces a partu meconium appellari superius vidimus, cap. 13. sic asinini pulli a Syris poleam dici significat. Quam vocem de secundis, sive membranis quibus fœtus involvitur, perperam Salmasius intellexit, in Solin. p. 939. a Rcinesio eo nomine reprehensus.

^l Datur et equi] Plinius Valer. II. c. 18. Marcellus Empir. c. 23. p. 161. ‘Equi lingua arefacta,’ inquit, ‘et ad lævitatem trita, atque ex vino potni data, protinus utilitatem suam sedato lienis dolore manifestat.’

^m Et lien bubulus] Celsus IV. 9. de lienis morbo, ‘Lien quoque bubulus utiliter esui datur.’

ⁿ In vesica quoque bovis allii capita] Plinius Valer. II. 18. vesicam bubulam prætermisit: cetera ad verbum reddidit. Hanc Marcellus Empir. adhibet, cap. 23. p. 163. sed idem sinapi pro allio, et aris florem asciscit. Allia tamen et in hunc usum laudat idem, p. 165. et 168.

^o Eadem ex causa] Hæc totidem fere verbis Marcellus Empir. c. 23. p. 165.

^p In umbra] In fumo suspendi, ibique arefieri Marcellus jubet.

^q Prodest et pulmo] Sextus Platon. cap. 3. de vulpe, tit. 4. ‘Ad splenis dolorem:’ ‘Pulmo vulpis in cinere assatus et tritus, in potione datus, splenem sanat.’ Marcellus Empir. cap. 23. p. 167. hanc vulpino joecineri vim ascribit.

^r Item hædorum] Vide Notas et Emend. num. 40.

LVIII. (XIV.) Alvim sistit^a cervi sanguis: ¹ item cornus ^b cinis: jecur aprinum ^c ex vino potum citra salem recensque: item assum suillum,^d vel hircinum ^e decoctum ad quintam heminam in vino.² Coagulum leporis ^f in vino cicercis magnitudine: aut si febris sit, ex aqua. Aliqui et gallam ^g adjiciunt, alii per se leporis sanguine contenti sunt lacte ³ cocto. Equini fimi ^h cinis in aqua potus. Taurini cornus veteris ex parte ima cinis, inspersus potioni aquæ. Sanguis hircinus ⁱ in carbone decoctus: corium caprinum cum suo pilo decoctum, succo epoto.

Coagulum equi, et sanguis caprinus, vel medulla, vel jecur, alvim solvit: fel lupi ^j cum elaterio umbilico illigatum.⁴ Vel lactis equini ^k potus: item caprini ^l cum sale et melle. Capræ fel ^m cum cyclamini succo et aluminis momento.⁵ Aliqui et nitrum et aquam adjecisse malunt.



CAP. LVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cervinus sanguis* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in vini hemina* Gronov.—3 Vet. Dalec. *sunt in lacte*.—4 Vet. Dalec. *illitum*.—5 Ita ex codd. Harduinus et

NOTE

^a *Alvim sistit*] Diosc. 11. 97.

^b *Item cornus*] Galenus *κατὰ τὸ πρῶτον*, ix. 616.

^c *Jecur aprinum*] Sextus Platon. cap. 7. de apro, tit. 5. 'Ad ventris fluxum: ' Jecur aprini recens ex vino potatum, mire restringit.'

^d *Item assum suillum*] Marcellus Empir. c. 27. p. 194.

^e *Vel hircinum*] Vide Notas et Emend. num. 41.

^f *Coagulum leporis*] Sextus Platon. cap. 2. de lepore tit. 17. 'Ad infantium ventris fluxum,' &c. Marcellus Empir. c. 27. p. 192. Plinius Valer. — 11. 26. et Diosc. 11. 85.

^g *Aliqui et gallam*] Sextus Platon. loc. cit.

^h *Equini fimi*] Marcellus Empir. c. 27. p. 191. et 192.

ⁱ *Sanguis hircinus*] Marcellus Empir. c. 27. p. 194.

^j *Fel lupi*] Vide Notas et Emend. num. 42.

^k *Vel lactis equini*] Q. Serenus c. 29. de ventre molliendo, p. 104. 'Crede tamen potum meliorem lactis equini, Dicitur hic validos asinæ pervincere succos.' Marcellus Empir. c. 30. p. 218. 'Serum de lacte equino ventre molliter purgat.'

^l *Item caprini*] Marcellus Empir. c. 27. p. 189. caprino lacte per se vel ovillo utitur tepido, aut decocto etiam cum butyro.

^m *Capræ fel*] Sextus Platon. c. 4. de caprea, tit. 13. 'Ad ventrem solvendum: ' Fel capræ suppositum ano cum succo cyclamini herbæ, et alumine aliquantulum, aut anetho combustum induito.' E capra et caprea easdem fere peti medicinas alibi monuimus.

Fel tauri cum absinthio tritum ac subditum pastillo.ⁿ Butyrum ° largius sumtum.

Coeliacis et dysentericis medetur jecur⁶ vaccinum. Cornus cervini^p cinis tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum leporis subactum in pane: si vero sanguinem detrahunt,⁷ in polenta.^q Aprini vel suilli vel leporini fimi cinis, inspersus potioni tepidi⁸ vini. Vituli quoque jus vulgariter datum, inter auxilia coeliacorum et dysentericorum tradunt.⁹ Lactis asinini potus utilior, addito melle. Nec minus efficax fimi cinis ex vino utriusque vitio. Item polea supra dicta.^r Equi coagulum,^s quod aliqui hippacen appellant,¹⁰ etiam si sanguinem detrahant, vel fimi cinis, dentiumque ejusdem tusorum farina, salutaris dicitur: et bubuli lactis decocti potus. Dysentericis addi mellis exiguum præcipiunt: et si tormina sint, cornus cervini cinerem: aut fel taurinum cumino mixtum, et cucurbitæ carnes umbilico imponere. Caseus recens^t vaccinus immittitur ad utrumque vitium. Item butyrum^u heminis quatuor, cum resinæ terebinthinæ sextante, aut cum malva de-

//////////

recentt. *aluminis modico* Gronov. et vulgg.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Butyrum largius sumptum coeliacis et dysentericis medetur, et jecur Gronov. et al. vett. Butyrum largius sumtum coeliacis: at dysentericis, &c. Vet. Dalec. coeliacis medetur: et dysentericis jecur al. vett. ap. Dalec. et ante jecur non legitur in cod. Dalec.—7 Chiff. detrahant; Dalec. detradunt.—8 Gronov. tepida.—9 Chiff. suis vulg. duti, &c. traduntur.—10 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. vocant edd. vett. et Gronov.—*

NOTÆ

ⁿ *Fel tauri . . . pastillo*] Id est, in modum pastilli globulive involutum linteolo, anoque inditum.

^o *Butyrum*] Vide Notas et Emend. num. 43.

^p *Cornus cervini*] Binum cochlearium mensura potus, inquit Diosc. 11. 63. Marcellus Empir. c. 27. p. 194. ‘Cervini cornus,’ inquit, ‘de ipsis radicibus, quæ capiti hærent, scobes lima tenuissima factus, et ad drachmæ mensuram cum vini austeri cyatho datus, sistet nimios ventris fluores, si vel triduo jugiter bibatur.’

^q *Coagulum leporis . . . in polenta*] Marcellus Empir. c. 27. p. 194.

^r *Item polea supra dicta*] Sup. cap.

^s *Equi coagulum*] Totidem fere verbis Diosc. 11. 85. Ἡ δὲ τοῦ ἵππου πίττα, ἰππάκη καλουμένη, κ. τ. λ.

^t *Caseus recens*] Iisdem verbis Plinius Valer. 11. 33. Immitti hoc loco infundi clystere est, ut quidem videtur. Mandi jubet Marcellus Empir. c. 27. p. 195.

^u *Item butyrum*] Alvum co sisti, ex Diosc. diximus superius, cap. 35.

cocta, aut rosaceo. Datur et sebum^v vitulinum, aut bubulum. Item medullæ^w excoquantur cum farina ceræque exiguo, et oleo,¹¹ ut sorberi possint. Medulla et in pane subigitur. Lac caprinum^x ad dimidias partes decoctum. Si sint et tormina, additur protropum. Torminibus^y satis esse remedii in leporis coagulo potio e vino tepido, vel semel, arbitrantur aliqui. Cautiores^z et sanguine caprino cum farina hordeacea et resina ventrem illinunt. Ad omnes epiphoras^a ventris illini caseum mollem suadent: veterem autem in farina¹² tritum,^b cœliacis et dysentericis dari, cyatho casei in cyathis vini tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis. Jecur assum^c capræ cœliacis subvenit, magisque etiam hirci, in vino austero decoctum potumque, vel ex oleo myrteo umbilico impositum. Quidam decoquunt a tribus sextariis aquæ ad heminam, addita ruta. Utuntur et liene^d asso capræ hircive, et sevo hirci in pane qui cinere coctus sit: capræ,¹³ a renibus^e

//////////

11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et cera exiguoque oleo Gronov. et vulgg.—12 Vet. Dalec. farinam.—13 Vet.

NOTE

^v *Datur et sebum*] Marcellus Empir. c. 27. p. 193.

^w *Item medullæ*] Marcellus Empiricus c. 27. p. 195. 'Medulla vaccina cum farina tenui subacta, et velut excoctus panis cibatus data, mire dysentericos sanat.'

^x *Lac caprinum*] Marcellus Empir. c. 27. p. 192. 'Lac caprinum fervens, adjecto polentæ quantum satis sit, cum fuerit quasi tenuis pulvicula, dabis dysenterico bibendum.' At Plinius Valer. 11. 33. vel sic infundi clystere jubet.

^y *Torminibus*] Ad verbum Plinius Valer. 11. 22.

^z *Cautiores*] Hæc totidem verbis Marcellus Empir. c. 27. p. 194. Item Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 15. 'Ad torminosos.'

^a *Ad omnes epiphoras*] Plinius Va-

ler. 11. 23. Marcellus Empir. cap. 27. p. 194. 'Ad omnes epiphoras ventris caseum vaccinum mollem calidum imponi oportet: quo tempore dysentericis potiones ferro candenti calefactas dari convenit.'

^b *In farina tritum*] Sic libri omnes. Plinius Valer. loc. cit. 'in modum farinæ,' ut plane in farinam legisse videatur.

^c *Jecur assum*] Marcellus Empir. c. 27. p. 192.

^d *Utuntur et liene*] Sextus Platon. c. 4. de caprea, tit. 17. 'Ad torminosos: splen capræ potatum mire sanat.' Eadem et in capræ liene vis, ut alibi diximus, quanquam imbecillior.

^e *Capræ, a renibus*] Capræ sevo, inquit, quod maxime a renibus prodect. Marcellus Empir. c. 27. p. 195.

maxime; ut per se hauriatur protinus: inque modice frigida¹⁴ sorberi jubent. Aliqui et in aqua decoctum sevim admixta polenta, et cumino, et anetho,^{15 f} acetoque. Illinunt et ventrem cœliacis, fimo cum melle decocto. Utuntur^g ad utrumque vitium et coagulo hædi in vino myrtite, magnitudine fabæ poto: et sanguine ejusdem in cibum formato, quem sanguiculum^{16 h} vocant. Infunduntⁱ dysentericis et glutinum taurinum aqua calida resolutum. Inflationes^{17 j} discutit vitulinum fimum in vino decoctum. Intestinorum^k vitiis magnopere prodest coagulum ceruorum, decoctum cum lente betaque, atque in cibo sumtum. Leporis pilorum¹ cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus, decocti¹⁸ cum malva,^m exiguo sale addito. Si et coagulumⁿ addatur, majoribus emolumentis fiat.¹⁹

//////////

Dalec. capro.—14 Ita ex codd. Harduinus et recentt. '*protinus lique* Chiffi. lego, *protinus aliqui.*' Dalec. '*protinusque modice frigidam* Gronov. et vulgg.—15 '*Chiffi. aneso.* Sic sæpius scriptum pro *aniso.*' Dalec.—16 Chiffi. *sanguiculum.*—17 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. '*inflationes autem discutit* Gronov. et vulgg.—18 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. '*potus decoctus* Gronov. et al. vett.—19 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. '*Et si coagulum, &c. fiat* Gronov. et vulgg. '*Si et coagulum, &c. fiet* cod.

NOTÆ

^f Adipem caprinum de renibus sublatum, misce cum polentæ furfuribus, atque adjice illic cuminum, et anethum, et acetum, æquis portionibus: atque ex aqua decoque, et colatum, sorbitionis more, dysenterico dato sumendum, &c.

^g Et anetho] Sic Reg. 1. et Marcellus Empir. In Reg. 2. et Chiffi. *aneso*, hoc est, *aniso*.

^h Utuntur] Marcellus Empir. ad verbum, c. 27. p. 193.

ⁱ Quem sanguiculum] Sic etiam Reg. 1. In Reg. 2. et Chiffi. *sanguiculum*. In Gallia *Boudin* vulgus appellat.

^j Infundunt] Ad verbum Plinius Valer. II. 33.

^k Inflationes] Plinius Valer. loc. cit. 'Imponitur item inflationi fimum vitulinum in vino decoctus.'

^k Intestinorum] His cervi medullam opitulari ait Sextus Platon. c. 1. de cervo, tit. 19.

¹ Leporis pilorum] Plinius Valer. II. 32. Marcellus Empir. c. 27. p. 196. 'Pilos leporinos adjecto melle comprehendens, atque inde globulos parvos facies: hi singuli sæpius deglutiti intestina, quamvis perniciose rupta, certa conjunctione connectunt.'

^m Cum malva] Plinius Valer. loc. cit. 'cum melle et sale: forte mendose.

ⁿ Si et coagulum] Q. Serenus c. 32. p. 146. 'Cum colus invisum morbi genus intima carpit, Mande galeritam voluerem quam nomine dicunt: Ant pavidi leporis madefacta coagula pota.'

Eadem vis^o est et in sevo caprino in sorbitione aliqua, uti protinus²⁰ hauriatur frigida aqua. Item feminum hædi cinis rupta intestina sarcire mire traditur. Finum leporis^p cum melle decoctum, et quotidie fabæ magnitudine sumtum, ita ut deploratos²¹^q sanaverint. Laudant et caprini^r capitis cum suis pilis decocti succum.

LIX. Tenesmos, id est, crebra et inanis voluntas desurgendi,^a ¹ tollitur potio lacte asinino: item bubulo.^b Tæniarum² genera^c pellit cervini cornus cinis potus. Quæ in excrementis lupi diximus^d inveniri ossa, si terram non attingerint, colo medentur, adalligata brachio. Polea quoque supra dicta^e magnopere prodest in sapa decocta. Item suilli fimi farina addito cumino in aqua rutæ decoctæ.³ Cornus cervini^f teneri⁴ cinis, cochleis Africanis cum testa sua tuis mixtus, in vini potione.

^o *Scedendi ad exonerandam alvum.*

Dalec.—20 Cod. Dalec. aliqua uti, si protinus.—21 Chiffi. deplanatos. Mox, Vet. Dalec. sanaverit.

CAP. LIX. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et inanis voluntas desurgendi Chiffi. et inanis voluntas egerendi Gronov. et vulgg.—2 Tinearum edd. vett. et Gronov.—3 Vet. Dalec. decocto.—4 Verbum teneri desideratur in cod. Dalec.

NOTÆ

^o *Eadem vis*] Hoc medicamentum refert ad hydropicos Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 17.

^p *Finum leporis*] Plinius Valer. II. 32.

^q *Ita ut deploratos*] Quamvis perniciose ruptis intestinis, inquit Marcellus Empir. c. 28. p. 202.

^r *Laudant et caprini*] Marcellus Empir. c. 27. p. 196.

^a *Tenesmos . . . voluntas desurgendi*] Vel, ut alii scribunt, *Tenasmos*: Græcis Τενεσμός et τηνεσμός, hoc est, ut Celsus ait IV. 18. morbus in quo frequens desidendi cupiditas est. Vide Notas et Emend. num. 44.

^b *Item bubulo*] Plinius Valer. II. 24. et Marcellus Empir. c. 29. p. 203.

^c *Tæniarum genera*] Ita Mss. non

tinearum. Sunt autem tæniæ, tineæ, ventris lumbrici, quorum alii lati, qui pejores sunt, alii teretes ac rotundi. Vide Celsum IV. 17. Sextus Platon. c. 1. de cervo, num. 8. ‘Cervinum cornu combustum datum in vino, vel aqua calida, lumbricos necat et eicit.’ Sic et Plinius Valer. II. 21. Scribonius Largus Compos. 112. Marcellus Empir. c. 28. p. 200. Q. Serenus c. 31. de lumbricis et tinea purgandis, p. 145. ‘Ergo cinis cornu cervini proderit haustus.’

^d *Quæ . . . diximus*] Nempe c. 49. Hæc totidem verbis Marcellus Empir. c. 29. p. 202.

^e *Polea . . . supra dicta*] Cap. 58.

^f *Cornus cervini*] Plinius Valer. II. 18. ‘Cornus cervini teneri cinis cum

LX. (XV.) Vesicæ^s calculorumque cruciatibus auxiliatur urina apri, et ipsa vesica pro cibo sumta: efficacius,^h si prius fumo¹ maceretur utrumque. Vesicam elixam mandi oportet: et a muliere, fœminæ suis. Inveniuntur² et in jocineribus eorum lapilli, aut duritie lapillis similes, candidi, sicuti in vulgari sue: quibus contritis atque potis in vino, pelli calculos aiunt. Ipsi apro^j tam gravis sua urina est, ut, nisi egesta, fugæ non sufficiat, ac velut devinctus³ opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis renes^k inveterati, in vino poti,⁴ calculos pellunt. In perna suum articulos esse diximus,⁵¹ quorum decoctum jus facit urinæ utile. Asini⁶ renes^m inveterati, tritique, et in vino mero dati, vesicæ medentur. Calculos expellunt lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus XL. Prodestⁿ et ungu læ equinæ cinis, in vino, aut aqua. Item fimum^o caprarum in mulso, efficacius sylvestrium. Pili quoque^p caprini cinis.



CAP. LX. 1 Chiff. *fimo*.—2 *Vesicam fœminæ suis elixatione emollitam mandi oportet. Inveniuntur* Vet. Dalec. Mox, *duritiæ lap. sim. candidæ* cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *defunctus*.—4 Chiff. *in vini potu*.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *suis* Gronov. et vulg. Mox, *qui decocti jus faciunt* cod. Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum

NOTÆ

cochleis Africanis, cum testis suis tuis mixtus, datus in potione vini, facit optime ad eolum.' Tenerum cornu vocat, quod, ut ait Marcellus, c. 27. p. 191. de ipsis radicibus sumitur quæ capiti hærent.

^s *Vesicæ*] Marcellus Empir. iisdem verbis c. 26. p. 180.

^h *Efficacius*] Vide Notas et Emend. num. 45.

¹ *Vesicam*] Apri scilicet maris a viro, fœminæ a muliere mandi suadet. Plinius Valer. 11. 39. 'Vesicæ et calculo purgando.' 'Vesica apri in cibo elixa sumitur.' Apertius vero Marcellus Empir. c. 26. p. 183. 'Vesicæ apri recte adversum vesicæ dolores in cibo sumitur: ita ut mulier fœminæ, vir masculi sumat.'

^j *Ipsi apro*] Diximus ea de re supra VIII. 77.

^k *Leporis renes*] Totidem verbis, ac syllabis, Plinius Valer. 11. 39. In Sole coctos derasosque in potione dari Sextus Platon. jubet, c. 2. de lepore, tit. 10. 'Ad calculosos.'

¹ *In perna suum . . . diximus*] Cap. 49. 'Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur.'

^m *Asini renes*] Marcellus Empir. c. 26. p. 180.

ⁿ *Prodest*] Plinius Valer. 11. 39. et Marcellus Empir. c. 26. p. 181.

^o *Item finum*] Marcellus Empir. c. 26. p. 177.

^p *Pili quoque*] Marcellus Empir. c. 26. p. 180.

Verendorum^q carbunculis, cerebrum apri vel suis, sanguisque. Vitia vero, quæ in eadem parte serpunt, jecur eorum combustum, maxime juniperi ligno, cum charta et arrhenico^r sanat:⁷ fimi cinis: fel bubulum^s cum alumine Ægyptio ac myrrha⁸ ad crassitudinem mellis subactum, insuper beta ex vino cocta imposita: caro quoque.⁹^t Manantia vero ulcera sebum cum medulla vituli in vino decoctum: fel caprinum¹⁰^u cum melle rubique succo: vel si serpant, fimum etiam prodesse cum melle dicunt, aut cum aceto, et per se butyrum. Testium tumor^v sevo vituli, addito nitro, cohibetur: vel fimo ejusdem ex aceto decocto. Urinæ^w incontinentiam cohibet vesica aprina, si assa mandatur. Ungularum apri^x vel suis cinis potioni inspersus. Vesica fœminæ suis combusta ac pota: item hædi,^y vel



edd. Hardniu. 1. 2. 3. et recentt. *Asinini* Gronov. et al. vett.—7 Vet. Dalec. *charta Armeniaca sanat*; Chiffi. *carteti armenico*, &c.—8 Chiffi. *murra*; Gronov.

NOTÆ

^q *Verendorum*] Sextus Platon. c. 7. de apro, tit. 2. ‘Ad carbunculos et dolores veretri:’ ‘Apri cerebrum coctum, contritum ex melle, et impositum, mire sanat.’

^r *Vitia vero, . . . cum charta et arrhenico*] Arrhenicon, sive arsenicum, auripigmentum est, de quo dicemus xxxiv. 56. Vide Notas et Emend. num. 46.

^s *Fel bubulum*] Vide Notas et Emend. num. 47.

^t *Caro quoque*] Bubula videlicet, aut vaccina. Marcellus Empir. c. 33. p. 229. ‘Caro vaccina recens, veretro imposita, ulcera ejus et epiphoras mire sanat,’ &c.

^u *Fel caprinum*] Vide Notas et Emend. num. 48.

^v *Testium tumor*] Marcellus Empir. c. 33. p. 228. Adeps vituli, et nitri modicum, una permixta, et ceroti modo imposita testiculis, tumores

omnes et dolores persanare dicuntur.

^w *Urinæ*] Sextus Platon. c. 7. de apro, tit. 10. ‘Ad urinæ incontinentiam:’ ‘Vesicam apri assatam da ad manducandum, et curantur.’ Idem de verrina vesica Marcellus Empir. prodidit c. 26. p. 181.

^x *Ungularum apri*] Diosc. *Εύπορ.* II. 101. Τοὺς δὲ ἐνουροῦντας ἰᾶσθαι δεῖ . . . καπρείας ὀπλῆς . . . κοχλιάριον μετὰ μελικράτου, τὸ αὐτό. Sic etiam Plinius Valcr. II. 40. At Marcellus Empir. parum sibi constans, modo dysuriæ, modo urinæ incontinentiæ hoc medicamentum assignat. Nam c. 26. p. 181. ‘Ungularum aprugarum,’ inquit, ‘exustarum cinis potioni inspersus plurimum urinæ difficultates juvat.’ At p. 184. ‘Ungues aprugni,’ ait, ‘exusti, tritique, in potione sumti efficaciter summeinulis prosunt.’

pulmo: cerebrum^z leporis in vino: ejusdem^a testiculi tosti, vel coagulatum cum anserino adipe in polenta: renes asinini in mero triti potique. Magi^b verrini genitalis cinere potio ex vino dulci demonstrant¹¹ urinam facere in canis cubili, ac verba adjicere, 'ne ipse urinam faciat, ut canis, in suo cubili.' Rursus ciet urinam vesica suis, si terram non attigerit, imposita pubi.

LXI. Sedis vitiis præclare prodest fel ursinum cum adipe. Quidam adjiciunt spumam argenti ac thus. Prodest et butyrum^c cum adipe anserino ac rosaceo. Modum^d ipsæ¹ res statuunt, ut sint illitu faciles. Præclare medetur^e et taurinum fel, in linteolis conceptis:^{2f} rimasque perducit ad cicatricem. Inflationibus in ea parte,^g sebum vituli, maxime ab inguinibus, cum ruta: ceteris vitiis^h medetur



muria.—9 Chiff. *caroque*.—10 Gronov. *vel caprinum*.—11 Cod. Dalec. *deinde monstrant*.

CAP. LXI. 1 Chiff. *ipsum*. Mox, cod. Dalec. *illitus*.—2 Ita codd. Har-

NOTE

^y *Item hædi*] Capræ vesicam Marcellus Empiricus antepouit. 'Qui urinam tenere non poterit,' inquit ille c. 26. p. 185. 'capræ vesicam comburat, et cinerem ejus ex aqua cum vini potione bibet.'

^z *Cerebrum*] Plinius Valer. 11. 40. et Marcellus Empir. c. 26. p. 184.

^a *Ejusdem*] Auctores proxime appellati.

^b *Magi*] Marcellus Empir. c. 26. p. 185. 'Verrini genitalis usti cinerem bibere debent ex vino, qui urinam continere non possunt. In cubili canis urinam faciat, qui urinam non potest continere: dicatque dum facit, Ne in cubili suo urinam, ut canis, faciat.' Eadem habet et Plinius Valer. 11. 40.

^c *Prodest et butyrum*] Marcellus Empir. c. 31. p. 222. 'Butyrum et adeps anserina, et oleum rosaceum,

permixta, pulcherrime prosunt ani vitiis.'

^d *Modum*] Mensuram rerum singularum: eam enim crassitudinem tantum desiderant, ut possint esse illitu faciles.

^e *Præclare medetur*] Dioscor. 11. 96. 'Ἀποθεραπεύει τε τὰ ἐν δακτύλῳ μέχρις οὐλῆς. Sedis ulcera persanat, et ad cicatricem perducit.'

^f *In linteolis conceptis*] Ita recte codex Reg. 1. 2. Colb. Chiff. non, ut fere editi, *conceptis*. 'Linteola carpta' dixit Marcellus Empiricus c. 33. p. 227.

^g *Inflationibus in ea parte*] In sede, in ano.

^h *Ceteris vitiis*] Marcellus Empir. c. 31. p. 222. 'Sanguis caprinus cum polenta impositus ani vitium omne persanat.'

sanguis caprinus cum polenta. Item fel caprinumⁱ condylomatis per se. Item fel lupinum ex vino. Panos^j et apostemata in quacumque parte sanguis ursinus discutit: item taurinus^k aridus tritus. Præcipuum tamen remedium traditur in calculo onagri: quem dicitur,^l cum interficiatur, reddere urina,^a liquidiorum initio, sed in terra spissantem se. Hic, adalligatus femini, omnes impetus¹ discutit, omnique suppuratione liberat. Est autem rarus inventu, nec ex omni onagro, sed celebri remedio. Prodest et urina asini cum melanthio. Et ungulæ^m equinæ cinis cum oleo et aqua illitus. Sanguis equi,ⁿ præcipue admissarii: et sanguis bubulus: item fel. Caro quoque eodem effectus habet calida imposita: et ungulæ cinis ex aqua aut melle: urina caprarum: hircorum quoque carnes in aqua decoctæ: aut fimum ex his^o cum melle decoctum: verrinum fel:⁴ urina suum^p in lana imposita. Femina^q atteri adurique equitatu notum est. Utilissimum^r est, ad omnes inde causas, spumam equi ex ore inguinibus⁵ illinire. Inguina et ex ulcerum causa intumescunt. Remedio sunt equi setæ tres totidem⁶ nodis alligatæ intra ulcus.

^a Cum urina,

duini, Dalec. et Chiff. *μοτοῖς τιλοῖς*. *conceptis* Gronov. et al. vett.—3 Cod. Dalec. *dicunt*. Mox, *reddere urinam* Vet. Dalec. *reddere cum urina* al. vett. ap. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hircorumque . . . fel ursinum, sive verrinum* Gronov. et al. vett. Mox, *in lana posita* Chiff.—5 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inguinibusque* Gronov. et al. vett.—6 Vet. Dalec. *tres, et cætos herba totidem*.

NOTE

ⁱ *Item fel caprinum*] Marcellus Empir. loc. cit.

^j *Panos*] Plinius Valer. III. 27.

^k *Item taurinus*] Dioscor. II. 97. ubi taurinum sanguinem cum polenta impositum duritias discutere et emolliare ait.

^l *Omnes impetus*] Epiphoras. Vide quæ de hac voce diximus XX. 97.

^m *Et ungulæ*] Marcellus Empir. c. 32. p. 226. et Plinius Valer. III. 27.

ⁿ *Sanguis equi*] Idem auctores proxime laudati.

^o *Aut fimum ex his*] Ex hircis. Sic etiam Plinius Valer. loc. cit. et Marcellus Empir. c. 32. p. 224.

^p *Urina suum*] Marcellus Empir. c. 32. p. 226.

^q *Femina*] Intertriginem id vitium Latini appellant.

^r *Utilissimum*] Vide Notas et Emend. num. 49.

LXII. (XVI.) Podagris^{1 a} medetur ursinus adeps, taurinumque sebum pari pondere et ceræ. Addunt quidam hypocisthida² et gallam. Alii hircinum^b præferunt sebum cum fimo capræ,^c et croco, sinapive, vel caulibus³ hederæ tritis, ac perdicio, vel flore cucumeris sylvestris. Item bovis^d fimum cum aceti fæce. Magnificent et vituli,^e qui nondum herbam gustaverit, fimum: aut per se sanguinem tauri: vulpem decoctam^f vivam, donec ossa tantum restent: lupumve vivum oleo cerati modo incoctum: sebum hircinum, cum helxines parte æqua, sinapis tertia: fimi caprini^g cinerem cum axungia. Quin et ischiadicos^h uri sub pollicibus pedum eo fimo fervente, utilissime tradunt. Articulorumqueⁱ vitiis fel ursinum utilissimum esse, et le-



CAP. LXII. 1 *Podagra* Chiffi. unde Dalec. legi vult *Podagræ*.—2 Chiffi. *hypocisthiden*.—3 Vet. Dalec. et *sinapi cum caulibus*.—4 Ita codd. Harduini

NOTE

^a *Podagris*] Totidem verbis Plinius Valer. III. 14. et Marcellus Empir. c. 36. p. 250.

^b *Alii hircinum*] Sic et Dioscor. II. 94. et Marcellus Empiricus cap. 36. p. 244.

^c *Cum fimo capræ*] Dioscor. II. 98.

^d *Item bovis*] Marcellus Empir. c. 36. p. 242. Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 6. p. 47. ‘Vaccæ stercus contusum et commixtum cinere, ac oleo subactum, obducatur podagræ, curabit illam.’

^e *Magnificent et vituli*] Habdarrahmanus c. 6. p. 48. ‘Si stercore vitulæ, statim atque nascitur, et quæ nihil aliud comederit, præter lac maternum, oblinies pedes laborantis podagra, non mediocrem percipiet utilitatem. Curat adhuc omnes pedum dolores.’

^f *Vulpem decoctam*] Sextus Platon. c. 3. de vulpe, tit. 12. ‘Ad morbum articulorum:’ ‘Vulpis viva in amplo vase decocta, donec ossa relinquat,

mire sanat, si sæpius in aquam in vase quis descenderit,’ &c. Marcellus Empir. c. 36. p. 250. ‘Vulpem ex aqua coquito, donec mollescat, et ex aqua percolata pedes assidue foveto: quo facto doloribus facile careri hoc remedio quidam frequenter experti sunt.’

^g *Fimi caprini*] Plinius Valer. XIII. 14.

^h *Quin et ischiadicos*] Memiçit Iulius moris Anthyllus apud Aëtium, Serm. XII. 3. p. 207. ‘Nos,’ inquit, ‘etiam hujusmodi nrendi modo utimur: Stercus caprinum siccum fervefacimus, eoque ventrem magni digiti affecti pedis perurimus, paulo infra unguem usque ad os ipsum ustione penetrante. Hæc ipsa ustio extremas coxendicium affectiones, et quæ nulli alii præsidio cedunt, dissolvit.’

ⁱ *Articulorumque*] Marcellus Empir. c. 34. p. 234. Plinius Valer. III. 15.

poris pedes adalligatos. Podagras quidem^{4j} mitigari pede leporis viventis absciso, si quis secum assidue habeat. Perniones ursinus^k adeps, rimasque pedum omnes sarcit: efficacius^l alumine addito: sebum caprinum: dentium equi farina: aprinum⁵ vel suillum fel: cum adipe pulmo^m impositus: etsi⁶ subtriti sint contusive offensatione: si vero adusti frigore, leporini pili cinis. Ejusdem pulmoⁿ contusis dissectus, aut pulmonis cinis. Sole adusta sevo asinino aptissime curantur: item bubulo cum rosaceo. Clavos et rimas^o callique vitia, finum apri vel suis recens illitum, ac tertio die solutum sanat: talorum cinis, pulmo aprinus, aut suillus, aut cervinus.^p Attritus⁷ calceamentorum, urina asini cum luto suo^q illita. Clavos sebum^r bubulum cum thuris polline. Perniones vero^s corium combustum: melius si ex⁸ vetere calceamento: injurias c

//////////

et Chiff. cum eod. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quidam* Gronov. et vulgg.—5 'Chiff. *aprunum*; et sic fere semper.' Dalec.—6 Ita ex eod. Harduinus et recentt. *et si* divisim Gronov. et vulgg.—7 *Attritum* Chiff.—8 Ita Chiff. cum eod. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *melius ex* Gronov. et vulgg.—

NOTE

^j *Podagras quidem*] Marcellus Empir. c. 36. p. 246.

^k *Perniones ursinus*] Dioscor. 11. 91. et Marcellus Empir. c. 34. p. 236. ad verbum. Pro ursino anserinum adhibet Plinius Valer. 11. 51.

^l *Efficacius*] Idem Marcellus loc. cit.

^m *Cum adipe pulmo*] Aprinus videlicet. Sextus Platon. c. 7. de apro, tit. 4. 'Ad pedes exulceratos a calceamentis: 'Apri pulmonem cum melle commixtum ut malagma superpone pedibus a calceamentis læsis et exulceratis, sanabuntur.'

ⁿ *Ejusdem pulmo*] Marcellus Empir. c. 34. p. 232.

^o *Clavos et rimas*] Plinius Valer. 11. 52. et Marcellus Empir. c. 34. p. 233. ad verbum.

^p *Aut cervinus*] Huc pertinet quod habet Marcellus Empir. c. 34. p. 232.

in morbo fere simili: 'Pulmo cervinus,' inquit, 'impositus, et sæpe renovatus, ex calceamento læsos pedes sine dolore persanat.' Suillo, agnino, ursino attritus a calceamentis contractos ab inflammatione defendi auctor est Dioscor. 11. 40.

^q *Cum luto suo*] Quod nempe ille meiendo perfunderit.


^r *Clavos sebum*] Plinius Valer. 11. 52.

^s *Perniones vero*] Et attritus etiam calceamentorum, teste Oribasio de Virt. Simp. lib. 11. p. 62. ex Græco Ms. Δέρματα παλαιὰ ἀπὸ τῶν καττυμάτων καθέντα, πρὸς τὰ ἐκ τῶν ὑποδημάτων ἔλκη πανσαμένης τῆς φλεγμονῆς, ὠφελεῖ. *Coria vetera e vetustis soleis, usta, ad ulcera e calceatu facta, sedata inflammatione, prosunt.* Oribasio præivit Dioscorides 11. 51.



calceatu,⁴ ex oleo corii caprini cinis. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis, cum lilii bulbis decoctus,⁹ addito melle modico: itemque omnia inflammata, et suppurationes. Sed podagricis^{10 u} prodest et articulariis morbis, e maribus præcipue vitulis. Articulorum attritis, fel apro- rum vel suum, linteo calfacto impositum: vitulique, qui nondum herbam gustaverit, finum: item caprinum^v cum melle in aceto decoctum. Ungues scabros sebum vituli emendat: item caprinum admixta^w sandaracha. Verrucas vero^x aufert vitulini fimi cinis ex aceto: asini urinæ^y lutum.¹¹

LXIII. Comitiali morbo^a testes ursinos edisse prodest, vel aprinos^b bibisse ex lacte equino aut ex aqua: item aprinam^c urinam ex aceto mulso: efficacius,¹ quæ in-ruerit in vesica sua. Dantur et suum testiculi inveterati tritique in suis lacte, præcedente vini abstinentia, et se-



9 Chiff. *decoctis*.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et suppurationes minantia. Eadem res et podagricis* Gronov. et vulgg. *et suppurationes, et podagricis* Chiff. *interjecta non habet.* Dalec.—11 Cod. Dalec. *urina elutus.*

CAP. LXIII. 1 Vet. Dalec. *efficacior.* Mox, *quæ inruerit* Chiff. Deinde,

NOTÆ

⁴ *Injuriis e calceatu*] Marcellus Empir. c. 34. p. 232.

^u *Sed podagricis*] Idem Marcellus c. 34. p. 234. et Plinius Valer. III. 15.

^v *Item caprinum*] Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 23. 'Ad morbum articolorum: 'Sterens capræ cum acerrimo aceto mixtum sanat.'

^w *Item caprinum admixta*] Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 16. 'Ad unguis leprosos: 'Ex seho caprino admixta sandaracha cerotum superpositum sine tormento sanat.'

^x *Verrucas vero*] Plinius Valer. III. 42.

^y *Asini urinæ*] Plinius Valer. loc. cit. Marcellus Empir. c. 34. p. 233. 'Urina muli, vel mula, vel asini, cum luto illita, et clavos abolet, et callis

medetur.' Hanc vim et urinæ canis cum suo luto assignat Q. Serenus, c. 65. de verrucis tollendis, p. 164. et idem Marcellus Empir. c. 34. p. 234.

^a *Comitiali morbo*] 'Ἐπιληψίαν Græci, et ἱερὰν νόσον, Latini santicum, et comitalem, et sacrum morbum vocant. Testes aprinos ei morbo opitulari scribit et Plinius Valer. II. 58.

^b *Vcl aprinos*] Idem Plinius Valer. loc. cit. Sextus Platon. c. 7. de apro, tit. 7. 'Ad caducos: 'Testiculos apri ex vino vel aqua potato, et curaberis.'

^c *Item aprinam*] Sextus Platon. loc. cit. XI. 'Ad caducos: 'Lotium apri cum oxymelite bibat, et remedium capiet.'

quente continuis diebus. Dantur et leporis^d sale custoditi pulmones, cum thuris tertia parte, in vino albo, per dies xxx. Item coagula ejusdem. Asini cerebrum^e ex aqua mulsa, infumatum prius in foliis,^{2f} semuncia per dies:^g vel unguarum ejus^h cinis cochlearibus binis toto mense potus. Item testes sale asservati et inspersi³ potioni, in asinarum maxime lacte, vel ex aqua. Membrana partus earum, præcipue si marem pepererint, olfactata⁴ accedente morbo comitialium resistit. Sunt qui e mareⁱ nigroque cor edendum cum pane sub dio prima aut secunda Luna præcipiant. Alii carnem, aliqui sanguinem aceto dilutum per dies xl. bibendum. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ⁵ ex officinis miscent, eademque potione et lymphaticis medentur. Comitialibus datur et lactis equini potus, lichenque^j in aceto mulso bibendus. Dantur

cum vesica cod. Dalec.—2 Vet. Dalec. solis.—3 Ita codd. Harduini, Chiff. et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adpersi* Gronov. et vulgg.—4 Chiff. *olefacta*. Mox, *accedenti morbo comitiali*.—5 Chiff. *ferrata*.

NOTÆ

^d *Dantur et leporis*] Quod de pulmone leporino Plinius, illud ipsum Sextus Platon. de corde prodit, c. 2. de lepore, tit. 6. ‘Ad caducos:’ ‘Leporis cor siccum derasum cum parte tertia thuris mannæ (hoc est, nicarum thuris) trita ex vino albo da bibere per dies septem, liberat. His vero qui sæpius cadunt, dabis diebus xxx.’

^e *Asini cerebrum*] Habdarralmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 5. p. 23. ‘Cerebrum asini propinabis epileptico, vel mente capto, ex aceto, enrabitur.’

^f *In foliis*] Sic Reg. 1. aliique, cum editis. In foliis brassicæ, ut supra c. 56. Vide Notas et Emend. num. 38.

^g *Semuncia per dies*] Forte *per dies V. vel:* accepta quinarum nota ex vocula sequenti *vel:* sic enim superius,

Delph. et Var. Clas.

per dies xxx.’

^h *Vel unguarum ejus*] Dioscor. II. 41. totidem verbis.

ⁱ *Sunt qui e mare*] Asino nempe. Cælius Aurel. Chron. I. 4. de epilepsia: ‘Dant et tunc mandenda corda hominum, atque equorum, quorum crura quasi impetiginos habent, sive asinorum, vel mulorum.’

^j *Lichenque*] Diosc. II. 45. de lichenibus equorum: Ποθέντες λείδι μετ’ ὄξους ἐπιληψίας ἰστοροῦνται θεραπεύειν. Quid lichen sit, ex eodem Diosc. diximus c. 49.

^k *Dantur et carnes*] Sextus Platon. c. 5. capro et capra, tit. 3. ‘Ad caducos:’ plane totidem verbis, ut et Plinius Valer. II. 58. Carnes caprinæ sine ea exceptione de rogo hominis in epilepticorum cibatu commendat pariter Theod. Prisciannus lib. IV.

Plinius.


11 S

et carnes^k caprinæ in rogo hominis tostæ, ut volunt magi. Sevum earum cum felle taurino pari pondere decoctum, et in folliculo fellis reconditum, ita ne terram attingat, potum vero ex aqua sublime.⁶ Morbum ipsum^l deprehendit caprini cornus, vel cervini usti nidor. Sideratis^m urina pulli asinini nardo admixto⁷ perunctione prodesse dicitur.

LXIV. Regio morboⁿ cornus cervini cinis: sanguis asinini^o pulli ex vino. Item fimum^p asinini pulli, quod primum edidit a partu, datum fabæ magnitudine e vino medetur intra diem tertium. Eadem^q et ex equino pullo similiterque vis est.

LXV. Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apri cinis vel suis. Item lardum^r elixum atque circumligatum mira celeritate solidat. Costis quidem^s fractis laudatur unice caprinum fimum ex vino vetere: aperit, extrahit, persanat.

LXVI. Febres arcet cervorum caro, ut diximus.^a Eas



—6 Ita cod. Chiff. item Harduin. 1. et Bipont. *potum vero ex aqua sub limine* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *potum vero sub limine ex aqua* Gronov. et vulg. *sine lumine* Vet. Dalec.—7 Vet. Dalec. *admixta*.

NOTÆ

^l *Morbum ipsum*] Diosc. *Εὐπρω*. 1. 21. Sextus Platon. loc. cit. ‘At si caduens vere caduens est, caprinum cornu adustum naribus si sumserit, mox cadet.’ Nempe quæ male olent, faciunt ut comitalis æstuet et cadat.

^m *Sideratis*] Totidem plane verbis Plinius Valer. III. 16.

ⁿ *Regio morbo*] Diosc. II. 63. et Sextus Platon. c. 1. de cervo, unum. 4.

^o *Sanguis asinini*] Sic Reg. 1. et editi. In Reg. 2. *Sanguis asini ex vino tantum*.

^p *Item fimum*] Illud nimirum quod poleam appellari dictum est superius c. 57. Hæc plane ad verbum transcripsit Plinius Valer. II. 59.

^q *Eadem*] Plinius Valer. loc. cit.

^r *Item lardum*] Ad verbum Plinius


Valer. III. 48.

^s *Costis quidem*] Hæc rursum totidem verbis Plinius Valer. II. 35. et III. 48.

^a *Febres arcet . . . ut diximus*] Lib. VIII. c. 59. Atque hinc alluisse Martialem obiter illic indicavimus, cum facete luderet ‘in lenonem uxoris suæ:’ ‘Vis sine febre mori:’ cum eum inmeret velle cervorum ritu vivere ac mori, qui et cornua gestitant, et febris carent. Neque enim heri primum istam, aut hodie receptam esse vulgatamque parcemiam ex Artemidoro liquet, Onirocrit. II. 12. apud quem destinato cuidam proco, et ex ariete, cui insidebat, delapso, futurae mox conjugis adulterium portendi nonnemo his verbis auguratur: *ἄτι γυνή σου πορνύει, καὶ τὸ λεγομένον,*

quidem,^{1 b} quæ certo dierum numero redeunt, oculus lupi dexter salsus adalligatusque, si credimus magis. Est genus^c februm, quod amphemerinon vocant. Hoc liberari^d tradunt, si quis e vena auris asini tres guttas² sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis^e magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari jubent, et ne recidant, non removeri³ septeno circuitu.^a Quis hoc, quæso, invenire potuit? quæve est ista mixtura: cur digitus potissimum bubonis electus est? Modestiores jecur felis decrescente Luna occisæ, inveteratum sale, vino bibendum ante accessiones quartanæ⁴ dixere. Iidem magi^f fimi bubuli cinere consperso puerorum urina illinunt digitos pedum, manibusque leporis cor adalligant. Coagulum^g ante ac-

^a *Et ne febris recurrat, continendum remedium usque in septimam accessionem.*



CAP. LXVI. 1 *Eas vero* Chiffi.—2 Harduin. 2. *gustus*, ex errore typos.—3 Vet. Dalec. *et ni recedant removeri*; al. vet. *et ne decidant, removeri*.—4

NOTÆ

κέρατα αὐτῷ ποιήσει. Quod uxor tua mæchabitur, et (quod vulgo dici solet) cornua tibi faciet.—^c Festive usus est eo vulgi joco, qui nummos cudit olim honori Gallieni Augusti, et Saloninæ Augustæ conjugis. Nam iste quidem apud Oconem inscribitur, p. 474. CORNELIA SALONINA AVG.)(IUNONI CONS. AVG. ‘Junoni Conservatrici Augustæ.’ Ille apud P. Chamillart, GALLIENS AVG.)(IUNONI CONS. AVG. ‘Junoni Conservatrici Augusti.’ Habet uterque nummus in aversa arca effigiem cervi. Est autem Juno, ut in apologia Homeri diximus, Fides conjugalis. Hæc igitur ‘Conservatrix Augustæ’ dicitur esse, ne maritum faciat cervum: eademque ‘Conservatrix Augusti,’ ne cervus sit.’ *Ed. sec.*

^b *Eas quidem*] Sextus Platon. c. 8. de lupo, tit. 4. ‘Ad quotidianas fe-

bres:’ ‘Oculus dexter lupi alligatus febres discutit.’ Plinii verba summa fide reddit Plinius alter Valer. III. 3.

^c *Est genus*] ‘Ἀμφημερὸς πυρετὸς, quotidiana febris, quæ ex pituita provenit, materia frigida et gravi, nullumque diem intermittit.

^d *Hoc liberari*] Plinius Valer. ‘in tribus heminis’ dixit, III. 3.

^e *Quartanis*] Sextus Platon. c. 18. ‘de cata,’ hoc est, de fele, tit. 4. ‘Ad quartanam:’ ‘Catæ stercus cum ungula bubonis in collo vel brachio suspensum, post septimam accessionem, discutit quartanam.’ Auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, lib. II. p. 76. ‘Stercus felis cum oleo liliaceo inunctum febres sanat.’

^f *Iidem magi*] Totidem verbis Plinius Valer. III. 6.

^g *Coagulum*] Plinius Valer. loco proxime cit.

cessionones⁵ propinant. Datur et caseus caprinus recens cum melle, diligenter sero expresso.

LXVII. (XVII.) Melancholicis^b fimum vituli in vino decoctum remedio est. Lethargicosⁱ excitat asini lichen, naribus illitus ex aceto: caprini cornus^j nidor aut pilorum: jecur aprinum. Itaque et veteriosis datur. Phthisicis medentur jecur lupi ex vino, macræ suis^k fœminæ herbis pastæ lardum, carnes asininae^l ex jure sumtæ. Hoc¹ genere maxime in Achaia curant id malum. Fimi quoque aridi, sed pabulo viridi pasto bove, fumum arundine haustum prodesse tradunt. Bubuli quoque cornus mucronem exustum, duorum cochlearium² mensura, addito melle, pilulis devoratis. Capræ sevo in pulte ex alicæ³ et phthisin et tussim sanari, vel recenti, cum mulso liquefacto, ita ut uncia in cyathum addatur, rutæque ramo permisceatur, non pauci tradunt. Rupicapræ sevi cyatho, et lactis pari mensura, deploratum phthisicum convaluisse certus auctor affirmat. Sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo: et cervi pulmonem, maxime subulonis, siccatum in fumo, tritumque in vino.



Chiff. *quartana*.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *accessionem* Gronov. et vulgg.

CAP. LXVII. 1 *Næ hoc* cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cochleariorum* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *pulte alicæca*; Chiff. *pulte alicatæ*.

NOTÆ

^b *Melancholicis*] Μελαγχολικοί, qui atra bile, furore, insania laborant: cujus affectionis species quædam apud medicos hypochondriaca nominatur.

ⁱ *Lethargicos*] Ληθαργικοί, qui morbo laborabant, quem Latini veterium appellant. ‘Marcor’ est, ‘et inexplugnabilis pæne dormiendi necessitas,’ inquit Celsus III. 20. Dicitum ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est, *ab oblivione*: nam eo vitio memoriæ sedes torpet.

^j *Caprini cornus*] Celsus III. cap. 20.

^k *Hos ægros* quidam subinde excitare

nituntur his, quæ per (lege ‘per quæ’) sternutamenta evocantur: et his, quæ odore fædo movent: qualis est cruda lana succida, piper, veratrum, castoreum, acetum, allium, capra: juxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cornu cervinum, &c. Sic etiam Sextus Platon. cap. 5. de capro et capra, tit. 10. ‘Ad lethargicos.’ Et Plinius Valer. III. 7.

^k *Macræ suis*] Plinius Valer. I. 61.

^l *Carnes asininae*] Plinius Valer. loc. cit.

LXVIII. Hydropicis auxiliatur urina vesicæ apri^{1 m} paulatim data in potus: efficacius quæ inaruerit cum vesica sua. Fimi taurini maxime, sed et bubuli, de armentivis^{2 n} loquor, (quod bolbiton^o vocant,) cinis cochlearium³ trium in mulsi hemina, bovis fœminæ in mulieribus, et ex altero sexu in viris, quod veluti mysterium occultarunt magi. Fimum vituli^p masculi illitum: fimi vitulini⁴ cinis cum semine staphylini, æqua portione ex vino: sanguis caprinus cum medulla. Efficaciorem^q putant hircorum,⁵ utique si lentisco pascuntur.

LXIX. Igni sacro ursinus adeps illinitur: maxime qui est ad renes: vitulinum fimum recens, vel bubulum:^r caseus caprinus siccus¹ cum porro: ramenta^s pellis cervinæ dejecta punice, ex aceto trita. Rubori cum pruriginè, equi spuma, aut unguæ cinis. Eruptionibus pituitæ, asinini fimi cinis cum butyro. Papulis^t nigris, caseus ca-



CAP. LXVIII. 1 Diosc. *capræ*. Mox, in *vesica* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fimi cervini, maxime subulonis . . . armentinis* Gronov. et vulgg. Mox, *quidam bolbiton vocant* cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cochleariorum* Gronov. et al. vett.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Fimi vituli* Gronov. et al. vett.—5 Chiff. *hirci*.

CAP. LXIX. I Voc. *siccus* deest in cod. Chiff. Mox, *desecta cum porro*

NOTÆ

^m *Hydropicis . . . urina vesicæ apri*] Sic libri omnes. Caprinam tamen urinam ad eundem usum landat Diosc. II. 99. Ἀγὼς δὲ (οὄρον) ὑδρωπα τὸν ὑπὸ σάρκα, κ. τ. λ.

ⁿ *De armentivis*] Armentivus, (non armentinus,) armentitius, et armentalis, idem sonant: bovem equumve, scilicet, qui sit ex armento.

^o *Quod bolbiton*] Βόλβιτον, *fimus bubulus*. Festus bulbitare Latinis hinc inflexum putat, quod significat puerili stercore inquinare.

^p *Fimum vituli*] Plinius Valer. III. 12. Theodorus Priscianus lib. IV. 'Ad hydropem:' 'Vituli masculi stercore cum aceto acri permixto, spisse venter liniendus est: tamen,

ut ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur:' hoc est, dropace, quod est unguenti genus, liniatur.

^q *Efficaciorem*] Sextus Platon. cap. 5. de capro et capra, tit. 17. 'Ad hydropicos,' non hircinum sanguinem, sed lotium commendat.

^r *Vitulinum . . . vel bubulum*] Plinius Valer. III. 34.

^s *Ramenta*] Planc totidem Plinius Valer. loc. cit.

^t *Papulis*] Papula, pusula est, sive tuberculum, quod jejunæ salivæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, rubet, leniterque roditur. Ardentes papulæ Maroni Georg. III.

pinus siccus ex melle et aceto in balineis, oleo remoto. Pusulis^{2 u} suilli fimi cinis aqua illitus, vel cornus cervini cinis.

LXX. Luxatis^a recens finum aprinum vel suillum: item vitulinum: verris spuma recens cum aceto: finum caprinum cum melle: bubula caro^b imposita. Ad tumores finum suillum¹ in testa calfactum tritumque cum oleo. Duritias corporum omnes mollit optime adeps² e lupis illitus. In his quæ rumpere^c opus est³ plurimum proficit finum bubulum in cinere calfactum, aut caprinum^d in vino vel aceto⁴ decoctum. In furunculis^e sebum bubulum cum sale: aut si dolor est, intinctum oleo, liquefactum⁵ sine sale: simili modo caprinum.⁶

LXXI. In ambustis ursinus adeps cum lili radicibus: aprinum aut suillum finum inveteratum: setarum ex his e penicillis tectoriis^f cinis cum adipe tritus: tali bubuli cinis cum cera et medulla cervina, vel tauri: finum leporis.^g Et caprarum¹ finus sine cicatrice sanare dicitur. Gluti-

//////////

Vet. Dalec.—2 Gronov. et vulgg. *pustulis*.

CAP. LXX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Bubula caro imposita tumores sanat.* *Finum suillum* Gronov. et vulgg. *imposita tumores* Vet. Dalec. Mox, *sub testa* Chiff. —2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tollit optime.* *Adeps* Gronov. et al. vet. —3 Chiff. *rumpere opus sit.* —4 Chiff. *in aceto vel in vino.* —5 Idem codex *ut si dolores sint, cum oleo liquefactum.* —6 1 Ita codd. Regg. et Editio princeps. *Brotic.* Ita quoque Chiff. *similique modo caprinum* Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LXXI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sed caprarum* Gronov. et vulgg. *Sed caprinum finum* cod. Dalec.

NOTÆ

^a *Pusulis*] *Papulis* habet Plinius Valer. qui hunc locum exscribit, III. 39. sed perinde est.

^b *Luxatis*] Plinius Valer. III. 47.

^c *Bubula caro*] Vide Notas et Emend. num. 50.

^d *In his quæ rumpere*] In abscessibus quæ recludere et aperiri necesse est. Diosc. II. 98.

^e *Aut caprinum*] Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 28. 'Ad tumores:' 'Caprinum stercus impositum non patitur consurgere tumo-

rem.'

^f *In furunculis*] Totidem plane syllabis Plinius Valer. III. 32.

^g *E penicillis tectoriis*] Penicilli sunt, quibus parietes inalbantur. Est enim tectorium illinimentum istud, quod quasi pavimentum est, incrustatioque, ex calce ut plurimum, aut e gypso.

^h *Finum leporis*] Plinius Valer. III. 36. 'Ambustis sanandis:' 'Finus leporis et capræ illinitur æquis portionibus.'

num præstantissimum sit ex auribus taurorum, et genitalibus. Nec quicquam^h efficacius prodest ambustis. Sed adulteratur nihil æque, quibusvis pellibus inveteratis, calceamentisque etiam decoctis. Rhodiaceum fidelissimum:ⁱ eoque pictores et medici utuntur. Id quoque quo candidius, eo probatius. Nigrum et lignosum damnatur.

LXXII. Nervorum doloribus^j fimum caprinum decoctum in aceto cum melle utilissimum putant, vel putrescente nervo. Spasmata, et percussu vitata, fimo aprugno curant, vere collecto et arefacto. Sic et quadrigas agentes tractos, rotave vulneratos:^l et quoquo modo sanguine contuso, vel si recens illinatur. Sunt qui incoxisse aceto utilius putent. Quin et in potu^k farinam eam ruptis, convulseratisque, et eversis, ex aceto salutarem promittunt. Recentiores²¹ cinerem ejus ex aqua bibunt. Feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario³^m approbare vellet.^a Proximam suilloⁿ fimo vim putant.

^a Cum sic quoque sanata facie equorum agitatori probari se vellet.



CAP. LXXII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *quadrigas agentis, &c.* Chiff. *quadrigis agentis tractos, &c.* Gronov. al. vet. Harduin. et recentt.—2 'Recentiores codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *Recentiores* Franz.—3 Cod. Dalec. *quoque strigaria*; Lipsius, *quoque se trigarium*.

NOTE

^h Nec quicquam] Plinius Valer. cap. cit. 'Ambustis sanandis.' 'Gluten taurinum remissum, sicut solet a fabris remitti, sine cicatrice sanat.'

ⁱ Rhodiaceum fidelissimum] Nempe ad ambusta sananda glutinum Rhodiaceum inprimis valet. Diosc. III. 101. Κόλλα, ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσιν, ἢ ταυροκόλλαν, καλλίστη ἐστὶν ἢ ῥοδιακὴ, ἐκ τῶν βοείων βυρσῶν σκευαζομένη. Ἔστι δὲ λευκὴ καὶ διαγῆς ἢ τοιαύτη ἢ δὲ μέλαινα ἤττων. . . Πυρικαστά τε οὐκ εἶναι φλυκταινοῦσθαι, κ. τ. λ. Non patitur ambusta tolli in pusulas, &c.

^j Nervorum doloribus, &c.] Sextus Platon. cap. 5. de capro et capra, tit.

25. 'Ad nervorum contractionem.' Marcellus Empiricus cap. 35. pag. 240. et 241.

^k Quin et in potu] Plinius Valer. III. 47. plane ad verbum.

^l Recentiores] Plinius Valer. loc. cit.

^m Cum sic quoque se trigario] Sic libri omnes editi, cum Reg. 2. aliisque Mss. Est autem ille trigarius, qui circensibus trigas equarum agitaret. A trigis nomen habet: nam ut bigæ, quadrigæque, sic et trigæ appellatæ olim. In Glossis Philoxeni 'Trigarium' locus est in quo exercentur equi, Italis *Maneggio*: unde et Gallis,

LXXIII. (XVIII.) Sanguinem sistit ° coagulum cervinum ex aceto: item leporis.^p Hujus quidem^q et pilorum cinis: item ex fimo^r asini cinis illitus.¹ Efficacior vis e maribus aceto admixto, et in lana ad omne profluvium imposito: similiter ex equino capite et femine. Aut fimi vitulorum² cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus vel fimi ex aceto. Hircini vero jocineris⁴ dissecti sanies efficacior: et cinis utriusque ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus. Hircini quoque utris vinarii duntaxat cinis, cum pari pondere resinæ: quo genere sistitur sanguis, et vulnus glutinatur. Hædinum quoque coagulum, ex aceto, et feminum² ejus combustorum cinis similiter pollere traduntur.

CAP. LXXIII. 1 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. *item ex fimo asinino cinis, et pilorum quidem cinis illitus* Gronov. et vulgg.—2 Chiffi. *seminum*.

NOTÆ

le *Manège*: Τόπος ὅπου ἴπποι γυμνάζονται. P. Victor in descriptione Urbis Romæ, regione nona, 'Trigaria septa' collocat: ubi et alter incertus auctor 'Trigarium' habet. Tamen Reg. 1. codex hoc loco *strigario* præfert, quod quidam magis probant. Favere certe Papias videtur in Vocabulatio: 'Striga,' inquit, 'castrense vocabulum, vel intervallum turmarum, in quo equi stringuntur: nude et strigosi dicuntur corpore macilentis.'

^a *Proximum suillo*] Plinius Valer. ad verbum III. 47.

^o *Sanguinem sistit*] Marcellus Empiricus ad verbum, cap. 31. pag. 222.

^p *Item leporis*] Idem Marcellus loc. cit. et Plinius Valer. I. 64.

^q *Hujus quidem*] Plinius Valer. III. 21. 'Sanguini ex vulneribus sistendo: Leporis pili de subito mento mollissimi imponuntur.'


^r *Item ex fimo asini*] Theod. Priscianus I. 12. 'de fluxu sanguinis narium: Fimi asini combusti pulvere

cum oleo roseo mixto, collyria facta supponimus.' Auctor Kiranidum, p. 89. 'Fimus asini omnem fluxum sanguinis sistit.' Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Echhellensi, cap. 5. pag. 25. 'Olfactus recentis asini stercoreis sanguinis e naribus sistit fluxum.'

² *Aut fimi vitulorum*] Vaccae similiter, si Habdarrahmano fides, cap. 6. pag. 47. 'Stercus vaccae combustum, contusum, et subactum melle apum, si oblinies naribus, sistet fluxum sanguinis illarum.'

⁴ *Hircini vero jocineris*] Sextus Platon. cap. 4 ad capream id tetulit, cujus est, ut sylvestrium ceterarum, vis in medendo potentior, quemadmodum alibi monuimus. Sic enim ille, tit. 3. 'Ad sanguinem fluentem: Capreae jecur combustum, et aspersum, sanguinem sistit.' Et tit. 4. 'Ad sanguinem de naribus profluentem: Capreae jecur contritum, et ex aceto in naribus offultum, sanguinem mire sistit.'

LXXIV. Ulcera sanat^a in tibiis cruribusque adeps ursinus, admixta rubrica. Quæ vero^b serpunt, fel aprugnum cum resina et cerussa: maxillarum apri vel suum cinis: fimum suum illitum siccum: item caprinum ex aceto suffervectum. Cetera purgantur et explentur butyro: c^c cornus cervini cinere, vel medulla cervi: felle taurino cum cyprino oleo, aut irino.^d Fimur recens suum, vel inveterati farina illinitur vulncribus ferro factis. Phagedænis^e et fistulis immittitur fel tauri, cum succo porri, aut lacte mulierum, vel sanguis aridus cum cotyledone herba. Carcinomata^f curat coagulum leporis, cum pari pondere capparis aspersum vino: gangrænas^g ursinum fel penna² illitum: asini^h unguarum cinis ea quæ serpunt ulcera inspersus. Sanguis equiⁱ arrodit carnes septica vi: item fimi equini inveterati favilla. Ea vero quæ phagedænas vocant in ulcerum genere, corii bubuli cinis cum melle. Caro vituli^j recentia vulnera non patitur intumescere: fimum bubulum cum melle. Feminum vituli^k cinis sordida ulcera, et quæ cacoëthe vocant, e lacte mulieris sanat. Recentes vero^l plagas ferro illatas, glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. Caseus caprinus^m siccus ex



CAP. LXXIV. 1 Ita ex codd. Harduius et recentt. aut *fimo caprino*, aut

NOTÆ

^a *Ulcera sanat*] Marcellus Empir. totidem verbis hæc omnia refert, cap. 31. pag. 232.

^b *Quæ vero*] Marcellus idem, loc. cit.

^c *Cetera . . . butyro*] Marcellus Empir. loc. cit.

^d *Aut irino*] Vide Notas et Emend. num. 51.

^e *Phagedænis*] Plinius Valer. 111. 22.

^f *Carcinomata*] Iisdem verbis Marcellus Empir. cap. 4. pag. 42. et Plinius Valer. 111. 22.

^g *Gangrænas*] Auctores laudati locis proxime cit.

^h *Asini*] Idem locis proxime appellat. s.

ⁱ *Sanguis equi*] Idcirco in septica sive erodentia medicamenta equorum admixtionem sanguinem addi auctor est Diosc. 11. 97. Τὸ δὲ τῶν ὀχρευτῶν ἵππων (αἷμα) σηπταῖς μίγνυται.

^j *Caro vituli*] Et de vitulina carne, et de fimo bubulo plane subscribit Plinius Valer. 111. 20.

^k *Feminum vituli*] Vide Notas et Emend. num. 52.

^l *Recentes vero*] Plinius Valer. ad verbum 111. 20.

^m *Caseus caprinus*] Plinius Valer. 111. 22. 'Caseus caprinus siccus ex

aceto ac melle,³ purgat ulcera. Quæ vero serpent,⁴ cohibet sebum cum cera : item addita pice ac sulfure percurat. Similiter proficit ad cacoëthe hædi feminum cinis e lacte mulieris. Et ad carbunculos,⁵ suis fœminæ cerebrum tostum illitumque.

LXXV. Scabiem^o hominis asininæ medullæ maxime abolent, et urinæ^r ejusdem^p cum suo luto illitæ. Butyrum etiam, quod in jumentis^a proficit cum resina calida : glutinum taurinum^q in aceto liquefactum, addita calce : fel caprinum cum aluminis cinere : boas^r fimum bubulum : unde et nomen traxere. Canum scabies^s sanantur bubulo sanguine recenti : iterumque, cum inarescat,² illito, et postero die abluto cinere lixivio.

LXXVI. Spinæ ac similia corpori^b extrahuntur felis excrementis : item capræ^t ex vino : coagulo^u quocumque,

^a In jumentorum scabiæ.

^b Spinæ ruborum ac similes aculei infixi corpori.



hircino Gronov. et vulgg.—2 Chiff. *pinna*.—3 Cod. Dalec. *vel melle*.—4 *Quæ vero serpent* Dalec. Mox, *idem addita* Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Et adversus carbunculos* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *abolent urinæ* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *inarescit*.

CAP. LXXVI. 1 Vet. Dalec. et cod. ejusdem, *corpore*.

NOTE

aceto et melle purgat ulcera : quæ serpent, cohibet sebum caprinum cum cera : id etiam additis sulfure et pice purgat.

^o *Et ad carbunculos*] Plinius Valer. III. 30. 'Suis cerebrum.' Marcellus Empiric. cap. 33. 'Verris cerebrum' dixit.

^a *Scabiem*] Plinius Valer. III. 38.

^r *Et urinæ ejusdem*] Q. Serenus cap. 7. pag. 128. 'Illotus sudor, vel copia nobilis esca: Sæpe gravi scabiæ correptos asperat artus. Ergo lutum prodest membris adhibere frictis, Quod facit ex asino saccatus corporis humor. Nec pudeat tractare fimum quod sucula fudit.' Astipula-

tur et Plinius Valer. III. 38.

^q *Glutinum taurinum*] Dioscor. III. 101. glutinum taurinum pariter admonet in aceto resolutum impetigines leprasque summæ cutis abstergere. Sextus Platon. cap. 11. de tauro, tit. 13. 'Ad faciem splendidam faciendam.' 'Membrum tauri in aceto maceratum, et illitum, splendidam facit faciem.' Quia scilicet ita maceratum dat glutinum candidandæ cuti idoneum.

^r *Boas*] De hoc vitio egimus XXIV. 35. Mss. hoc loco *boras* exhibent : a hove, ut Plinius ait. Sed de ea etymo Vossium vide.

^s *Canum scabies*] Plin. Valer. III. 38.

sed maxime leporis, cum thuris polline et oleo, aut cum visci pari pondere, aut cum propoli. Cicatrices ^v nigras sebum asinum reducit ad colorem. Fel vituli ^w extenuat calfactum. Medici adjiciunt myrrham et mel et crocum, æreaque pyxide condunt. Aliqui et florem æris admiscunt.

LXXVII. (XIX.) Mulierum purgationes adjuvant fel tauri ^a in lana ^t succida appositum. Olympias Thebana addit ² hyssopum et nitrum. ^b Cornus cervini ^c cinis potus. Item vulvas ³ ^d laborantes, illitu quoque: et fel taurinum cum opio ^e appositum obolis binis. Vulvas et pilo ^f cervino

//////////

CAP. LXXVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fel taurinum lana* Gronov. et al. vett. *cum lana* Vet. Dalec.—2 Gronov. *addidit*.—3 Chiffi. *vulva*. Mox, idem codex, *illitus quoque . . . cum opio*,

NOTÆ

^c *Item capræ*] Plinius Valer. III. 49.

^a *Coagulo*] Hæc ad verbum exscribere Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. et Plinius Valer. loc. cit.

^v *Cicatrices*] Plinius Valer. III. 46.

^w *Fel vituli*] Hoc medicamentum non ad quaslibet, sed ad oculorum tantummodo cicatrices pertinet, ut ex Marcello Empirico cap. 8. pag. 68. ‘Fel vituli,’ inquit, ‘diligenter collectum ad cotylæ mensuram in vas æreum mittitur, tenuique igne admoto ita excoquitur, ut spissetur; deinde mellis boni tantum mittitur, quantum fellis illius decocti remanserit. Adjiciuntur postea myrrhæ tritæ drachmæ duæ, et croci una, et æris flos paucillim: ac postea simul omnia diu coagitata ad tertias decoquantur: quod medicamen in pyxide ærea debet reponi, satis utile et leucomatis, et cicatricibus, et omnibus vitiis oculorum, si assidue inde et opportune inungantur.’

^a *Mulierum . . . fel tauri*] Nec appositum tantum, sed et potu juvare

auctor est Hippocrates de Nat. Mul. text. 105. pag. 413. Plinio fere Habdarrahmanus astipulatur, cap. 6. pag. 40. Ecehellensi interprete: ‘Ad provocanda menstrua, recipe pondus duarum drachmarum fellis tauri, ac tantundem granorum myrti: contundantur grana, liquefiant deinde in felle, et admisceantur cum melle apum: quo facto madefacito in hujusmodi mixtura lanam, indito vulvæ, statim provocantur menstrua.’

^b *Hyssopum et nitrum*] Sic Mss. omnes, quos vidimus. Sunt qui *œsypum* legi malint, quod hanc vim pellendi menstrua Dioscorides *œsypo* asserat, II. 84. Καὶ ἔμβρυα καὶ ἔμμηνα ἐν ἔριφ προστιθέμενος ἄγει.

^c *Cornus cervini*] Muliebri profluvio mederi eum cinerem auctor est Sextus Platon. cap. I. de cervo, num. 6.

^d *Item vulvas*] Diosc. II. 63.

^e *Cum opio*] Sic Reg. 1. et editi. In Reg. 2. et Chiffi. *cum opio*. At iidem Mss. inferius hoc cap. *opii*.

^f *Vulvas et pilo*] Sextus Platon.

suffire prodest. Tradunt cervas,^g cum senserint se gravidas, lapillum devorare: quem in excrementis repertum, aut in vulva, (nam et ibi invenitur,) custodire partus adalligatum. Inveniuntur et ossicula in corde et in vulva, perquam utilia gravidis parturientibusque. Nam de pumice, qui⁺ in vaccarum utero simili modo invenitur, diximus^h in natura boum. Lupi adeps illitus vulvas mollit: dolores earum, jecur.⁵ Carnes lupi edisse parituris prodest: aut si incipientibus parturire sit juxta qui ederit, adeo ut etiam contra illatas noxias^a valeat. Eundem supervenire,⁶ perniciosum est. Magnus et leporis usus mulieribus. Vulvas adjuvat pulmo aridus potus: profluvia jecur cum Samia terraⁱ ex aqua potum: secundas coagulum: caventur pridiana balinea. Illitum quoque cum croco et porri succo, vellere appositum, abortus mortuos expellit. Si vulvæ leporum^j in cibis sumantur, mares concipi putant. Hoc et tes-

^a Contra illata veneficia.

//////////

§c.—4 Idem codex, quæ.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffi. et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. dolores jecur Gronov. et vulgg.—

NOTE

cap. 1. de cervo, tit. 16. 'Ad aborsum: 'Ex pilis cervinis suffumigabis, et mulier sanabitur.'

^g Tradunt cervas] Sextus Platon. loc. cit. tit. 17. 'Ad aborsum: 'Lapis, qui in vulva aut in ventriculo cervi invenitur, phylacterium est prægnanti, et perficit ut partum perferat. . . . Simili ratione ossicula inveniuntur in corde cervi, aut in vulva ejus, quæ idem præstant.'

^h Diximus] Lib. xi. cap. 79. 'Et in juvenearum secundo ventre pilæ rotunditate nigricans tofus, nullo pondere: singulare, ut putant, remedium ægre parientibus, si tellurem non attigerit.' Hic Plinium Dalecampius *μημονικῶ ἀμαρτήματος* temere inensarat.

ⁱ Cum Samia terra] Ad mulierum

purgationes Samiam terram nigram acetabuli mensura potam ex aqua, commendat Hippocr. de Nat. Mul. tex. 29. pag. 179.

^j Si vulvæ leporum] Sextus Platon. cap. 2. de lepore, tit. 13. 'Ut mulier masculum concipiat et pariat: 'Leporis vulvam siccam derasam in portione vini bibant utrique, et mulier, et masculus. Nam si mulier sola biberit, androgyne nascitur: hoc est, nec masculus, nec femina. Item leporis testiculum post purgationem suam mulier si cum vino contritum accipiat, masculum pariet. Leporis coagulum ad drachmas quatuor in portione datum vini, femina de femineo, et masculo de masculo: et mox faciant coitum, et post abstineant æ, statim concipit,' &c. Q.

ticulis eorum, et coagulo profici.^k Conceptum leporis utero exemptum his quæ parere desierint restibilem fecunditatem afferre. Sed pro conceptu, leporis saniem et viro magi propinant. Item virgini novem grana fimi, ut stent^b perpetuo mammæ. Coagulum quoque ob id cum melle illinunt: sanguinem, ubi evulsos pilos renasci nolunt.⁷ Inflationi vulvæ finum aprugnum suillumve cum oleo illini prodest. Efficacius sistit⁸ farina aridi, ut aspergatur potioni, vel si gravidæ aut puerperæ torqueantur.¹ Lacte suis potio cum mulso adjuvantur partus mulierum. Per se vero potum deficientia ubera puerperarum replet. Eadem circumlita sanguine fœminæ suis minus crescent.⁹ Si dolent, lactis asinini potu mulcentur: quod addito melle sumtum, et purgationes earum adjuvat. Sanat et vulvarum exulcerationes ejusdem animalis sebum inveteratum, et in vellere appositum duritiem vulvarum emollit. Per se vero recens vel inveteratum, ex aqua illitum, psilothi vim obtinet. Ejusdem animalis lien inveteratus, ex aqua illitus mammis, abundantiam^c facit: ¹⁰ vulvas^d suffitu corrigit. Ungulæ asininæ^m suffitæ partum maturant, ut vel abortus evocetur:^e nec aliter adhibentur,^f quoniam viventem partum necant. Ejusdem animalisⁿ finum, si recens imponatur, profluvia


^b *Ut ne tumeant, crescantve.*

^c *Lactis copiam.*

^d *Conversiones vulvæ.*

^e *Ita ut etiam partus mortuos expellant.*

^f *Nec nisi in suffitu adhibentur.*



6 *Eundem vero super. Vet. Dalec.—7 Alii e Vet. Dalec. et Chiffi. volunt.—8 Vet. Dalec. resistit.—9 Chiffi, crescant.—10 Dalec. abundantiam lactis facit.*

NOTÆ

Serenus cap. de conceptione et partu: 'Irrita conjugii sterilis si mune-
ra languent... Aut igitur leporis
consumit fœmina vulvam,' &c.

^k *Et coagulo profici]* Hoc referre
se ex aliorum sententia Plinius abun-
de prodit. Dioscor. e contrario, II.
85. leporis coagulo conceptionem
impediri significat. 'Restibilis fœ-
cunditas' ea est, quæ in sequentem
quoque annum veluti resistat.

¹ *Torqueantur]* Inflationibus ac tor-
minibus.

^m *Ungulæ asininæ]* Habdarrahma-
nus Ægyptius, interprete Ecchellens-
si, cap. 5. pag. 24. 'Prægnantem
mulierem si ungula asini suffies,
emittit infantem mortuum, vel vi-
vum.'

ⁿ *Ejusdem animalis]* Idem Ægyp-
tius loc. cit. 'Asini contusum ster-
cus cum vino aut melle potum san-

sanguinis mire sedare dicitur. Necnon et cinis ejusdem fimi, qui et vulvæ prodest impositus. Equi spuma^o illita per dies XL.¹¹ priusquam primum nascentur pili, restinguuntur. Item cornus cervini decocto: melius, si recentia sint cornua. Lacte equino^p juvantur vulvæ collutæ.⁵ Quod si mortuus partus sentiatur, lichen ex aqua^q dulci potus¹² ejicit. Item unguis^r suffitu,¹³ aut finum aridum. Vulvas procidentes¹⁴ butyrum infusum sistit. Induratam vulvam¹⁵ aperit fel bubulum rosaceo admixto, foris vellere cum resina terebinthina imposito. Aiunt et suffitu fimi e mare bove procidentes vulvas reprimi, partus adjuvari: conceptus vero vaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus vexationem¹⁶ fieri, certum est. Hanc emendari Olympias Thebana asfirmat felle taurino,⁵ et adipe serpentium, et ærugine, ac melle,¹⁷ medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoque fel, in purgationibus¹⁸ sub coitu aspersum vulvæ,

⁵ *Infuso clystere.*

//////////

Mox, Chiff. *sufficio partus maturat . . . adhibetur.*—11 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dies XX.* Gronov. et vulgg. Mox, *quam nascentur primum pili* Vet. Dalec. *quam primum nascentur pili restringuntur* Chiff.—12 Idem codex, *lichen aqua dulci epotus.*—13 Vet. Dalec. *suffitus.*—14 *Vulvas procedentes* eod. Dalec.—15 *Induratam uvam* Chiff.—16 Idem codex, *a partus vexatione.*—17 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et ærugine addito melle* Gronov. et al. vett.—18 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *si in purgationibus fuerit* Gronov. et

NOTÆ

guinis eruptionem sistit, sive eruptio illa sit ex partibus inferioribus, sive superioribus, sive ex naribus, aut sanguis menstrualis, &c.

^o *Equi spuma*] Sextus Platon. cap. 16. de equo, tit. 2. 'Ne puero investi pili exeant?' 'Equi spuma si puero investi pectinem, (hoc est, pubem) linieris, pili ejus non crescent, nec generantur.'

^p *Lacte equino*] Habdarralmanus, cap. 2. pag. 17. 'Lac equæ recens et calidum adhæc, si eo per modum clysteris utatur mulier, vulvæ curabit ulcera.'

^q *Lichen ex aqua*] De hoc lichene

dictum est c. 49.

^r *Item unguis*] Habdarralmanus c. 2. p. 17. 'Si lacte equino utatur mulier per modum suffumigii, addita equi ungula, educitur demortuus infans, vel adusta secunda.' Hoc ipsum equi axungia, nisi vitiosus is locus est, Sextus Platon. ascribit cap. 16. de equo, tit. 4. 'Ad mortuum partum:' 'Equi axungia suffumigata ejicit mortuum partum foras, et secunda sequitur.'

⁵ *Olympias Thebana . . . felle taurino*] Habdarralmanus c. 6. p. 46. eo felle ad labrum vulvæ appenso, ante coitum, donec vulva fel ad se tra-

etiam duritiam ventris emollit, et profluvium minuit umbilico peruncto, atque in totum vulvæ prodest. Modum statuunt fellis pondere denarii, opii tertia,^h admixto amygdalino oleo, quantum esse satis appareat: hoc in vellere imponunt. Masculi fel vituli, cum mellis dimidio tritum, servatur ad vulvas. Carnem vituli si cum aristolochia inassatam edant²⁰ circa conceptum, mares parituras promittunt. Medulla vituli in vino ex aqua²¹ decocta cum sevo, exulcerationibus vulvarum imposita prodest. Item adeps vulpium, excrementumque felium:^t hoc cum resina et rosaceo impositum. Caprino cornu^u suffiri vulvam, utilissimum putant. Sylvestrium caprarum sanguis cum palma²² marina^v pilos detrahit. Ceterarum vero fel callum vulvarum²³ emollit inspersum, et a purgatione conceptus facit. Sic quoque psilothi vis efficitur, si evulsis pilis triduo servetur²⁴ illitum. Profluvium, quamvis immensum, urina capræ pota²⁵ sisti, obstetrices promittunt, et si fimum illinatur. Membrana caprarum^w in qua partus editur, inveterata,²⁶ potuque sumta in vino, secundas pellit. Hædorum pilis suffiri vulvas utile putant,

^h Tertia denarii parte.



al. vett. Mox, Vet. Dalec. *rel sub coitu....uteri emollit.*—19 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ad opii partem tertiam* Vet. Dalec. *pondere X. opii tertia* Chiffi. *ad apii tertiam* Gronov. et al. vett. Paulo post, Chiffi. *hac in vellere imponuntur. Masculinum fel, &c.*—20 Cod. Dalec. *inassata edatur*; Chiffi. *inassam edant.*—21 Chiffi. *in vino et aqua*; alii, *cum vino et aqua.*—22 Vet. Dalec. *cum pila.*—23 Chiffi. *vero fetillum vulvarum.* Mox, *pressis inspersum* Vet. Dalec.—24 Cod. Dalec. *efficitur, evulsis p. t. servatur.*—25 Chiffi. *urina capræ potu.*—26 Idem

NOTÆ

hat, id si ter fiat, fœcunditatem spondet.

^t *Excrementumque felium*] Sextus Platon. cap. 18. ‘de cata,’ hoc est, de fele, tit. 2. ‘Ad profluvium mulieris:’ ‘Catæ sterens cum resina et rosaceo suppositum reprimit.’

^u *Caprino cornu*] Habdarrahmanus c. 9. p. 65. ‘Cornu caprarum si difficultate pariendi laborans suffumigabitur, ut fumus ad labrum vulvæ

ascendat, facilius redditur partus.’

^v *Cum palma marina*] Ita libri omnes, etiam Mss. quos quidem vidimus. Et recte quidem: de palmis quæ crescent in Hispaniæ maritimis dictum est XIII. 6.

^w *Membrana caprarum*] Sextus Platon. c. 5. de capro et capra, tit. 29. ‘Ad secundas ejiciendas:’ ‘Capræ secunda ex vino pota mulierum secundas ejiciet.’

et in profluvio sanguinis coagulum bibi, aut hyoseyami semen²⁷ imponi. E bove sylvestri nigro si sanguine ricini lumbi²⁸ perungantur mulieri, tædium Veneris fieri, dicit Osthanes.²⁹ Idem amoris, pota hirci urina, admixta propter fastidium nardo.

LXXVIII. Infantibus^a nihil butyro utilius, per se et cum melle: privatim et in dentitione, et ad gingivas, et ad oris ulcera. Dens lupi^b adalligatus infantium pavores prohibet, dentientique¹ morbos: quod et pellis lupina præstat. Dentes quidem eorum maximi equis quoque adalligati infatigabilem cursum² præstare dicuntur. Leporum coagulo^c illito ubere sistitur infantium alvus. Jecur asini, admixta modice³ panace, instillatum in os, a comitialibus morbis et aliis infantes tuetur: hoc XL. diebus fieri præcipiunt. Et pellis asini⁴ injecta impavidos infantes facit. Dentes qui equis^d primum cadunt facilem dentitionem præstant infantibus adalligati: efficacius, si terram non attingere. Lien bubulus in melle editur: et illinitur ad lienis dolores: ad ulcera manantia cum melle. Lien vituli in vino decoctus, tritusque et illitus, ulcuscula oris.⁵ Cere-

//////////

codex, editur, inveteratur.—27 Idem codex, *semine*.—28 Vet. Dalec. *si sanguine ricini ex bove sylvestri nigro lumbi*.—29 *Ostabanec* Vet. Dalec.

CAP. LXXVIII. 1 Vet. Dalec. *dentientiumque*.—2 Chiff. *circum*.—3 Vet. Dalec. *modica*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Et pellis asinini* Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. *ad ulcus oris*.—

NOTÆ

^a *Infantibus*] Plinius Valer. 1. 42.

^b *Dens lupi*] Hanc vim oculo Habdarrahmanus adjudicat, c. 23. p. 96. 'Oculus lupi dexter puero appensus expellet ab illo timorem, qui ei accidit in somnio.'

^c *Leporum coagulo*] Sextus Platon. c. 2. de lepore, tit. 17. 'Ad infantium ventris fluxum:' 'Leporis coagulum illinitum in sumine (hoc est, in mamma) mulieris,' &c.

^d *Dentes qui equis*] Q. Serenus cap. 60. 'de infantibus dentientibus,' pag. 161. 'Collo igitur molli dentes nec-

tentur equini, Qui primi fuerint pullo crescente caduci.' Superstitiosius Sextus Platon. c. 16. de equo, tit. 3. 'Ad dentium dolorem:' 'Equi dentes qui primum nati fuerint, si dentem qui dolet tetigerint, remedio erunt. Nam et si infans equi rostrum basiaverit, dentium dolorem non sentit: et nec equus mordebit infantem.' Theodorus Priscianus lib. IV. 'Ad dentitionem infantium, equinus dens auxiliatur.' Plinii nostri verba summa fide transcribit Plinius alter Valer. 1. 42.

brum capræ^e magi per annulum aureum trajectum,⁶ prius quam lac detur, infantibus instillant contra comitiales, ceterosque infantium morbos. Caprinum finum inquietos infantes adalligatum panno cohibet, maxime puellas. Lacte caprino^{7f} aut cerebro leporum perunctæ gingivæ faciles dentitiones faciunt.

LXXIX. Somnos¹ fieri lepore sumto in cibis Cato² arbitratur: vulgus et gratiam corpori in IX. dies,² frivolo quidem joco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi felle capræ,^h sacrificatæ duntaxat, illito oculis, vel sub pulvino posito,ⁱ somnum alluci dicunt. Sudores inhibet^j cornus caprini cinis e myrteo oleo perunctis.

LXXX. Coitus stimulat fel aprugnum illitum: item me-

6 Chiff. *tractum*.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *camino*, e Galeno, κατὰ τόπον.

CAP. LXXIX. 1 *Somniosos* Vet. Dalec. Mox, *Cato arbitratur* Chiff. — 2 Ita eodd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in VII. dies Gronov. et vulgg.

NOTÆ

^e *Cerebrum capræ*] Sextus Platon. c. 4. de caprea, tit. 16. 'Caprea: cerebrum per annulum aureum trajectum si dederis infanti ad glutendum antequam lac sugat, efficit ut nec caducus fiat, nec phantasma incurrat.'

^f *Lacte caprino*] Q. Serenus c. 60. p. 162. de infantibus dentitionibus: 'Aut teneris cerebrum gingivis illine porci, Aut leporis niveum bibitur cum lacte caprino.' Plinius Valer. 1. 42. 'Ad dentitionem, quando infantes dentunt: 'Lacte caprino et leporis cerebro gingivæ perfricantur.' Sed et canino lacte idem præstari docuit Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 4. 'Ad dentes infantum.' Cerebro leporum, idem cap. 2. de lepore, tit. 2.

^g *Cato*] Citatur a Diomede lib. 1. p. 358. 'Cato ad filium, vel de Oracul. et Var. Clas.

tore: Lepus multum somni affert, qui illum edit.'

^h *Magi felle capræ*] Sextus Platon. de cornu id narrat, non de felle. Sic enim ille, c. 5. de capro et capra, tit. 2. 'Ad somnum: 'Cornu caprinum capiti infirmi, qui non dormit, suppositum, vigiliis in somnum convertit.' Utrumque, ut remur, ex æquo futile ac superstitiosum.

ⁱ *Vel sub pulvino posito*] Hanc vim et cornu ipsi caprino Halldarrabmanus ascribit, c. 9. p. 67. 'Cornu capri valde albi comburatur, involvaturque ejus cinis in panniculo lineo, et supponatur capiti ægroti, qui non dormit, dummodo ipse id sciat, dormiet profecto, quamdiu involnerum illud sub capite ejus detinetur.' Nuga.

^j *Sudores inhibet*] Totidem verbis Plinius Valer. 11. 11.

Plinius.

11 T


dullæ suum haustæ: sevum asininum,^k anseris masculi adipe admixto^l illitum. Item a coitu equi Virgilio² quoque^l descriptum virus, et testiculi equini aridi, ut potioni interi possint,^a dexterve asini testis in vino potus pro portione,³ vel adalligatus brachiali. Eiusdem a coitu spuma collecta roseo⁴ panno, et inclusa argento, ut Osthanes tradit. Salpe genitale in oleum fervens mergi jubet^b septies, eoque perungi pertinentes⁵ partes. Bialcon^m cinerem ex eodem bibi, vel tauri a coitu urinam, lutoque ipso illini pubem. At e diverso muris fimo illito cohibetur virorum Venus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut suis assus, jejuni cibo sumtus eo die: item hædinus.

LXXXI. (XX.) Mira prætereaⁿ traduntur in eisdem animalibus. Vestigium^c equi excussum ungula (ut solet plerumque) si quis collectum reponat, singultus remedium esse^l recordantibus quonam loco id reposuerint. Jecur luporum² equinæ unguæ simile esse, et rumpi equos^o qui

^a *Ut potioni aspergi contriti possint.*

^b *Salpe obstetrix genitale asini mergi jubet, &c.*

^c *Ferrea equi solea.*



CAP. LXXX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *permixto* Gronov. et vulgg.—2 Chiffli. *ad coitum equi a Virgilio.*—3 Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *proportione*, conjunctim. *pro* deest in Chiffli.—4 Chiffli. *russeo*. Mox, in eodem, *Onestanus*; in Vet. Dalec. *Ostabanus*.—5 Vet. Dalec. *pectinis*; quidam, *perinei*.

CAP. LXXXI. 1 Chiffli. *est.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum

NOTÆ

^k *Sevum asininum*] Sextus Platon. cap. 14. de asino, tit. 1. 'Asini adeps et anseris masculi mixtus, et ad annum appositus, concubitum præparat.'

^l *Virgilio quoque*] Georg. III. 280. 'Hic demum, hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus; Hippomanes, quod sæpe malæ legere novercæ,' &c.

^m *Bialcon*] Hæc vox in Mss. codicibus variis effingitur modis: *Diacon*, *Bucon*, &c. Verius, ut remar, *Dalion*, de quo dicitur in Auctorum Indice.

ⁿ *Mira præterea*] Idcirco duntaxat ea prodit, quod sunt prodita, non quod vera putat.

^o *Et rumpi equos*] Ilia equorum procidere ruptis intestinis. Obtorpescere solum equos calcatis lupi vestigiis, scripsere Pamphilus ἐν τῷ περὶ φυσικῶν, in Geopon. xv. 1, p. 403. ὅτι λύκων ἴχνη πατήσαντες ἵπποι νάρκωσι τὰ σκέλη. *Ælianus Hist. Anim.* 1. 36. Phile, p. 80. aliique, quos Plinius ipse secutus est, cap. 44. libri hujus. Simile istud Habdarrahmani c. 23. p. 96. 'Equa si lupinum lac

vestigia laporum sub equite sequantur. Talis suum discordiæ vim quandam inesse.^d In incendiis, si fimi aliquid egeratur e stabulis, facilius extrahi, nec recurrere oves bovesque.^e Hircorum carnes virus non resipere, si panem hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laserve dilutum biberint. Nullas vero teredinem sentire, Luna decrescente induratas sale. Adeoque nihil omissum est, ut leporem³ surdum celerius pinguescere reperiamus. Animalium vero medicinas: si sanguis profluat jumentis,⁴ p suillum finum ex vino infundendum. Boum autem⁹ morbis sevum, sulfur vivum, allium sylvestre, ovum coctum:⁵ omnia hæc⁶ trita in vino danda, aut vulpis adipem. Carnem caballinam discoctam⁷ potu suum morbis mederi. Omnium vero quadrupedum morbis, capram solidam cum corio, et ranam rubetam discoctas.⁸ Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui jecur⁹ animalis^f ejus aridum ederint: vel si pellicula ex eo collo inducta, galli inierint. Similia¹⁰ in

^d *Talos suum aiunt gestatos concitare quodammodo discordiam.*

^e *Facilius arocari e stabulis oves bovesque, nec eo deinde regredi.*

^f *Vulpis.*

ed. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *leporem* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *omissum, ut leporem* Gronov. et vulgg. Mox, *tardum* pro *surdum* in cod. Dalec.—4 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. *jumentis* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—5 Chiff. *cum coctum*; unde Dalecampius conj. *concoctum*.—6 ‘Verba, *omnia hæc* in Chiff. non leguntur, et videntur glossema grammaticam discentis.’ Dalec.—7 Chiff. *decoctam*.—8 Idem codex, *decoctas*.—9 Idem codex, *jecur*. Mox, in eodem, *ex eo collo induta*; cod. Dalec. *ex ea collo induta*.—10 *Similiter*

NOTE

conculcabit, statim concidet.’

^p *Si sanguis profluat jumentis*] Simile Habbarrahmani placitum, cap. 27. de sue, p. 108. ‘Stercore admissarii suis subtiliter contuso, et liquefacto in vino, si linietur ungula jumentis collisa, sanabitur.’

⁹ *Boum autem*] Cato de Re Rust. c. 71. ‘Bos si ægrotare cœperit, dato continuo ei unum ovum gallinaceum crudum, integrum facito devo-

ret. Postridie caput ulpici conterito cum hemina vini, facitoque eibat,’ &c. Est autem ulpicum allii genus, de quo suo loco diximus. Columella vi. 4. ‘de vitis boum et medicinis:’ ‘Sæpe etiam languor et nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum jejunis fancibus inseras, ac postero die spicas ulpici vel allii cum vino conteras, et in naribus infundas.’

felle mustelæ. Boves in Cypro,^r contra tormina, hominum excrementis sibi mederi. Non subteri^s pedes boum, si prius cornua pice liquida perungantur. Lupos in agrum non accedere, si capti unius pedibus infractis, cultroque adacto, paulatim sanguis¹¹ circa fines agri spargatur: atque ipse defodiatur in eo loco, ex quo cœperit trahi. Aut si vomerem, quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit, excussum aratro, focus Larium, quo familia convenit, absumat: ac lupum¹² nulli animali¹³ nociturum in eo agro, quamdiu id fiat. Hinc deinde revertemur ad animalia sui generis, quæ aut placida non sunt, aut fera.



Chiffi.—11 ‘Chiffi. paulatim sanguinis. Sic ‘partim illorum’ dicimus; quamquam semper fere sanguinis pro sanguis illud habet nominandi casu.’ Dalec.—12 Vet. Dalec. absumat: sic lupum.—13 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. animalium Gronov. et al. vett.

NOTÆ

^r Boves in Cypro] Uti de pantheris dictum est, VIII. 41. Venit id in usum proverbii, teste Suida: Βοῦς Κύπριος ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναισθητοῦ φασὶ γὰρ τοὺς Κυπρίους βόας κοπροφαγεῖν. Bos Cyprius: De homine futili et stupido; nam boves Cyprii stercoreibus vesci feruntur. Hesychius: Βοῦς Κύ-

πριος κοπροφάγος, εἰκαῖος, ἀκάθαρτος. Σημαίνει δὲ ἀτοπίαν τῶν Κυπρίων. Καὶ Εὐδοξος ἀφηγέται ὅτι κοπροφαγοῦσιν.

^s Non subteri] Cato de Re Rust. cap. 72. ‘Boves, ne pedes subterant, priusquam in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima unguito.’

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXVIII.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. II. *Ut viventibus poculis]* Sic libri omnes, tum editi, tum exarati manu, quos vidi, quosque non vidi. Eadem sententia dixit idem paulo ante Plinius: ‘Nec tacebimus quid in ipso homine prosit homini, ceteraque generaremediorum inter nos viventia.’ Quod qui non animadvertere, has voces variis modis sollicitarunt: Pintianus, extrita voce *viventibus*, ut *procul sint* legit. Gronovius, ut *juvantibus poculis*: ille audacius paulo: ingeniosius iste, quam verius. Adde his ea quæ diximus in Notis prioribus.

2. CAP. III. *Quippe victimas cædi sine precatone non videtur referre, aut Deos rite consuli]* Libri omnes editi, nec Deos: cetera cum optimæ notæ exemplari Reg. 2. plane congruunt. Ut intelligas quanti sit facienda Salmasii emendatio, ita legentis, in Solin. p. 585. *Quippe victimas cædi sine precatone non videtur, referri ad Deos, rite consuli*. Quanti quoque Jac. Gutherii interpretatio, qui de Jure Pontif. IV. 14. p. 431. sic accipit, quasi diceretur nihil interesse, preces ad sacrificium funderentur, annon: ideoque τὸ referre delet.

3. Ibid. *Anno Urbis DCIX.]* Constans hæc est librorum omnium, sive editorum, sive Mss. lectio: frustra euitente Paulo Merula, in Ennium, p. 177. annum Urbis DCIX. substituere, ex Epitome Liviana libri XX. ubi sic legitur: ‘Tutia Virgo Vestalis incestus damnata est. Bellum Illyriis,’ &c. Gestum enim id bellum constat anno DCCV. Verum aliam esse Tucciam a Tutia haud temere affirmamus: cum Tutiam Livius incestus damnatam, Tucciam Plinius, Dionysius Halic. aliique quos appellavimus, criminis suspicione liberatam prodant, hausta cribro aqua, et longo perlata spatio: quod miraculum Livii etiam epitomator delibasset, si de Tutia affirmari vere potuisset.

4. Ibid. *De tota conjectione]* Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Chiff. aliique: non, ut editi, *conjectatione*. Conjectio hoc loco controversia est: cum in jure dicatur *causam conjectere*, pro *agere*. Frustra Pintianus igitur, *demta conjectatione*, vel *conjectatione*, legendum monet. Controversiam Plinius intelligit eam, quam

multo pertractavit uberius, II. 5. num curam agant superi rerum humanarum.

5. CAP. IV. *Carmen auxiliare*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Chiff. non, ut editi, *auxiliari*. Sic etiam Ovid. Met. VII. 137. 'Neve parum valeant a se data gramina, carmen Auxiliare canit, secretasque advocat artes.'— 'Sic etiam nomen auxiliare a Q. Sereno Samonico traditur, medico, ut credunt, Basilidiano, in remedium hemitritæ, scriptum Græcis characteribus: est enim C pro Σ usitatum, etiam in nummis antiquis, a temporibus Domitiani præsertim. Sic ergo Serenus: 'Inscribes chartæ quod dicitur ABPACAΔABPA: Sæpius et subter repetis: sed detrahe summam, Et magis atque magis desint elementa figuris Singula, quæ semper rapies, et singula figes, Donec in angustum redigatur litera conum.' Figura nimirum hujusmodi delineanda a Samonico præcipitur:

ABPACAΔABPA
 ABPACAΔABP
 ABPACAΔAB
 ABPACAΔA
 ABPACAΔ
 ABPACA
 ABPAC
 ABPA
 ABP
 AB
 A

Hoc artificio conditum illud vocabulum est, ut primum quidem ex literis singularibus existat hæc sententia gemina: 'Deus unus, in personis tri-

A	Ab	כא
B	Ben	כב
P	Ronach	כח
	hakodesch	כחקח
A	ἀνθρώπους	
C	σώζει	
A	ἀγίω	
Ξ	ξύλον	

Nam crux περιφραστικῶς ἄγιον ξύλον, *sacrum lignum*, ut supra ἄγιον δένδρον,

nus, homines salvat per crucem. Pater, Filius, Spiritus Sanctus Dominus Deus unus est.'

A	Ab	Pater
B	Ben	Filius
P	Rouach hakodesch	Spiritus Sanctus
A	Ἀνθρώπους	homines
C	σώζει	salvat
A	ἀγίω	per sacrum
Δ	δένδρον	arborem
A	Ab	Pater
B	Ben	Filius
P	Rouach hakodesch	Spiritus Sanctus
A	Adonai	Dominus Deus unus est.

Est enim ἄγιον δένδρον, *sacra arbor*, per metaphrasin pro cruce positum. Priore loco hæc nomina, 'Pater, Filius, Spiritus Sanctus,' posita sunt pro eo quod est, 'Deus unus in personis trius:' posteriore loco eadem sunt pro distinctis ipsis singulatim personis posita. Deinde ab ea litera A, quæ coni acumen efficit, ascendendo sursum latere sinistro, eadem rursum occurrit sententia, atque in basi, seu primo versu integro. Similis artificii est nomen famosum ABPACAΞ: quod videtur habere hanc sententiam, singulis literis singulas voces, partim Hebræas, partim Græcas, exhibentibus, superiori similem: 'Deus unus ac trius homines salvat per crucem.' Numerus autem, qui ex ipsis literis septem Græcis existit, omnino numerus est anni dierum, CCCLXV.

}	Pater	}	Deus
	Filius		unus
	Spiritus sanctus		in tribus personis
	homines		
	salvat		
{	sacro	}	per crucem.
{	ligno	}	

sacra arbor, est. Apparet autem quamobrem nihil fere intersit, utrum

ΑΒΡΑΣΑΞ scribatur, ut plerumque vox ea occurrit, an ΑΒΡΑΣΑΣ, ut etiam occurrit interdum. In gemmis antiquis insculptum persæpe reperitur, sed sculptura recentiore multo, ac longo rudioris operæ, quam sit in eodem lapide insculpta effigies, si qua sit. In aversa deinde parte gemmarum sculptum illud plerumque nomen est, rarius in antica superficie; ne videlicet rudior illius nominis sculptura elegantiæ imaginis, quæ est multo vetustior, et operæ sive artis exquisitoris, minime responderet. Et ab otiosis quidem hominibus nunc piæ, nunc ridiculæ imagini in lapide sculptæ, nomen illud adjunctum occurrit. Amuleti vice fuisse insculptæ eo nomine gemmæ creduntur ab hominibus hand satis suspiciosi: quoniam in una legitur, quæ est in Museo Canonorum regularium S. Genovefæ Parisiensis: ΑΒΡΑΣΑΞ. ΑΔΩΝΑΙ. ΔΑΙΜΟΝΩΝ. ΔΕΞΙΑΙ. ΔΥΝΑΜΕΙΣ. ΦΥΛΑΞΑΤΕ. ΟΥΛΙΑΝ. (pro ΟΥΛΙΑΝ.) ΠΑΥΛΙΑΝΑΝ ΑΠΟ. ΠΑΝΤΟΣ. ΚΑΚΟΥ. ΔΑΙΜΟΝΟΣ. *Domine Deus, spirituum dextræ Virtutes, servate Ulpian Paulinam ab omni maligno dæmone.* Ed. sec.

6. CAP. V. *Cur ad primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur*] Ad Kalendas Martias perperam hæc Dalecampius retulit, cum ad Januarias spectent, teste Ovidio ad Janum, Fast. 1. 175. 'At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis, Et damus alternas accipimusque preces? Tum Deus incumbens baculo, quem dextra gerebat, Omnia principiis, inquit, inesse solent.' Et de Ponto IV. 4. 23. 'Ergo ubi, Jane biceps, longum reseraveris anum, Pulsus et a sacro mense December erit, &c. Curia te excipiet, patresque ex more vocati Intendent aures ad tua verba suas. Hos ubi facundos tua vox hilaraverit ore, Utque solet, tulerit prospera verba dies,' &c. Prudentio quoque contra

Symmach. 1. 237. 'Jano etiam celebri de mense litatur Auspiciis epulisque sacris,' &c. Certe jam tum a primordiis fere urbis Romæ, Numa rege institente, Januarius anni mensis primus est habitus, ut refert Macrobius Saturn. 1. 13. p. 250. Columella XI. 2. et ipse rursum Ovid. Fast. 1. 149. 'Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis: Principium capiunt Phæbus et annus idem.' Romuli quidem ætate principium anni ductum a Martio: sed id antiquatum a Numa, Naso testatur, Fast. III. 251. De strenis Kalendarum Januarii frequens apud Suetonium mentio, in Augusto, et in Tiberio. Vide Lexicon Juridicum, verbo KALEND. JANUAR.

7. CAP. VI. *In insula Cypro*] Sic libri omnes editi, et Mss. præter Chiff. et Reg. 2. in quibus *insula Paro* legitur, hand dubio errore. Nam etsi de Paro Hellesponti oppido paria Varro prodiderit, ipseque Plinius VII. 2. de Paro tamen insula nihil apud ceteros scriptores compertum adhuc ejusemodi est. Neque quicquam idcirco causæ est, cur Plinius Salmas. in jus vocet, pag. 348. in Solin. quasi præpostere Parios, de quibus Varro, Pari insulæ incolas esse arbitratus sit: cum id ex vitioso tantum uno, vel forsitan altero exemplari colligat: et ipse Plinius de Paro Hellesponti recte acceperit libro septimo proxime appellato; ac denique Cyprum, non Parum, libri ceteri præ se ferant; in qua extitisse olim ejusemodi Ὀφιογενεῖς ex eo simile veri videtur, quod Ophiusa ipsa olim cognominata est, teste Ovid. Met. x. 229. 'Ipsa suas urbes Ophinsiaque arva parabat Deserere alma Venus.'

8. CAP. VII. *Quantum illos religione tutatur et fascinus*] In libris hactenus editis, *quantum religione mutatur et fascinus*. In antiquis exemplaribus legisse se Turnebus ait, *religione mutatur*. Unde nos effingehamus olim,

religione eum tutatur, infantem videlicet, de quo dictum est antea proxime. Sed in Reg. 2. cod. vidimus, *quaquequam illos religione mutuatur et facinus*: quæ sunt sinceræ lectionis haud obscura vestigia, quam repræsentamus.

9. Ibid. *Jubetque eosdem respicere similis medicina linguæ, ut sit exorata a tergo Fortuna, gloriæ carnifex*] Perturbata hactenus hujus loci interruptio encem fixit interpretibus criticisque, Turnebo, Rhodigino, Dalecampio, ceterisque. Sic enim legebatur, *Jubetque eosdem respicere.*—‘Sic utique libri omnes habent Mss. et editi, ante Dalecampium, qui primus rescripsit, *respicere.*’ Ed. sec.—Mox nova instituta periodo, *Similis medicina linguæ*: quæ divulsa nullam probabilem efficere sententiam queunt. Libri etiam omnes conspirante consensu *carnifex* exhibent, id quod ipsa loci sententia postulat, non, ut quidam emendant, *carnificem*. Nam si *carnifex* respicere retro jubet, ut diximus, respicere certe *carnificem* non jubet, sed fascinum: neque hæc vox *carnifex* in contextu Pliniano ad servum publicum, sed ad Fortunam pertinet.—‘Nam hæc vox, *carnifex*, in contextu Pliniano ad Fortunam pertinet.’ Ed. sec.

10. CAP. IX. *Quin et ejectus lapillus calculoso*] Sic libri omnes editi, et manu exarati: etsi in quibusdam exemplaribus Dalecampius legi dicat, *Quin ex ejectis*: ejectosque interpretetur, cæso matris utero natos. Astute nimis excogitatum id sane, ac difficile nimis inventu remedium. Cave tu quicquam immutes, receptam scripturam defendente et explicante Marcello Empirico cap. 26. pag. 183. ‘Lapis,’ inquit, ‘ex vesica hominis qualibet curatione sublatus, si teratur, et ex vini cyathis tribus calculoso potui detur, lapides vesicæ humanæ imatos efficaciter dissolvere creditur.’ Habbarrahmano quoque

Ægyptio, interprete Echellensi, cap. 1. num. 38. ‘Item si suspendes super laborantem calculis vesicæ calculos, quos alius egressit, comminuentur calculi, et curabitur laborans.’

11. CAP. X. *Æschines . . . excrementorum cinere anginis medebatur, . . . et carcinomatis*] In libris ad hunc diem editis ex crematorum cinere legitur, insigni menda: quam præter, codices Reg. 2. et Chiffi. editionemque Venetam ac Parmensem, quæ sunt omnium vetustissimæ, in quibus *excrementorum* diserte legitur, emendat egregie locus Sexti Platonici cap. 17. de puero, tit. 9. ‘Ad canceromata:’ ‘Hominis sterens combustum,’ inquit, ‘et in ulcera cancerosa et insanabilia aspersum, eo pro magno remedio utitor, quod melius appellatur Botrys.’

12. CAP. XII. *Si vero ex aliis ossibus, impositis capiti ex eodem pisce ossiculis*] In libris hactenus editis, *ex eodem osse ossiculis*. In Reg. 2. et Chiffi. *ex eodem tase*: quos nltro codices secuti sumus. Favet Marcellus Empiricus c. 15. p. 112. ‘Si de pisce os faucibus hæserit, spinam mediam ejusdem piscis infringes, et aliquam partem ex ea, pollice et medicinali digito, super verticem ejus, cui os vel spina hærebit, appones: sed utilius erit, si nescienti id facias.’

13. CAP. XIV. *Ungui, fricari cum ratione*] *Ungui* et *unguo* dici pro ‘ungui’ ‘ungoque,’ vetusto more, ex Prisciano scimus. In libris vulgatis hactenus, *ungue fricari*, absurde: nam disparia ac diversa sanitatis tuendæ remedia nunc præscribuntur, neque ungue frictio peragitur, sed manuum injectio, circumactaque, τῶν χειρῶν ταῖς ἐπιβολαῖς τε καὶ περιαγωγαῖς αἱ ἀνατρίψεις γίνονται, inquit Galenus de Sanit. Tuenda, 11. 3. p. 70. Frictioni vero unctio præmitti solita erat, ut docet idem, c. 2. p. 69. Et Celsus 1. 3. ‘Tum multo oleo ungi, leniterque petrificari,’ &c. Et 11. 22. de tabe:

‘Præter hæc, convenit ambulare locis quam minime frigidis, Sole vitato . . . si infirmior est, gestari, ungi, perfricari, si potest, maxime per se ipsum, sæpius eodem die. . . Tum paulatim cibi dandi, adjectis exercitationibus, unctionibus, frictionibus.’ Iterumque, IV. 5. ‘Post exercitationem opus est unctione, frictione, balneo quoque nonnunquam,’ &c. *Ungui* porro hoc loco ut scriberemus, codex Regius 2. admonuit, et Chiffi. cum Galeno.

14. Ibid. *Sol quoque remedium maximum ab ipso sibi præstari potest . . . perfundere caput calida ante balnearum vaporationem, et postea frigida, saluberrimum intelligitur*] In libris hæcenus editis *solum quoque* legebatur: *solum* alii ex conjectura substituere ausi, hoc est, vas in quo sedentes lavantur. Verum et Chiffletianus codex, teste Dalecampio, et probatissimi alii, quos vidimus, *Sol* incredibili consensu exhibent: in quem unum sane id commode cadit, ut remedium maximum appelleretur. Sed præter exemplarium auctoritatem maximum emendationi nostræ pondus addit Cornelli Celsi testimonium: quo auctore didicimus, id quod a Plinio deinde adjicitur, de perfundendo capite, calida, frigidaque, tum *solum*, vel tum certe inprimis adhiberi oportere, cum accepta a Sole aliqua offensio fuerit: qui cum sit per se quidem remedium maximum, si nimium tamen eo utare, nocere potest. Sic enim ille I. 3. ‘Si quis vero exustus in Sole est, huic in balneum protinus eundem est, perfundendumque oleo corpus et caput. Deinde in *solum* bene calidum descendendum est: tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida.’ Ubi et *solum* ipsum, et calida, frigidaque contra exustionem a Sole remedium est. Et capite quidem proxime subsequente, etiam citra Solis injuriam, quæ sint balnei leges explanans, per-

fundi pariter calida frigidaque caput præcipit: verum ibi *solum* abdicat: plane ut utrumlibet ex iis locum Plinius spectarit, *solum* hoc loco dicere minime potuerit. Sic enim Celsus: ‘Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare: ibi ungi: tum transire in calidarium: ubi sudabit, in *solum* non descendere: sed multa calida aqua per caput se totum perfundere: tum tepidanti, dein frigida: diutiusque ea caput, quam ceteras partes, perfundere: deinde id aliquandiu perfricare, novissime detergere, et ungere. Capiti nihil æque prodest, atque aqua frigida,’ &c. Sol certe inter remedia censetur ab eodem, III. 21. ‘Paulatim,’ inquit, ‘evocandus æger est ad exercitationes, frictiones, Solem, sudationes, navigationes, et idoneos cibos, donec ex toto convalescat.’ Et IV. 16. ‘Exercitationes . . . et cum his Sol, ignis, balneum.’

15. CAP. XV. *Sternumenta pinna gravidinam emendant*] Hanc vocem *pinna*, quam libri omnes, etiam Mss. exhibent, concoquere Dalecampius non potuit. Maluit itaque *sternumenta capitis gravidinam* legere. Alii, ipsomet ita prodente, *capitis et narium*. Utrique contra exemplarium fidem, sententiamque scriptoris, cui lucem affert Philosophi locus e Problem. XXXV. 8. p. 831. Διὰ τί πτερῶ τὰς ῥίνας κινήσαντες πτάρνυνται . . . Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πταρμῶ, τῶ πτερῶ διαθερμάναντες, διελύσαμεν εἰς πνεῦμα πλείονος δὲ γενομένου, ἐξεώσαμεν. *Cur navibus penna tentatis sternutamentum movetur? . . . Sternutamentū quoque ratio eadem est: cum enim pennam movemus atque tepefacimus nares, humor in spiritum solvitur, quem mox redundantem expellimus.* Et alter Hippocratis de Morbis Mul. II. 18. p. 547. Ἐς δὲ τὰς ῥίνας . . . πτερὸν ὕξει βάψαι, καὶ καθῆραι διαλεῖψαι δὲ τὰς ῥίνας ἢ τοῦ πταρμικοῦ προσθεῖναι, κ. τ. λ. *Si nares vero . . . aut pennam aceto tingito, et*

immittito, naresque illinito: aut sternutatorium apponito.

16. Ibid. *Et si quis mulæ nares]* Libri vulgati, *si quis muris nares,* ita refingente Barbaro. Nam in Parmensi *si quis muco nares.* In Reg. I. *si qui mutare nares.* In Reg. 2. *si quis mula naras.* In Chiffi. *si quis mutare nares.* Ut *mulæ* scriberemus, fecit inprimis auctoritas clarorum virorum, præter vestigia sinceræ scripturæ, quæ sunt haud obscura. Auctor libri qui Kirani falso inscribitur, lib. II. p. 79. ‘Si quis habet frigidum catharrum, et osculatus fuerit nares burdonis, sanatur, etiamsi coryzam habet.’ Ad fetorem narium idem commendat Marcellus Empiricus c. 10. p. 86. ‘Cui nares fetebunt,’ inquit, ‘remediabitur, si nares muli osculetur. Similiter proderit mulieri, si nares mulæ basiaverit.’ Quibus e testimoniis intelliges obiter, mulum quoque burdonem vocari: quanquam alii de asino accipi volunt: qua de re Du-Cangii Glossarium consule.

17. CAP. XVIII. *Contra aurium pura, vermiculosque]* Ita libri omnes, sive editi, sive manu exarati. Tamen in nescio quo vetusto exemplari legi *pituitam,* non *pura,* Dalecampius admonet: sed frustra, ac mendose. Nam Habdarrahmanus Ægyptius, Echellensi interprete, cap. I. num. 11. ‘Fluxum puris et saniei ex auribus sistit urina, si calefacta cum malogranatorum corticibus instillatur auribus: nec non vermes, qui ibi enasci solent, educit.’ Sextus item Platon. c. 17. de puero, &c. tit. 1. ‘Pueri vel virginis investis lotii,’ inquit, ‘... infunduntur fæces etiam auriculis quæ pus habent,’ &c. Marcellus Empir. c. 9. p. 75. ‘Pueri investis urina recens auriculæ dolenti et ulcerosæ instillata, omni humore siccato, et dolore tollit, et ulcera mira celeritate persanat.’ Et p. 81. ‘Pueri impubis mingentis lotium ex-

ceptum et recens, ac tepidum, auriculæ suppuratæ instillatum, humore exsiccato dolorem tollit,’ &c. Diosc. II. 99. de urina veteri: *ἐγκλυζόμενον καὶ ᾄτα πρὸ ῥόδοντα στεγνωῖ,* *purulentis auribus infusa, pus earum supprimit.*

18. Ibid. *Corporum pruritus: nitro addito ulcera capitum, porriginis, nomas, præcipue genitalium]* Nitrum addi anteriori medicinæ, hoc est, sanandis corporum pruribus, observata hactenus in libris vulgatis interpunctio admonet: nos posteriori assignavimus, admonitu Marcelli Empirici c. 4. p. 41. ‘Puerile lotium,’ inquit, ‘nitro admixtum, ulcera quæ erumpunt, loto capite mire delinunt: expertum remedium.’ Sexti quoque Platonici c. 17. de puero, &c. tit. ‘Ad capitis et corporis exulcerationes, et furfures.’ ‘Homini lotium, admixto nitro impositum, omnia vitia supra scripta sanat, et emendat.’ Et tit. 7. ‘Ad callum in veretro,’ &c. Habdarrahmani denique Ægyptii Medici, interprete Echellensi, c. 1. p. 3. ‘Urina cujuscumque hominis, nitro admixto, si canis morsus, aut scabiei, quæ in ulcera vera est, vel impetigini infundatur, eas absterget, et curat. Urina inveterata et contrita validius absterget humida ulcera capitis, et porriginem, ac scabiem, quam recens: nec non maligna ulcera, ne ulterius serpent per corpus, impedit.’

19. CAP. XXI. *Aurium quoque vitii melctor admixto modice oleo]* Sic omnes editi, cum Regio 1. cod. In Reg. 2. *admixto modice opio.* In Chiffi. *opio.* Vulgatæ lectioni favet Marcellus Empir. c. 9. p. 82. ‘Purulentæ,’ inquit, ‘et obtusæ auriculæ et dolorem tolles, et auditum confirmatissimum reddes, si prius eluas eam lasere, cum recenti caprino, aut mulieris lacte permixto, deinde instilles tepidum fel caprimum cum oleo cedrina, æquis portionibus mixto.’ Chiffletianæ, Archigenes apud Galen.

κατὰ τόπους, III. 1. p. 397. Τὰ ὑπ' ἄρχιγένοους γεγραμμένα φάρμακα πρὸς ἄτων ἀλγήματα . . . Μηκωνείου ὀλίγον σὺν γάλακτι γυναικείῳ.

20. CAP. XXXIII. *Jam mulso potentissimum*] Sic restituimus admonitu codicis Chiffi. quia et ipsa scriptoris sententia ita postulante: antecedit enim, *additis totidem cyathis mulsi*, quæ nunc verba spectat. In editis perperam *musto*. In Reg. 2. *multo*.

21. Ibid. *Potissæ pityocampes, buprestis, cantharidum, aut salamandræ venenis*] Sinceram lectionem ex Reg. 2. cod. et eo quem Pintianus vidit, totidem apicibus repræsentamus: neglecta librorum hactenus editorum scriptura: *phthisicis, cantharidum, aut salamandræ, buprestis, aut pityocampes venenis*. Cui orationi prior eo nomine anteponi debet, quod expeditiorem ac planiorem intellectum habet: nec venena modo extrinsecus excepta, sed et intus lansta declarat. Sic etiam Diosc. II. 77. Ποιεῖ δὲ τὸ πρόσφατον γάλα καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν θαλάσσιων φαρμάκων δηγμοὺς καὶ πυρώσει, ὡς κανθαρίδος, ἢ πιτυοκάμπης, ἢ σαλαμάνδρας, ἢ βουπρήστεως. *Luc ulcra recens etiam efficax est contra rosiones et inflammationes a medicamentis exitalibus factas, uti a cantharide, pityocampe, salamandru, aut bupreste, &c.*

22. Ibid. *Contra gypsum, et cerusam, et sulfur*] Inanis est hoc loco Dalecampii conjectura, qui Græcos arbitratur, unde hausit Plinius, θρόνον scripsisse, hoc est, *solanum manicum*, Pliniumque incaute ac raptim θεῖον legisse, quæ vox *sulfur* sonat: cum proxime antea Plinius dorycnii mentionem fecerit, quod idem plane est ac *solanum*. Neque vero citra noxam sumi genera omnia sulfuris queunt, si præsertim paulo largius hauriantur.

23. Ibid. *Suillum utilissimum tenesmo, dysentericæ, &c.*] Ita libri omnes: etsi nihil Dioscorides de snillo. Quamobrem haud temere suspicamur

unius literulæ immutatione *ocillum* legi fortassis posse commodius: nam *ovillum* tenesmo pariter et dysentericæ prodesse scribit Diosc. II. 77.

24. CAP. XLII. *Digeremus enim in mala singula*] Prius legebatur *in animalia singula*, plane contra veterum exemplarium fidem, Reg. 2. et Chiffi. quem religiose secuti sumus: contraque scriptoris sententiam, qui toto hoc deinceps reliquo volumine, ab hoc primum loco auspicatus, non in animalium, sed morborum genera, medicinas digerit. Adde hujus loci Indicem, in quo diserte legitur, *Privatæ ex animalibus medicinæ digestæ in morbos*.

25. Ibid. *Item venter, quem centipellionem vocant*] Sic optime codex Reg. 2. et Chiffi. nou, ut editi, *ventres, qui centipelliones vocantur*. Signat enim e gemino cervi ventre alterum tantum, ut diximus: secutus videlicet summum rei Medicæ auctorem Nicandrum in Theriac. p. 40. ubi hoc pariter medicamentum asciscit adversus serpentium morsus: Ἡ ἐλαφοῦ θῦδὸν, τὴν δὴ καλέουσιν ἐχίνον, Ἄλλοι δ' ἐγκατόντα κεκρύφαλον, ὧν ἀπερύσας Δραχμάων ὕσσον τε δύο καταβάλλεο μόρας Τέτρασιν ἐν κνάθοις μέθυσ πολιοῦ ἀπομύξας. Hoc est, Gorræo interprete: *Aut cervi ventrem, quem multi nomine echinum, Reticulumque vocant, alto sub ventre latentem: Exempta hæc præbe drachmarum pondere binum, Antiqui cyathis temeti mixta quaternis*. Scholiastes vetus in eum locum, p. 27. Ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς εἰσι κοιλίαι. Καὶ ἡ μὲν πρώτη καὶ ἕνω, κεκρύφαλος καλεῖται, παρὰ τὸ κρύπτειν τὴν τροφήν. Ἡ δὲ δευτέρα, ἐχίνος, διὰ τὸ ἔχεισθαι ἐκεῖ τὴν τροφήν, ἢ διὰ τὸ τραχὺν, ἢ ἢ πολύπτυχος. Τρίτη δὲ, ἢ ἀποκριτικὴ, ceteraque quæ sequuntur, digna lectu.

26. Ibid. *Simili modo verrinum jecur, et fellis duntaxat fibra*] In libris hactenus vulgatis, *exemptis duntaxat fibris*, ex interpolatorum videlicet officina, imperite prorsus: nam quid

exemptis fibris supersit jecoris ad medicinæ usum, amabo, possit? In Reg. 2. cod. et eo quem Pintianus vidit, totidem plane apicibus, *et fellis duntaxat fibra*, quæ sincera sane scriptura est, egregie stabilita Nicandri testimonio, in Theriac. p. 40. ubi hanc ipsam medicinam tradit et explicat:

Ἡ ἀπὸ κάπρου Ἡπατος ἀκρότατον κέρσας
λοβδὸν, ὅς τε τραπέξης Ἐκφύεται, νεύει δὲ
χολῆς σχεδὸν ἠδὲ πυλάων. Καὶ τὰ μὲν ἐν
σύμμικτα πιεῖν δόθει, ἀνδιχα κόψας Ὀξεως
ἢ οἴνης· πλεῖον δ' ἄκος ἔψεται οἴνης.
Gorræus interpres: *Aut cape summam Aprugni fibram jecoris, quæ nata trapeza Vergitur ad bilis follem, portisque propinquat. Hæc tusa, et mixto diluta bibantur aceto, Aut vino: virtus sed longe maxima vino.* Τράπεζα et πύλη τῆς τροφῆς partes sunt jecoris Anatomicis cognitæ. Sic paulo post ubi scripsimus *X. quatuor*, hoc est, denarium quaternum pondere, interpolatorum pari oscitantia, *quatuor obolorum* in libris hactenus editis legebatur.

27. CAP. XLV. *Omasi quoque jure potō*] Sic libri omnes post Hermolaum editi. Parm. editio, *Omnia sesami quoque jure potō*, improbanda penitus lectione, quanquam Pintianus approbat: neque enim medicinæ modo tractantur, quæ ex frugibus, sed quæ ex animalibus peti possunt. Neque vero ex omaso tantum, ut diximus, sed et e pingui bubula carne jus prodesse ad aconita pellenda, auctor est Nicander in Alexiph. p. 132. Καὶ τε βοὸς νεαγέντα περιφλιδύωντος ἔλοιφῆ Τηξάμενος κορέσαιο πὸτῶ ἐγγανδέα νηδὺν. Ubi Scholiastes vetus, Καὶ μασχαρίου, inquit, κρέατος (sic enim emendo, pro κέρατος) ἐψήσας περισφριγῶντος καὶ περιπλήθοντος τῶ λίπει, πλήρωσον τὸ ποτὸν ζωμοῦ. Καθ' ὑπερβολὴν γὰρ ὁ τοιοῦτος ζωμὸς ὠφελεῖ. Gorræus Nicandri versus sic transtulit: *Pocula sint etiam, quibus exsaturere, liquamen Excocti vituli, utque in pinguiâ jura soluti.* Ζωμὸν βύειον, et κρέως λιπαροῦ

ζωμὸν, jus bubulum e pingui carne bubula, adversus aconita commendat etiam Diosc. *Εὐπορ.* II. 137. p. 120. et Scribonius Largus Compos. 188. Quin et *omasi cocti jure potō* satius fuerit fortasse scribi, cum in codd. Reg. 2. et Cliffl. *omasi quoque* legatur.

28. CAP. XLVI. *Utque non tædia animalium capillis increscant*] In libris editis, *inhærescant*. Nos ex Reg. 2. et Cliffl. *increscant*. Favet Marcellus Empir. c. 4. p. 41. 'Cornu cervinum in scobem limatum, et cum vino potum, lendes enecat, renascique non patitur.' Et p. 43. 'Cervini cornus scobes limatæ, et ex vino potui datæ, pedunculos in capite, lendesque nasci non sinunt.'

29. Ibid. *Item fel scrofinum cum urina tauri*] Libri omnes editi hactenus, *item fel hircinum*. Nos *scrofinum* restituumus, admonitu codicum Reg. 2. et Cliffl. tum vero adducti testimonio Marcelli Empirici c. 4. p. 41. ita scribentis: 'Lotio taurino caput si laveris, porriginem vetustissimam tollit. Vetustam porriginem mire adimes, si herbæ cyclaminis, id est, orbicularis, succo sulfuris aliquantum miscueris, et fel scrofinum, atque inde caput in balneo bene perfricabis.' Et sulfur quoque Plinius mox adjicit, ad porriginem vetustam.

30. Ibid. *Sed præcipue felis fimum cum sinapis pari modo illitum*] In Reg. 2. cod. et eo quem Pintianus vidit, *sed præcipue fel hupinum*. In libris ad hunc diem editis, et in Colb. 3. ceterisque Mss. *sed præcipue fel et fimum*. Nos ex indubitata conjectura *felis fimum* rescripsimus. Auctor enim sic emendandi Sextus Platonius extitit, c. 18. 'de cata,' tit. 1. 'Ad capitis alopecias.' 'Catae stercus siccum cum sinape æquis ponderibus cum aceto contritum, et impositum, capitis alopecias sanat.' Felem porro ab astutia catum vocari, tralatitium est, tritumque jam sermone vulgi.

31. CAP. XLVII. *Ad omnia invetera-*

tum *fel efficacius putant*] Hactenus legebatur, *ad omnia inveterata*, cum vel ipsa loci sententia *fel inveteratum* scribi hoc loco postulet: id quod egregie confirmat Sextus Platonius c. 4. de caprea, tit. 8. ubi eadem prorsus cum Plinio tradit: 'Ad caliginem oculorum,' inquit, 'fel capreae drachma 1. et modicum vini cum melle, ut possit teri: inunges: sanantur: idem facit et ad cicatricem, et argemata, et nephelion, et glaucomata, et pterygia, si ex eo felle inungantur. Item ex eo felle inungantur palpebrae cum oleris succo: extractos pilos non sinit renasci. Facit et ad ruptiones ex ictu tunicularum cum lacte mulieris tepido. Hoc autem fel quanto vetustius fuerit, tanto melius erit.'

32. CAP. XLVIII. *Præcipue vero taurinum, cum porri succo tepidum, vel cum melle, si suppuret*] Sic libri omnes editi, cum Reg. 2. cod. aliisque. Dalecampius, ex Chiffi. *si superet*, subintellige *dolor*, inquit, plane contra auctoris sententiam. Est enim ejus loci intellectus, si suppuret, si pus auricula faciat, mel adjici oportere. Plinius Valer. 1. 10. 'Si putnerit auricula, aut vermiculos fecerit, fel taurinum ex melle despumato æquis mensuris mittes in testam rudem, quam suppones carbonibus, ut lento igne ferveat, donec in unum admisceatur. Hocque medicamen in vase vitreo colliges: et cum necesse fuerit ad curam, tepefacies in calice, et mundata aure ex lana medicamentum infundes.' Mel Plinius Valer. adhibet tantum: mulsum Sextus Platon. c. 11. de tauro, tit. 5. 'Ad aurium dolorem:' 'Fel taurinum mulso infusum, et auribus instillatum sanat.' Porri modo succum, ut noster, Habbarralmanis Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 5. p. 38. 'Fel boum liquefactum in aqua porrorum, et instillatum auribus, ipsarum sedat dolores.'

33. Ibid. *Aut si sint rupta ibi ali-*

qua] Ita libri omnes editi. Reg. 2. *Aut si rupta sint aliqua ibi*. Non placet tamen ea scriptura Dalecampio: legi *si sint suppurata*, vel *suppurantia ibi aliqua* mavult. Defendit vulgatum lectionem Marcellus Empir. c. 9. p. 76. 'Fel ovillum,' inquit, 'cum lacte mulieris instillatum, etiam ruptas interius auriculas certissime sanat.' Sic paulo ante, hoc cap. Plinius idem 'in ea parte,' hoc est, in auricula, 'felle taurino' dixit 'cum lacte muliebri efficaciter rupta sanari.'

34. CAP. L. *Notumque est quasdam quotidie septingentis custodito numero focere*] Regii codicis 2. fidem secutus sumus, sententiamque ipsam, ut remur, scriptoris: quæ est ejusmodi: nonnullas fœminas entem fovere solitas quotidie usque ad septingentas vices. Plinius xi. 96. quingentas asinas a Poppæa trahi solitas cum dixit, conjecturam fecit aliquibus, hoc quoque loco non *septingentes*, ut cod. Reg. 2. aliique exhibent, *sed quingentas* scribi oportere. At non asinarum hoc loco numerum recenset, sed assiduitatem in cute fovendam nimiam irridet. Occupavit hoc ante nos Hermolaus.

35. CAP. LI. *Coprimum utilius, cum malva decoctum et sale*] Hæc totidem verbis Marcellus Empir. cap. 15. p. 108. sed pro *malva*, *myrrham* asciscit Plinius Valer. 1. 45. *amanuensium*, ut remur, errore.

36. Ibid. *Tonsillis autem privatim renes vulpium aridi*] Plinius Valer. 1. 45. 'Tonsillis privatim medentur renes vulpis aridi, cum melle triti, et illiti.' Marcellus Empir. c. 15. pag. 106. 'Tonsillis renes vulturini aridi in melle triti, vel decocti, mirum remedium præstant, si pro emplastro apponantur.' Sextus Platon. c. 3. de vulpe, tit. 9. 'Ad faucium tumorem:' 'Rene vulpis in melle sæpius fauces tumentes confrica.' Ex Plinii nostri præsertim loco, quem vel ex eo sa-

num esse constat, quod de quadrupedum, non de avium medicinis hic agitur, Marcelli textum in mendo cubare perspicuum est, ac pro *vulturini*, scribi *vulpini* oportere.

37. Ibid. *Strumis discutit fel aprinum, vel bubulum, &c.*] Sic Mss. Reg. 2. aliique. Sic totidem syllabis Plinius Valer. III. 29. Malim ego tamen, si quid audendum, *caprinum* legi: tum quia hæc fellis genera duo a Plinio fere copulantur, capriuum ac bubulum, tum vero maxime quoniam ita Marcellus Empir. prodidit, c. 15. p. 108. præeunte Plinio, ut apparet: 'Fel bubulum,' inquit, 'vel capriuum, ad incipientes strumas optime facere experimenta docuerunt: nam penitus crescere non sinentur, si eo assidue taugantur.'

38. CAP. LVIII. *Vel saliva equi triduo pota: at equum mori tradunt*] In libris hactenus vulgatis, *triduo potu eam mori tradunt*: ut esset sententia, *triduo salivæ potu mori tussim*. An vero hoc medicæ, an Romanæ aures ferant? In Reg. 2. *triduo potæ commori tradunt*. Nihil est nostra emendatione certius: *ecom* amanuenses scilicet, pro *equum* scripsere: librarii denique, *eam*, pro *equum*. Sextus Platon. cap. 16. de equo tit. 1. 'Ad phthisicos, et qui male tussint: Equi salivam si biberint, sani efficiuntur: expertissimum: sed equus morietur.' Marcellus Empiric. cap. 16. pag. 120. 'Ad phthisicos,' inquit, 'remedium et præsens, et maximum: nam etiam vitæ dubios sanat, et quibus spes superesse nulla videatur. Equi salivam vel spumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis: etiam quem tussi intoleranda et diutina laborare videris, hoc remedio liberabis: agrum quidem sine enuntatione sanabis: sed equum mors subita consequetur.' Theodoros Priscianus lib. IV. 'Ad tussim facit, et maximum remedium est: Equi salivam ex aqua calida bibat per tri-

duum: is qui tussierit, vivet: equus morietur.' Simile est quod suspiriosis præcipit idem Marcellus cap. 17. pag. 124. ut spumam ex ore mulæ collectam hauriant: id ipsis saluti fore: mulam morituram. Plinius Valer. I. 58. 'Salivæ equi triduo potatæ ternis potionibus ex aqua calida tussim sanant: equum morti tradunt, hominem sanant.'

39. CAP. LXI. *Ischiadicis fimum... calfactum in foliis*] Monet Dalecampius in vetere nescio quo exemplari legi *in soliis*. Sane minus commode. Nam folia brassicæ Plinius intellexit, uti ex Plinio altero Valeriano discimus, eadem prodente II. 45. 'Sciæ (hoc est, ischiadi) sanandæ: Fimus quoque bubulus, calefactus in cinere ferventi, locis dolentibus in foliis eujuscumque oleris imponitur.' Habet idem medicamentum et Marcellus Empir. cap. 25. pag. 174. sed eas voces *in foliis*, quas non intellexit, omisit. Repetitur iterum forma loquendi hæc eadem cap. 63. ubi Hermodolus *in soliis*, nescio quis *in pulte* legendum somniat.

40. CAP. LXVII. *Item hædorum lien*] Carere ait suum exemplar Pinitianus ea voce lien. Excidit ergo amanuensis imprudenter. Nam et Marcellus Empir. et Plinius Valer. agnoscunt. Ille cap. 23. pag. 165. 'Hædinus vero lien,' inquit, 'similiter ut hircius, super splenem infantis appositus, et tumores et dolorem ejus emendabit.' Iste II. 18. cui titulus, 'Spleni quomodo succurrendum: Hædi lien,' inquit, 'impositus idem præstat.' Agnoscit et Q. Serenus cap. 24. de splene curando: 'Arida ficus item fervente domatur aceto, Et trita illinitur: vel splen apponitur hædi.' Denique et eam vocem habent Reg. I. cod. aliique fere, quos vidimus.

41. CAP. LXVIII. *Vel hircinum decoctum ad quintam heminam in vino*] In libris hactenus editis, *vel hircinum*

decoctum in hemina vini. Probabilior nobis visa scriptura Regii 2. codicis, et Chiffi. quam amplexi sumus: astipulante fere Marcello Empirico cap. 27. pag. 195. 'Jecur hircinum,' inquit, 'missum in ollam novam, cum vini austeri cotylis sex, ad tertias decoctum: sed dum excoquitur, compunctum: ut humor ejus cum vino permisceatur: postea dysenterico potui datum, efficaciter prodest.'

42. Ibid. *Fel lupi cum elaterio umbilico illigatum*] Annon *illinitum* potius? Nam Plinius Valer. II. 23. 'Ventrici molliendo:' 'Fel lupi,' inquit, 'cum elaterio ventriculo illinitur.'

43. Ibid. *Butyrum largius sumtum. Cæliacis et dysentericis medetur jecur vaccinum*] Locus hic præpostera ad hunc diem interpunctione et criticorum interpolatione laboravit, in hunc modum: *Butyrum largius sumptum cæliacis . . . medetur, et jecur vaccinum.* Verum interpunctionis vitiosæ non modo Regius 2. codex, sed et res ipsa admonuit: ad superiora videlicet, hoc est, ad ea remedia quæ alvo solvendæ traduntur, quæ de butyro nunc prodit auctor, referri oportere, ut intellectus sit butyrum quoque largius sumtum alvum solvere, nedum cæliacis aut dysentericis eo pacto prodesse. Sic et Dioscor. II. 81. de butyro, *ὅθεν κοιλίας τε ἐκκλύει πλέον ποθέν.* Itaque frustra illi Plinii editores, ut fucum facerent, vocolam et adjecerunt: quam Mss. codicum nullus repræsentat, non Reg. 1. 2. Colb. aliive: cum etsi adesset illa, nihil tamen orationis perspicuitati obesset, aut veritati.

44. CAP. LIX. *Tenesmos, id est, crebra et inanis voluntas desurgendi*] Hanc *desurgendi* vocem, quam codices Mss. omnes repræsentant, Reg. 1. 2. Colb. 3. Chiffi. aliique, cum quæ vis ei subesset haud satis perciperent Plinii editores, eradendam duxere, atque *egrendi* verbum inseri satius fore, quod in hunc diem libri vulgati præ-

ferunt. 'Desurgere' verbum est medicum, quo sæpe Largus Scribonius utitur, præsertim vero in definitione tenesmi, quæ Plinianæ similis est ac plane par: 'Est,' inquit, 'irrita crebro desurgendi voluntas,' hoc est, secedendi, ut diximus in Interpretatione. Græci ἀφ' ἑδρεῖν dicunt. Celus IV. 15. 'frequentem dejiciendi cupiditatem, desidendi,' cap. 18. Hinc apud Marcellum Empir. cap. 27. pag. 187. 'cæliaci propter frequentes resurrectiones viribus defecti.' Idem Scribonius, proxime antea laudatus, cap. 38. cui titulus est: 'Ad prolapsionem, et libidinem nimiam desurgendi extremi intestini.' Compos. 142. 'Tenesmos est irritatio ultimæ partis directi intestini, in quo ultimo sæpius libet desurgere sine causa.' Non sic tamen intelligendus Horatius II. Sat. 2. 76. 'Vides ut pallidus omnis Cæna desurgat dubia.' Sed 'desurgat' ibi dicitur, pro 'de cæna surgat.'

45. CAP. LXII. *Efficacius, si prius fumo maceretur*] Sic libri omnes. At in Chiffi. *si prius fimo.* Inepte: nam Marcellus Empir. Plinium secutus, cap. 26. pag. 180. 'Verris sylvatici,' inquit, 'lotium cum sua vesica, in fumo suspensum et asservatum, stranguriosis, cum potione mixtum, potui datum, efficacissime prodest.' Et Sextus Platon. cap. 7. de apro, tit. 9. 'Ad stranguriam et vesicæ dolorem:' 'Vesica apri cum lotio infuso, si suspensa et passa fuerit,' (Solem nimirum, ventosque, aut fumum,) 'donec aquaticus humor effluat, et discoctam dederis manducare iis qui patiuntur, mire sanantur.'

46. Ibid. *Vitia vero quæ in eadem parte scripunt . . . cum charta et arrhenico sanat*] Sic libri fere omnes editi, cum Mss. Reg. 1. 2. Colb. 3. ceterisque. Editio Parm. *cum charta Armeniaca*: codex Chiffi. *carteti armenico.* Utrobique mendum. His nos neglectis sinceram priorum exemplar-

rium non modo retinemus, sed etiam Marcelli Empirici suffragio defendimus, apud quem hoc medicamentum totidem ferme verbis extat, cap. 33. pag. 227. 'Mirifice,' inquit, 'hoc medicamentum purgat ulcera quælibet, etiãsi cancer tentaverit.' Est autem lene. Conficitur sic: 'Auripigmenti denarios vi. Æris squamæ x. tres. Elaterii x. l. Chartæ combustæ cineris x. 3. Ex his tritis cum opus, cochlearia tria rosæ cyatho permiscetur, et linteola carpta in eo tinguntur, atque ita ulcetri superponuntur. Hoc medicamentum cito et sine ullo morsu expurgat sordidissima ulcera, ac sanat.'

47. Ibid. *Fel bubulum cum alumine Ægyptio, ac myrrha*] Ita rescripsimus ope codicis Regii 2. in quo *myrrha* diserte legitur. In Reg. 1. et Chiff. ac *murra*, vetusto more, pro *myrrha*. In libris hæctenus editis, ac *muria*, perverse. Plinius Valer. II. 41. ad verendorum vitia: 'Fel item bubulum,' inquit, 'cum alumine Ægyptio ad crassitudinem mellis subactum illinitur,' &c. Marcellus Empir. cap. 33. pag. 230. 'Permixto alumine et myrrha, fel bubulum ad crassitudinem mellis subactum, et illitum, ea quæ veretris serpnat mira celeritate persanat: supra etiam beta vino recte imponitur.' Habdarrahmanus Ægyptius cap. 6. fel bubulum per se asciscit ad virilium ulcera, nihil præterea adjicit.

48. Ibid. *Fel caprinum cum melle, rubique succo*] Sic Reg. 2. codex et quem Pintianus vidit: non, ut hæctenus editi, *et caprinum*, quasi se-vum subintelligi hic quoque ex antedictis oporteat. Confirmat Q. Sere-nus cap. 37. 'de obscenis medendis,' pag. 149. 'Obscænos si pone locos nova vulnera carpent, Horrentum mansa curantur fronde ruborum.' Et paulo ante: 'Languidus antiquo purgatur penis Iacelo, Ac super illinitur fecundæ felle capellæ.' Et

Marcellus Empir. cap. 33. pag. 229. 'Fel caprinum,' inquit, 'cum melle, veretris doloribus ulceribusque illitum prodest.'

49. CAP. LXI. *Utilissimum . . . spumam equi ex ore inguinibus illinire*] In libris ad hunc diem editis, *ex ore, inguinibusque*. At quis spumam equi, quæso, vidit ex inguinibus? Feminibus attritis inguinibusque illini, sententia ejus loci est. Plinius Valer. II. 43. 'Si autem ex equitatu,' inquit, 'femina vexata sunt, spuma equi ex ore feminibus illinitur, et inguinibus imponitur.' Brevius Marcellus Empir. cap. 32. p. 225. 'Si ab equitando vexata fuerint inguina, aut intertrigines dolebunt, spuma equi fricentur, statim remediahuntur.'

50. CAP. LXX. *Bubula caro imposita. Ad tumores finum suillum . . . cum oleo. Duritias . . . mollit optime adeps e lupis illitus. In his quæ . . . plurimum proficit finum bubulum . . . in vino vel aceto decoctum*] Perturbata prius omnia ex interpunctionis vitio, et interpolatorum audacia, sic legebantur: *Bubula caro imposita tumorem sanat. Finum suillum . . . cum oleo duritias . . . tollit optime. Adeps . . . illitus in his quæ . . . plurimum proficit. Finum bubulum, &c.* Medicinam ei loco fecimus ope Regii præsertim codicis 2. quæ singulas, uti nos fecimus, sententias majusculis literis auspicatur. Adde Plinium Valer. III. 47. qui cum hunc locum transcriberet, ad rupta et convulsa medicinam e bubula carne retulit: ad tumores deinde finum suillum, &c. Sic enim ille: 'Luxatis vero recens finus, vel aprinus, vel suillus, vel vitulinus imponitur: veris spuma recens cum aceto illinitur: finusque caprinus cum melle. Caro bubula ruptis convulsisque illinitur. Finus quoque suillus sub testa calefactus, et tritus cum oleo, mire adversus tumores facit.'

51. CAP. LXXIV. *Cum cyprino oleo, aut irino*] Sic Reg. 2. codex, et is

quem Pintianus vidit. In editis, aut *hircino*: quod cum minus belle congruere editores intelligerent, inserere, aut *fimo caprino*, aut *hircino*: ex *cyprino*, scilicet, anteriore voce rursus repetita *caprino* temere excogitato. Plinius Valer. II. 48. apud quem hæc totidem verbis extant, *cum cyprino oleo et hircino* habet, pro *irino*. Marcellus Empir. c. 34. p. 232. iter-

unique p. 236. *cum oleo cyprino, aut laurino* dixit.

52. Ibid. *Feminum vituli cinis*] Hunc locum Marcellus Empir. cum raptim cursimque legeret, non *feminum vituli*, sed *fimi vituli cinerem* legit, c. 4. p. 43. ‘Ulcera,’ inquit, ‘quæ sordidata sunt, fimi vitulini cinere et muliebri lacte purgantur.’

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXIX.

Medicinæ ex reliquis animalibus.

1. (1.) NATURA¹ remediorum, atque multitudo instantium ac præteritorum,^{a 2 a} plura de ipsa medendi arte cogunt dicere: quanquam non ignarus sim, nullis³ ante hæc Latino sermone condita, ancepsque lubricum^b esse rerum omnium novarum, talium utique, tam sterilis^c gratiæ, tantæque difficultatis in promendo.⁴ Sed quoniam occurrere veri-

^a *Et eorum quæ proxime dicenda sunt, et eorum quæ sunt ante occupata.*

//////////

CAP. 1. 1 *Naturæ* Chiff. — 2 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Sic quoque Cl. Rezzonicus ex Ambrosian.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. *instantium ac præceptorum* Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. — 3 'Ita codd. Reg. 1. Ambrosian. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' Brotier. *sim, nulli* Chiff. *sum, nullius* Vet. Dalec. *sim, nullius* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. — 4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *novarum, talium utique quam steriles gratiæ, difficultates in promendo* Gronov. et vulgg. *et alium*

NOTÆ


^a *Instantium ac præteritorum* [*præceptorum*] Ita Chiff. codex, quem secuti sumus præ ceteris, in quibus *ac præteritorum* legitur. Instantia sunt, ea de quibus dicere proxime incumbit. Sic 'diem instare' dicimus. Præcepta, quæ sunt anticipata, ante occupata.

^b *Ancepsque lubricum*] Lubricum quasi substantive, non sine elegantia: sic 'lubricum juventutis' dicimus. Ab interpolatorum manu est, quod libri quidam præferunt, *ancepsque ac lubricum*.

^c *Tam sterilis*] Vide Notas et E. mend. num. 1.

simile est omnium qui hæc noscant⁵ cogitationi, quoniam modo exoleverint in medicinæ usu,⁶ quæ tam parata atque pertinentia erant; mirumque et indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorum fuisse, et etiamnum⁷ sæpius mutari, cum sit fructuosior nulla: Diis primum inventores suos^d assignavit, et cælo dicavit.⁸ Necnon et hodie multifariam⁹ ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Æsculapium fabulata, quoniam Tyndareum¹⁰ revocavisset ad vitam. Nec tamen cessavit^f narrare alios revixisse opera sua, clara Trojanis temporibus, quibus fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediis.

II. Sequentia ejus (mirum dictu) in nocte densissima latuere usque ad Peloponnesiacum^g bellum: tunc eam revocavit in lucem Hippocrates,^h genitus in insula Coe, inprî-



utique quam sterilis gratiæ difficultatis in promendo Chiff. *nec aliquid utique gratiæ, quam sterilis difficultatis in promendo* alia vet. ap. Dalec. *nec aliud utique gratiæ, quam sterilis difficultatis in promendo* alia vet. ap. Dalec. *novarum principium, talium, &c.* al. vet. *novarum initium talium, &c.* alia. — 5 'Ita codd. Regg. Ambrosian. Editio princeps, et Cl. Rezzon.' Brotier. *qui hæc cognoscant* Gronov. al. vet. Harduin. et recentt. — 6 'In Chiff. usu deest, et vox pro tam legitur jam. Lego, in medicina, quæ jam parata, &c.' Dalec. *Mox, mirum et indignum* Vet. Dalec. — 7 'Chiff. aut etiamnum: omnino melius.' Dalec. — 8 Chiff. *dicavit.* — 9 Codd. Chiff. et Dalec. *multifaria.* — 10 *Thesiden* Vet. Dalec. *Thyndariden* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

^d *Diis . . . inventores suos*] Apollinem Æsculapiumque intelligit.

^e *Tyndareum*] Helenæ et Clytæmenestræ patrem, de quo Hyginum consule, fabula LXXVIII. fol. 18. b. Vide Notas et Emend. num. 2.

^f *Nec tamen cessavit*] Medicina scilicet. Hausit hunc colorem Plinius a Celso, in Præf. statim initio operis: 'Vetustissimus,' inquit, 'medicinæ auctor Æsculapius celebratur: qui, quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in Deorum numerum receptus est. Hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem scenti, non

mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt: quos tamen Homers, non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit.'

^g *Peloponnesiacum*] Bellum in Græcia longe atrocissimum, maximeque diuturnum, Athenienses inter et Peloponnesios: quod erupit anno primo exeunte Olymp. LXXXVII. ante Christum fere ccccxxx.

^h *Hippocrates*] Natus Olymp. LXXX. ex ipso Æsculapii genere, quartusdecimus ab illo, ut quidem aiunt.

mis clara ac valida, et Æsculapio dicata. Is cum fuissetⁱ mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque, (ut Varro apud nos credit,) templo cremato,¹ instituisse medicinam hanc, quæ Clinice^j vocatur. Nec fuit postea quæstus modus: quoniam Prodicus,^k Selymbriæ natus, e discipulis ejus, instituit² quam vocant Iatralipticem,^l et unctoribus³ quoque medicorum ac mediastinis^{b m} vectigal invenit.

III. Horum placita Chrysippusⁿ ingenti garrulitate mutavit, plurimumque et ex Chrysippo¹ discipulus ejus Erasistratus, Aristotelis filia genitus.^o Hic Antiocho^p rege

^b *Balneatoribus.*

//////////

CAP. II. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *jam templo cremato* Gronov. et vulgg.—2 ‘Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Chiff. *e discipulis ejus, instituens* ex codd. Harduini et recentt. *discipulus ejus, instituens* Gronov. et vulgg.—3 ‘Male cod. Reg. 2. et *ultoribus.* Editio princeps, *auctoribus.* In cod. Reg. 5. et recentioribus edd. *reunctoribus.* Brotier. *cultoribus* Chiff. *reductoribus* Dalec.

CAP. III. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et a Chrysippo* Chiff. *etiam ex Chrysippo* Gronov. et vulgg.

NOTE

ⁱ *Is cum fuisset*] Et hunc Ægyptiis fuisse morem tradit Galenus κατὰ γένη, v. 2. p. 775. juxta Memphim, in templo Vulcani.

^j *Quæ Clinice*] Cave aliquam unam diutaxat medicinæ partem ea nomenclatione indigitari credas. Antiquis sic appellata tota medicina est, qualis Hippocratis fuit: quia medici est ægros cubantes ἐν κλίνῃ, in lectulo, invisere ac curare. Inde Clinices nomen. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 400. P. DECIMIVS. P. L. EROS MERVLA. MEDICVS. CLINICVS. CHIRVRGVS. OCVLARIVS.—‘Sed ficta ac recens inscriptio.’ *Ed. sec.*

^k *Prodicus*] Vide Notas et Emend. num. 3.

^l *Iatralipticem*] Ἰατραλειπτική, quæ unguentis et perfrictionibus medetur

corporis morbis. Iatraliptæ, quorum opera medici in unguendo et reungendo utebantur: sive potius medici qui reungendo vile mediastinorum obirent munus.

^m *Mediastinis*] Mediastinos pro balneatoribus Nonius accipit, quem secuti sumus. De hac voce Vossium vide in Etymol.

ⁿ *Horum placita Chrysippus*] De Chrysippo et Erasistrato abunde dicemus in Auctorum Indice. De Erasistrato præterea multa Appianus in Syriac. p. 127. et seq.

^o *Aristotelis filia genitus*] Non natura tamen, sed adoptione filium modo fuisse, suadet pæne Sextus Empir. adv. Mathem. c. 12. p. 51. ubi Pythiadem Aristotelis filiam tribus viris nupsissere fert: primum qui-

sanato centum talentis^a donatus est a rege Ptolemæo filio ejus, ut incipiamus et præmia artis ostendere.

iv. Alia factio (ab experimentis cognominant¹ Empiricen²) cœpit in Sicilia, Acrone^{2 b} Agrigentino Empedoclis physici auctoritate commendato.

v. Dissederuntque hæc diu scholæ,¹ et omnes eas damnavit Herophilus, in musicos pedes^c venarum pulsu descripto² per ætatum gradus. Deserta deinde et hæc secta est: quoniam necesse erat in ea literas scire. Mutata et quam postea Asclepiades (ut retulimus)^d invenerat. Auditor ejus Themison^e fuit, qui quæ inter^f initia scripsit, illo mox recedente a vita,³ ad sua placita mutavit. Sed et illa Auto-

//////////

CAP. IV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *experimentis se cognominans* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. a *Creonte*.

CAP. V. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *eæ scholæ* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

dem Nicanori: deinde Procli, qui genus duxerat a Demarato Lacedæmoniorum rege: postremum Μητροδώρω ἱατρῷ, Chrysippi discipulo, Erasistrati magistro, Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῆ, Ἐρασιστράτου δὲ ὑφηγητῆ. Ita Servium Galbam Imp. a noverca sua adoptatum legimus, apud Trauquillum c. 4.

^p *Hic Antiocho*] Vide quæ diximus de Cleombroto, quem eundem esse cum Erasistrato conjecimus vii. 37. Fuit is porro Antiochus, de quo nunc agitur, Soter cognominatus, Selenci Nicatoris F. quem amore Stratonices novercæ agrum deprehendit Erasistratus, et sanavit. Vide Val. Max. v. 7. Macrobius lib. ult. Saturn. c. 15. Plutarchum in Demetrio, aliosque.

^a *Centum talentis*] Monetæ nostræ, libris 240000. ut diximus vii. 39.

^b *Empiricen*] Ἐμπειρικῆ secta medicorum dicitur, quæ sola experientia utitur.

^b *Acrone*] In quem illud est Empedoclis epigramma, a Plinio laudatum

hoc loco, recitatum a Laërtio in Empedocle lib. viii. Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων Ἄκραγατῆων πατρὸς ἄκρου Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης. *Acrone* summum medicum, summo patre natum, in summa patria tumulus summus habet. De medicina hunc scripsisse sermone Dorico, et librum unum de victu sanorum, auctor est Suidas, verbo Ἄκρων.

^c *In musicos pedes*] Plinius supra xi. 88. 'Arteriarum pulsus, . . . index fere morborum in modulos certos legesque metricas, . . . descriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus,' &c. Martianus Capella lib. iii. 'Herophilus agrorum venas rhythmorum collatione pensabat.'

^d *Ut retulimus*] Lib. xxvi. c. 7. et 8.

^e *Themison*] Agemus de eo in Auctorum Indice.

^f *Qui quæ inter*] Vide Notas et Emend. num. 4.

nus Musa^s ejusdem auctoritate Divi Augusti,^{4h} quem contraria medicina gravi periculo exemerat. Multos præterea medicos, celeberrimosque ex iis Cassios,ⁱ Calpetanos,^j Arruntios, Albutios, Rubrios. Ducena quinquagena H-S.^k annua mercede^l iis fuere^s apud principes. Q. vero Stertinius imputavit^m principibus, quod sestertiis quingenis annuis contentus esset: sexcenta enim sibi quæstu Urbis fuisse numeratis domibus ostendebat.^a Par et fratri ejus merces a Claudio Cæsare infusa est:⁶ censusque, quamquam exhausti, operibus Neapoli exornata, hæredi H-S. CCC.⁷ⁿ reliquere, quantum ad eam ætatem Arruntius solus.

^a Sexcentorum sestertium quæstum faciebat in urbe, idque comprobabat numeratis domibus agrorum quos invisebat.

//////////

—2 Cod. Dalec. discreto.—3 Vet. Dalec. excedente e vita.—4 Dalec. ejusdem Antonius Musa auctoritate Augusti.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. his Cassios, Carpetanos, Arbuntios, Rubrios, ducena quinquagena his annuales mercedes fuere Chiff. Calpitanos, &c. Rubrios, CCL. H-S. a n. de iis fuere Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. effusa est. Mox, exhaustis operis Neapolis hæredi Chiff. exhaustis operibus, &c. cod. Dalec.—7 ‘Hermol. sestertia trecenta;

NOTÆ

^s Antonius Musa] Diximus antea de eo XIX. 38. Sed hoc loco vel scribendum in contextu, vel subintelligendum sane videtur, ejusdem auditor: ut sententia sit, Asclepiadis, ut Themisonem, ita et Musam auditorem fuisse.

^h Augusti] Suetonius de Augusto c. 81. Cum ‘distillationibus jocinere vitiatu, ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa.’

ⁱ Cassios] Laudatur Cassius a Galeo κατὰ τὸ πρῶτον IX. 4. p. 614. ‘Ingeniosissimus sæculi nostri medicus,’ inquit Celsus in Præf. lib. I. ‘quem nuper vidimus, Cassius,’ &c. Laudatur et a Scribonio Compos. 120. et 176. Alius ab eò Cassius Iatrosophista, Porphyrii magister, cujus extant

quæstiones sive problemata LXXXIV. Græce scripta, conversa a Gesnero in Latinum sermonem.

^j Calpetanos] In Reg. 1. Calpitanos. In Reg. 2. Carpetanos. At in inscriptionibus vetustis apud Gruter. haud raro CALPETANVS.

^k Ducena quinquagena H-S.] Hoc est, ducenta quinquaginta sestertia: vel, quod idem est, ducenta quinquaginta millia sestertium: monetæ Gallicæ libræ sunt, ut vocant, 25000.

^l Annua mercede] Mss. Reg. 2. et Chiff. annuales mercedes, lectione haud penitenda.

^m Imputavit] Id haberi beneficii loco voluit, quod hanc tantum mercedem a principibus posceret. Quingenta sestertia, sive quingenta sestertium millia, libræ sunt Gallicæ 50000. sexcenta, 60000.

ⁿ H-S. CCC.] Hoc est, sestertium trecenties, subintellige centena mil-

Exortus deinde est Vectius Valens,^o adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus, pariterque eloquentiæ assecutor. Is, eam potentiam⁸ nactus, novam instituit sectam.

Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum^p transiit,⁹ delentem cuncta majorum placita, et rabie quadam in omni ævi medicos perorantem: uali prudentia ingenioque, æstimari vel uno argumento abunde potest, cum monumento suo (quod est Appia¹⁰ via) Iatronicen^q se inscripserit. Nullius histrionum^r equarumque trigarii comitator egressus in publico¹¹ erat; cum Crinas Massiliensis arte geminata,^s ut cautior religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasque^t observando, auctoritate eum præcessit. Nuperque centies H-S.^u

Budæus, *sestertium trecenties*; aut certe, *tricies* reponendum.' *Hot. de Re Num.* p. 256.—8 *Is et potentiam* al. ap. Dalec.—9 *Vet. Dalec. transiit.* Mox, *mujorum* deest in cod. Cliffl.—10 *Vet. Dalec. in Appia.*—11 *Vet. Dalec.*

NOTÆ

lia, quæ superposita numero lineola designat. Summam id efficit trium, ut vocant in Gallia, millionum: seu librarum 3000000. Sic inferius centies HS. reliquisse Crinas dicitur.

^o *Vectius Valens*] In Inscriptionibus antiquis VETTIVS. De Vectio Valente, adulterium cum Messalina conjuge Claudii Cæsaris confesso, vide Tacit. Annal. xi. p. 169. Anthologias scripsisse dicitur, in quibus et de annis climactericis egit. Scribonius Largus Compos. 76. eo se condiscipulo et familiari usum testatur.

^p *Ad Thessalum*] Trallianus is fuit, Methodicorum sectæ magno sæculi sui plausu conditor. Omnes ante se medicos, Hippocratem quoque, inscientiæ arguebat, ut ex fragmento apparet epistolæ ejus ad Neronem, quod refert Galenus Meth. Med. i. 2. p. 3. tom. x. quo capite Thessalum ipse inscitæ arrogantique insimulat.

^q *Iatronicen*] *Ἰατροπικῆς*, medicorum victor.

^r *Nullius histrionum*] Vult auctoritatem ejus demonstrare per turbas in honorem ejus assectantium, inquit Gelenius: qua in re confert cum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigisque, qui Circensibus trigas equarum agitent: qua exercitatione Nero quoque ipse ejus temporis Romanorum princeps in primis delectabatur. Pantomimos egredientes in publicum etiam Romani Equites cingebant, quod fieri amplius Tiberius vetuit. Vide Tacit. Annal. i. p. 35.

^s *Arte geminata*] Artes geminasse dicitur, quia Mathematicam cum Medicina copulavit: cujus generis homines *ἰατρομαθηματικούς* appellatos esse, auctor est Ptolemæus in *Tetrab.*

^t *Horasque*] Sic etiam Petosiris olim, Mathematicus Ægyptius, de quo Juvenal. Sat. vi. 378. 'Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.'

^u *Centies H-S.*] Hoc est, centies

reliquit muris patriæ,^b mœnibusque aliis^{c12} pæne non minori summa exstructis. Hi regebant fata, cum repente civitatem Charmis¹³ ex eadem Massilia invasit, damnatis non solum prioribus medicis, verum et balineis: frigidaque etiam hybernis algoribus lavari persuasit. Mersit ægros in lacus. Videbamus senes consulares usque in ostentationem¹⁴ rigentes. Qua de re extat^v etiam Annæi Senecæ astipulatio.^d Nec dubium est, omnes istos famam novitate aliqua aucupantes anima statim nostra^{15 w} negotiari.^e

Hinc illæ circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio^{16 x} alterius.^f Hinc illa infelicis¹⁷ monumenti inscriptio, TURBA SE^y ME-

^b Massiliæ.^c Aliorum oppidorum.^d Afirmatio de se.^e De vita ipsa nostra, non modo de fortunis, statim sibi quæstum instituire.^f Ne videatur alterius sententiæ accessor tantum, et approbator iners, non etiam auctor.

egressus in publicum; alii vett. ap. Dalec. *regressus e publico*.—12 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *manibus quoque aliis* Gronov. et vulgg.—13 ‘Ms. *civitate*; Chiffli. *Charmis*. Legendum, *civitatem Marcus Charmis*.’ Dalec.—14 Chiffli. *ostensione*.—15 Ita ex codd. Harduinnis et recentt. *aucupantes animas statim nostras* Gronov. et al. vett.—16 Cod.

NOTE

centena millia sestertium. Monetæ Gallicæ libras efficiunt 1000000, seu millionem nnum.

^v *Qua de re extat*] Seneca Epist. LIII. p. 268. ‘Memor artificii mei veteris, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet.’ Et Epist. LXXXIII. p. 360. ‘Ille tantus psychrolutes,’ (hoc est, *lavator in frigida*, ψυχρολούτης) ‘qui Kalendis Januariis in Euripuni saltabam,’ &c. Eadem est Horatii de se astipulatio, affirmatione, I. Epist. xv. 2. anctore nempe Antonio Musa, qui calidas Baiarum aquas improbat, laudabat inprimis ψυχρολουσίας: ‘Nam mihi Baias Musa supervacuas Antonius, et tamen illis Me facit invisum, gelida cum perluor unda Per medium frigus.’

^w *Anima statim nostra*] Vide Notas et Emend. num. 5.

^x *Ne videatur accessio*] Verbum id

juris instar additamenti est, parvoque solet æstimari, si cum principali re conferatur. Ea voce rursus Plinius utitur XXXIII. 2. ‘Smaragdus teximus calices... aurum jam accessio est.’ Quasi diceret, principalia luxuriæ irritamenta nunc sunt smaragdi gemmæque: aurum, accessorium est. Valer. Max. v. 7. 2. ‘Nec accessor (in quibusdam exemplaribus, ‘accessio’) gloriosæ illius pompæ, sed anctor spectatus est.’

^y *Turba se*] Vulgo id dictum Cæsari Hadriano ascribitur. Verum ex isto Plinii loco, atque ex Dione Cassio, in extrema Hadriani historia, multo esse vetustius intelligimus. Senarius est, ut putant, Menandri Comici: Πολλῶν ἰατρῶν εἰσὸδός μ’ ἀπώλεσεν.

DICORUM PERISSE. Mutatur ars quotidie toties interpo-
lis,⁸ et ingeniorum Græciæ flatu¹⁸ impellimur. Palam-
que est, ut quisque inter istos loquendo polleat,¹⁹ impera-
torem illico vitæ nostræ necisque fieri: ceu vero non
millia² gentium sine medicis degant, nec tamen sine medi-
cina: sicut populus Romanus^a ultra sexcentimum an-
num, nec ipse²⁰ in accipiendis artibus lentus, medicinæ
vero etiã avidus, donec expertam damnavit.

VI. Etenim percensere¹ insignia priscorum in his mori-
bus convenit. Cassius Hemina, ex antiquissimis² auctor
est, primum e medicis venisse Romam Peloponneso
Archagatum Lysaniæ filium, L. Æmilio, M. Livio coss:³^b
anno Urbis DXXXV. eique jus Quiritium^c datum, et taber-

⁸ Interpolata, immutata.

//////////

Dalec. assertio.—17 Chiff. infelix.—18 Vet. Dalec. fastu.—19 Chiff. valeat;
Vet. Dalec. pollet.—20 Codd. Dalec. et Chiff. neque ipse.

CAP. VI. 1 Chiff. recensere.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd.
Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex antiquis Gronov. et vulgg.—3 'Ita bene cod.
Reg. 1. Male cod. Reg. 2. Editio princeps, et eruditus Harduin. in altera
sua editione, L. Livio coss.' Brotier. M. Livio coss. Gronov. Harduin. 1. et
Bipont. Luc. Julio coss. Harduin. 2. (non vero L. Livio, ut citatur a Brotier.)

NOTÆ

² Ceu vero non millia] De Babylo-
niis illud ipsum prodidere Herod. lib.
I. et Strabo lib. XVI. De Bastetanis,
Hispaniæ populis, idem Strabo lib.
III. De Hispanis antiquioribus, Eu-
sebius Hist. Eccl. X. 11.

^a Sicut populus Rom.] Vide quæ
diximus XX. 33.

^b M. Livio coss.] Vide Notas et
Emend. num. 6.

^c 'Quiritium] Vide quæ de Quiri-
tibus diximus ad XVI. 57. Et adde,
pro Quirite, Quirinum dixisse Plu-
tarchum in Numa, p. 61. ubi centum
quingenti Patres ait intra se ita
partitos esse reipublicæ administra-
tionem, ut singuli senis per noctem,
totidemque per diem horis, jus dice-

rent Quirino, καὶ χρηματίζεῖν ἐξ μὲν
ῥῆσας τῆς νυκτὸς, ἐξ δὲ τῆς ἡμέρας Κυ-
ρίνω. Loco Quirini vertit interpre-
s prave. Amyottus Gallice, comme
Souverain: ratus, opinor, legendum
esse κυρίως. Salmasius in Nott. ad
Vopiscum, in Vita Taciti Imp. vo-
cem hanc expungit, quæ sententiam
turbat, inquit, et prorsus alieno
loco insidet. Mutare alius dicitur
Κυρίνω in κύριον ὄντα. Nihil mutan-
dum, cum sit plana sententia: jus
reddidisse quemque Senatorem per
vices cuilibet in urbe Roma genito:
cujus esset jus peculiare, 'jus Qui-
ritium' appellatum, et quem 'Qui-
ritium' pro Quirite Plutarchus vo-
cat.' Ed. sec.

nam in compito Acilio emtam ob id publice.^a Vulnerarium^d eum fuisse e re dictum: mireque⁴ gratum adventum ejus initio: mox, a sævitia secandi urendique, transisse nomen in carnificem,⁵ et in tædium artem omnesque medicos: quod clarissime intelligi potest ex M. Catone, cujus auctoritati⁶ triumphus atque censura minimum conferunt: tanto plus in ipso est.^b Quamobrem verba ejus ipsa ponemus.

VII. 'Dicam de istis Græcis suo loco, Marce fili: quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit illorum literas inspicere, non perdiscere, vincam.^c Nequissimum¹ et indocile genus illorum: et hoc puta vatem dixisse: Quodcumque² ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Tum etiam magis, si medicos suos huc mittet. Jurarunt inter se barbaros necare omnes medicina. Et hoc ipsum mercede faciunt,³ ut fides iis sit, et facile disperdant. Nos quoque dicitant barbaros, et spurcius nos, quam alios opicos,^e appellatione scédant. Interdixi tibi⁴ de medicis.⁷

VIII. Atque hic Cato dev. anno Urbis nostræ obiit, LXXXV. suo, ne quis illi defuisse publice tempora, aut privatim vitæ spatia ad experiendum arbitretur.^d Quid

^a Publico sumtu.

^b Adeo sunt plures alie in eo dotes ac virtutes.

^c Evincam, arguam, demonstrabo.

^d Ne quis aut publice temporum anteauctorum usum Romanis, aut privatim vitæ longioris experientiam Catoni defuisse arbitretur.



Miller. et Franz.—1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cum tradunt fuisse vocatum, mireque* Gronov. et al. vett. *fuisse credunt, mireque* Chiff. —5 Chiff. *in carnifices.*—6 Alii ap. Dalec. *cui auctoritatis.*

CAP. VII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *perdiscere.* *Vincam nequissimum* Gronov. et al. vett.—2 *Quandoque* Chiff.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sed hoc ipsum, &c.* Gronov. et vulgg. *Et hoc ipsum mercedes facient* Chiff.—4 Vet. Dalec. *Interdicit ibi.*

NOTÆ

^d *Vulnerarium*] Qui vulncribus præsertim curandis operam suam addicit: ut ocularium dicimus, qui sanandis oculis.

^e *Opicos*] Rudes, impolitos, simplices, more antiquo. Sic quosdam compellat Gellius II. 21. 'Hic ego ad

nostros juvenes convertor: et, Quid, inquam, vos opici dicitis mihi?' Et Tullius Tiro apud eundem Gellium XIII. 9. 'Non, ut nostri opici putaverunt:?' quam Tironis sententiam Plinius XVIII. 66. 'quod nostri . . . imperitia appellavere,' reddidit.

ergo ? damnatam ab eo rem utilissimam credimus ? Minime hercules : subjicit enim qua medicina et se et conjugem usque ad longam senectam perduxerit, iis ipsis scilicet, quæ nunc nos tractamus.^{1 f} Profiteturque esse commentarium sibi, quo medeatur filio, servis² familiaribus, quem nos per genera usus sui digerimus.^e Non rem antiqui damnabant,^f sed artem. Maxime vero^g quæstum esse immani³ pretio vitæ,^g recusabant. Ideo templum Æsculapii, etiam cum reciperetur is Deus, extra Urbem^h fecisse, iterumque in insula,ⁱ traduntur. Et cum Græcos Italia pellerent, diu post Catonem, excepisse medicos.^{h j} Augebo^k providentiam⁺ illorum. Solam hanc artium Græcarum nondum exercet Romana gravitas in tanto fructu, paucissimi Quiritium⁵ attingere, et ipsi statim ad Græ-

^e Per genera morborum, in quibus plurimus usus illius est.

^f Non medicamenta per se damnabant.

^g Immani pretio licere hominum vitam nolebant.

^h Nominatim appellasse Medicos cum ceteris Græcis Urbe pellendos.



CAP. VIII. 1 Cod. Dalec. *trademus*; Dalec. *tractamus*; Gronov. et vulgg. ante Harduin. *tractemus*. Chiff. *quæ nunc nostra scitamus*.—2 Vet. Dalec. *servisque*. Mox, Vet. Dalec. *quæ nos, &c. disseremus*; Chiff. *quem nos, &c. digerimus*.—3 Vet. Dalec. *immanem*; Chiff. *manipretio*. Mox, *recusabat* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Vet. Dalec. *prudentiam*.—5 Chiff. *fructu*. Qui-

NOTÆ

^f *Quæ nunc nos tractamus*] In Reg. 1. *quæ nunc nostredamus*. In Reg. 2. et Chiff. *quæ nunc nostra scitamus*.

^g *Maxime vero*] In Reg. 2. cod. *Maxime vero quæstum esse manipretio vitæ recusabant*: hoc est, æstimata pretio vita, vel accepto pro vita pretio. Credo sincerius id elegantiusque.

^h *Extra urbem*] Hujus consilii causas investigat Plutarchus in Quæst. Rom. p. 286.

ⁱ *Iterumque in insula*] P. Victor, in Descript. Urbis Romæ, regione xiv. quæ trans Tiberim: 'In insula ædes Jovis, et Æsculapii, et ædes Fanni.' Festus: 'In Insula Æsculapio facta

ædes fuit, quod ægroti a Medicis aqua maxime sustententur.'

^j *Excepisse medicos*] Excipere hoc loco, non est demere, secernere, vel eximere numero: sed nominatim cavere. Cujus significationis exempla plurima in Jureconsultis occurrunt: atque in ipso Cic. ad Q. Frat. 1. 1. 'Nominatimque lex exciperet, ut ad templum monumentumque nostrum capere liceret.'

^k *Augebo*] Mandabo, inquit, literis Latinis, quæ Medici ad hunc diem Græcis. Ita fiet, ut illis facile careamus: provideantque Romani magis, ne sese in Urbem peregrinitas ea infundat.

cos transfugæ:¹ immo vero auctoritas aliter quam Græce eam tractantibus, etiam apud imperitos expertesque linguæ, non est. Ac minus credunt, quæ ad salutem suam pertinent, si intelligunt. Itaque hercule in hac artium sola evenit, ut enicumque medicum se professo⁶ statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio majus. Non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. Nulla præterea lex, quæ puniat inscitiam: capitale nullum exemplum⁷ vindictæ. Discunt periculis nostris, et experimenta per mortes agunt: medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est. Quinimmo transit convicium,⁸ et intemperantia culpatur: ⁱ ultroque qui periere arguuntur. Sed decuriæ^m pro more censuris principum examinantur:^j inquisitio per parietes⁹ agitur: et qui de nummo^o judicet, a Gadibus columnisque Herculis arcessitur:¹⁰ de exilio^p vero non nisi XLV. electis¹¹ vi-

¹ *Quinetium transit a medicis convicium in ægrotos ipsos: horum intemperantia culpatur.*

^j *Sed iudices, qui sunt in decuriis allegendi, mos est a principibus examinari, qui censuram exercent.*

//////////

ritium paucissimi. Mox, ad Græcos transfugere cod. Dalec.—6 Cod. Dalec. *se profletenti.*—7 Chiff. *inscitiam eam: capitale nullum exemplum.*—8 Vet. Dalec. *in convicium.*—9 Vet. Dalec. *per parentes; alii vett. per partes.*—10 ⁴ Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.⁷ Brotier. Ita quoque Chiff. *arcessitur Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.*—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd.

NOTE

¹ *Ad Græcos transfugæ]* Quoniam, spreto Latino sermone, Græce etiam homines Romani scripserunt, ut Sextius Niger, aliique.

^m *Sed decuriæ]* De iudicium decuriis, xxxiii. 7.

^a *Inquisitio per parietes]* Non per singulas duntaxat domos de iudicium moribus inquiritur, explorantibus certis hominibus quid in quaque domo agatur, sed et auriti mittuntur emissarii, qui vel per ipsos parietes candidatorum sermones excipiant, subsausculentque. Vide Notas et Emend. num. 7.

^o *Et qui de nummo]* De levissimis

pecuniæ summis, nedum de vita et capite civium. Seneca de Ira iii. 33. 'Evocati e longinquis regionibus iudices sedent, iudicaturi utrius justior avaritia sit.' Mittuntur, inquit, in cujusque patriam, qui explorent qua fama et existimatione sint, quam municipibus suis probati: non enim tantum ex Urbe capiuntur et Italia, sed ex omnibus evocantur imperii partibus, qui de pecunia iudicent non magna.—'Cornelium Balbum hoc loco indicat, Gadibus natum, de quo idem agit, v. 5. vii. 44.' *Ed. sec.*

^p *De exilio]* Datur tabella, hoc est, iudicium permittitur. Iudices, in-

ris datur tabella. At de iudice ipso quales in consilium eunt, statim occisuri? Merito, dum nemini nostrum libet scire quid salutis suæ opus sit. Alienis pedibus^q ambulamus: alienis oculis^r agnoscimus: aliena memoria^s salutamus: aliena vivimus opera.^t Perieruntque rerum naturæ pretia, et vitæ argumenta.^{k u} Nihil aliud pro nostro habemus, quam delicias.

Non deseram¹² Catonem tam ambitiosæ artis invidiæ a me objectum, aut senatum illum, qui ita censebat: idque non criminibus artis arreptis, ut aliquis expectaverit. Quid enim venenorum¹³ fertilius,ⁱ aut unde plures testamentorum insidiæ? Jam vero et adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi^v in Livia Drusi Cæsaris: item

^k Instrumenta.

¹² Non relinquam Catonem, quem obijci invidiæ medicorum, non deseram Senatam, qui ita censuit, pellendos Italia Medicos: neque tamen quod Medicis male velim, crimina artis illius cansabor, ut aliquis facturum me facile crediderit: nec immerito fortassis: nam quæ ars venenorum fertilior, &c.

//////////

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. non nisi die XL. quinque electis Gronov. et al. vett. non nisi de XLV. electis Fr. Juret. Not. ad Symmach. Ep. 1. p. 85.— 12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Non deseram Gronov. et vulgg. Mox,

NOTÆ

quit, de tabella, deliberatione prius domi habita: Medici statim. Iudices electi XLV. vel de eo ordine ac numero aliquot: Medici qualescumque sine delectu. Iudices, quamvis de exilio tantum dicturi: Medici occisuri. Iudices, de reo ac facinoroso: Medici de iudice ipso ac Prætoris pronuntiaturi. Vide Notas et Emendationum, 8.

^q Alienis pedibus] Leticariorum.

^r Alienis oculis] Anagnostarum, sive lectorum.

^s Aliena memoria] Nomenclatorum. Habebant præsertim candidati comites, qui memoriter vocare unumquemque scirent, et occurrentium civium nomina suggererent, quos illi deinde honorifice salutarent.

^t Aliena . . . opera] Medicorum.

^u Vitæ argumenta] Argumenta vitæ appellat ea omnia, quibus vitæ incolumitas continetur: unde his voluminibus medicinas repetit. Horum jacere pretia, cognitionem negligi ab hominibus, jure queritur.

^v Eudemi] Eudemus Livie Drusi a Sejano corruptæ medicus, et ipse ejusdem criminis reus, Tiberii principatu floruit. Tacit. Annal. 14. pag. 98. 'Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Livie, specie artis frequens secretis,' &c. Alius ab isto Eudemus medicus ejus Galenus meminuit. Livia, quæ et Livilla Suetonio, Drusi conjux, ejus qui Tiberii Imp. filius: Drusi Neronis filia, ejus videlicet, qui ejusdem Tiberii frater fuit, eademque Germanici Cæsaris et Claudii Imp. soror.

Valentis, in qua dictum est ^w regina. Non sint artis ista, sed hominum. Non magis hæc Urbi timuit Cato, ut equidem credo, quam reginas.^{m x} Ne avaritiam quidem arguam, rapacesque nundinas pendentibus ^{n 14} fatis, et dolorum indicaturam,^{o y} ac mortis ^z arrham, aut arcana ^a præcepta. Squamam in oculis emovendam ^{15 b} potius, quam extrahendam: per quæ effectum ^c est, ut nihil magis prodesse videretur, quam multitudo grassantium. Neque enim pudor, sed æmuli pretia summittunt.^p Notum est ab eodem Charmide unum ægrum ex provincialibus H-S. ducentis ^d

^w Non sint sane ista imputanda arti, sed improbitati hominum potius. Nec videtur hæc causa Catoniani odii. Neque enim, credo, magis hæc adulteria cum reginis timuerit urbi Cato, quam reginas ipsas: nec minus Reip. malum regina, quam familiæ principis adulterium.

ⁿ Dum mors instat.

^o Estimationem.

^p Pretia medicamentorum et operæ suæ minuunt.

//////////

jam ambitione Chiff. — 13 Cod. Dalec. veneno. — 14 Vet. Dalec. impendentibus.

NOTE

^w In qua dictum est] In Messalina, de qua dictum est cap. 5.

^x Non magis . . . quam reginas] Vide Notas et Emend. num. 9.

^y Et dolorum indicaturam] Indicatura, ut diximus in Præf. ad Vespas. æstimatio, pretium, taxatio est. Indicare venditium verbum est, ut mercari ac liceri emtoris. Plautus in Persa, IV. 4. 25. 'To. Hanc eme, atque ausculta mihi. Po. Modo ut sciam, quanti indicet.' Et vs. 37. 'SA. Indica, fac pretium. Po. Tua merx est: tua indicatio est.' Iterumque vs. 109. et 112. Igitur 'indicatura dolorum' taxatio est sic fere fieri solita: Levare hoc genere morbi cupis? Tantum dabis. Isto? tantum.

^z Ac mortis] Mortis arrham eleganter vocat id quod veluti pignus pretii numerandi medico datur, statim occisuro.

^a Aut arcana] Medicamenta, quæ non nisi ingenti pretio evulgantur, aut

communicantur.

^b Emovendam] Deorsum pellendam acu, unde subire sursum possit adhuc, et medici operam iterum flagitare.

^c Per quæ effectum] Quanquam medici, inquit, multa Romæ artis suæ licentia nefarie admitterent, potius tamen esse cæpit ut plures essent, quam ut pauci. Cum enim pauci olim essent, pretia immodica aut stipulabantur ab ægris, aut quovis modo exprimebant. Neque enim deterrentur pudore, ut immensis mercedibus abstineant, sed mutua, ut fit, æmulatione, minoris operas suas addicere tum cœperunt, cum multi eandem exercere artem.

^d H-S. ducentis] Sestertiis ducentis, sive, quod idem est, ducentis sestertium millibus: hoc est, monetæ Gallicæ, ut nunc res sunt, libris 20000.

reconductum :⁷ ¹⁶ Alconti vulnerum medico^e H-S. C.^f damnato ademisse Claudium principem. Eidemque in Gallia exulanti, et deinde¹⁷ restituto, acquisitum non minus intra paucos annos. Et hæc personis imputentur. Ne sæcem quidem aut inscitiam ejus turbæ arguamus, ipsorum intemperantiam¹⁸ in morbis, aquarum calidarum diverticulis :^g imperiosam inediam, et ab iisdem deficientibus cibos sæpius die ingestos, mille præterea^h pœnitentiæ modis, culinarum etiam præceptis et unguentorum mixturis, quando nullas omisere vitæ illecebras. Invehi peregrinas merces, conciliarique externa pretia,¹⁹ ⁱ displicuisse majoribus crediderim equidem : non tamen hoc Catonem providisse, cum damnaret artem. Theriace^j vocatur excogitata compositio luxuriæ. Fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura, quæ singula sufficerent. Mithridaticum²⁰ ^k antidotum ex rebus LIV. componitur, interim nullo pondere æquali, et quarundam rerum sexagesima²¹ denarii

⁷ Iterum conductum.

//////////

--15 Vet. Dalec. *remorendam*; al. vett. *amovendān*.—16 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *conductum* edd. vett. et Gronov.—17 Harduin. 2. Miller. et Franz. *exulanti, deinde*, omisa conjunctione.—18 Vet. Dalec. *ipsorumque intemperiem*; Gronov. et al. ante Harduin. *ipsorumque intemperantiam*.—19 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *exempto pretio* Vet. Dalec. *extrema pretia* Gronov. et al. vett.—20 *Mithridaticum* Chiff.—21 Vet. Dalec. *parte sexagesima*.—

NOTÆ

^e *Vulnerum medico*] Chirurgo, seu vulnerario medico.

^f *H-S. C.*] Hoc est, sestertium centies : id enim superposita lineola signat : simulque admonet, centena milia subintelligi oportere. Sunt porro sestertium centies, qua summa pecuniæ multatus Alcon a Claudio dicitur, Gallicæ monetæ, libræ 1000000. Millionem vulgo vocant.

^g *Diverticulis*] Diverticula eleganter appellat, cum per tot medicamentorum et balnearum anfractus flexionesque valetudo quaeritur, quæ simplice via parari commode potest.

^h *Mille præterea*] Cum mille modis

priora errata corrigunt, novisque enumerant.

ⁱ *Externa pretia*] Pretia rerum externarum. Ipse xxiv. 1. 'Statim compositiones et mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio aestimantur : ulcerique parvo medicina a Rubro mari impuntatur, &c.

^j *Theriace*] *Θηριακῆ*, medicamentum contra venenata : de cujus confectione dictum est xx. 100.

^k *Mithridaticum*] Mithridaticum antidotum, quod a Celso describitur v. 23. rebus duntaxat sex et triginta componitur. Apud Galenum de Antid. II. 9. omnino XLIV.

unius imperata. Quo Deorum perfidiam istam monstrante? Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. Ostentatio artis et portentosa scientiæ venditatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam novere. Comperique¹ vulgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi, inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Verum hæc ad singulorum salutem pertinent. Illa autem, quæ timuit Cato, atque providit, innocentiora multo et parva opinatu,²² quæ procures artis ejus de semet ipsi fateantur.²³ Illa perdidere imperii mores, illa quæ²⁴ sani patimur, luctatus, ceromata,^m ceu valetudinis causa instituta: balineæ ardentes,ⁿ quibus persuasere in corporibus cibos coqui, ut nemo non minus validus exiret, obedientissimi vero efferrentur.⁷ Potus deinde jejunorum^o ac vomitiones, et rursus perpotationes,²⁵ ac pilorum eviratio instituta resinis eorum:^p itemque pectines^q in fœminis²⁶ qui-

⁷ Extincti vapore balinearum efferrentur ad rogum.

22 Chiff. opinato.—23 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ejusdem in semet-ipsis fateantur* Gronov. et al. vett.—24 Vet. Dalec. mores, quæ. Mox, seu valetudinis Gronov.—25 Vet. Dalec. superpotationes.—26 Præpositio in deest

NOTÆ

¹ Comperique] Vide quæ dicturus est inferius xxxiii. 38. et 39. Et hunc medicorum errorem Diosc. prodidit, v. 169.

^m Luctatus, ceromata] De ceromate, oleove, quo luctatores ungebantur, diximus xxviii. 13. Ideo vero ungebantur, ut membra emollita sine illius rapturæ periculo labores sustinerent: quod Lucianus *περὶ γυμνασίων* sic fere prodit: *Χρίομεν ἐλαίῳ (τὰ σώματα) καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτόνωτέρα γίγνονται, κ. τ. λ.* Negat ergo Plinius hæc fuisse quondam valetudinis causa instituta, sed luctæ potius et exercitationis.

ⁿ Balineæ ardentes] Ut eruditatem deponerent, caldariis utebantur. Horat. i. Epist. vi. 61. 'Crudi tumidi-
Delph. et Var. Clus.

que lavemur.' Juvenalis Sat. i. 143. 'Et crudum pavonem in balnea portas.' Vide quæ diximus xiv. 28.

^o Potus jejunorum] De his Seneca Epist. cxxii. 'Isti non videntur tibi contra naturam vivere, qui jejuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis, et ad cibum ebrii transeunt? . . . Merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad nervos: illa ebrietas juvat, quæ in vacuum venit.'

^p Resinis eorum] Glabros et depiles reddebant olim viros molliores, adolescentesque, picis illitu, vel resinæ. Unde apud Juvenal. Sat. viii. 114. 'Resinata juvenus.' Vide Constant. in Lexico, verbo *Πιττώω*. Eviratio porro a Plinio appellatur, quo-
Plinius.

dem publicati.^{sr} Ita est profecto: lues²⁷ morum, nec aliunde major quam e medicina, vatem prorsus quotidie facit Catonem, et oraculum: 'Satis esse ingenia Græcorum inspicere, non perdiscere.'

Hæc fuerint dicenda pro senatu illo, sexcentisque populi Romani annis, adversus artem, in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt: simul contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa 'non putant. Neque enim dubitaverim aliquibus fastidio futura, quæ dicentur animalia: at non Virgilio^s fuit²⁸ nominare formicas nulla necessitate, et curculiones, ac lucifugis congesta cubilia blattis: non Homero^t inter prælia Deorum improbitatem muscæ describere: non naturæ gignere ista, cum gignat hominem. Proinde causas quisque et effectus, non res, æstimet.

IX. Ordinemur autem a confessis,¹ hoc est, lanis ovisque, ut obiter rebus præcipuis honos imprimis perhibeatur. Quæ-

^s Medicorum oculis expositi.

^t Inmani pretio ex alio orbe quæsitæ remedia.



in Vet. Dalec.—27 *Ista profecto lues margo* edd. Dalec. et Gronov.—28 *Codex antiquus, nefas fuit.*

NOTÆ

niam virilitatis signum est et indicium pili. Julius Capitolin. in Pertinace, pag. 56. 'vasa Samnitica' Commodi Imp. memorat, 'calectandæ resinæ ac piei devellendis hominibus ac lævigandis.'

¹ *Itemque pectines*] Pecten in fœminis locus est ubi pili apud verenda nascuntur. Juvenal. Sat. vi. 'Inguina traduntur medicis jam pectine nigro.' Et hos pariter depilabant, Martiali teste, xii. 32. 'Nec plena turpi matris olla resina, Summœnianæ qua pilantur uxores.'

^r *Publicati*] Vel medicis, ut diximus: vel cum in publico matrona transluet, ut dictum est vi. 20. Vide quæ tum ibi, tum xi. 26. in Notis

adjecimus.

^s *Virgilio*] De curelionie Georg. i. 186. De blattis lib. iv. ejusdem operis, vs. 243.

^t *Homero*] Iliad. P. 570. Καί οἱ μύλης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνήκεν, ἦτε, καὶ εἰργομένη μάλα περ χροδὸς ἀνδρομέοιο, Ἰσχανάα δακείειν, λαρόν τε οἱ αἶμα' ἀνθρώπου. *Et ei muscæ audaciam in pectoribus inmisit, quæ, quamvis impulsæ frequenter a corpore humano, mordere appetit, dulcisque illi sanguis hominis est.* Affert hic Dalecampius Homeri locum a proposito omnino alienum.

^a *Post millesimum*] Certum annorum numerum pro incerto ponit. Diversas veterum sententias de phœnicis reversione attulimus x. 2.

dam etiam sic alienis² locis, tamen obiter, dici necesse erit. Nec deerat³ materiæ pompa, si quicquam aliud in-
tueri liberet, quam fidem operis.^a Quippe inter prima pro-
ditis etiam ex cinere phœnicis nidoque medicinis, ceu vero
id certum esset, atque non fabulosum. Irridere est, vitæ
remedia post millesimum^a annum reditura monstrare.

(11.) Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam
hâbuere, postes a nubentibus attingi⁴^b jubentes. Præter-
que cultum et tutelam contra frigora, succidæ^b^c plurima
præstant remedia ex oleo vinoque, aut aceto, prout quæque
mulceri morderive opus sit, et astringi, laxarive, luxatis
membris, dolentibusque nervis impositæ, et crebro suffusæ.
Quidam etiam salem⁵ admiscent luxatis. Alii cum lana
rutam tritam adipemque imponunt. Item contusis tumen-
tibusque. Halitus quoque oris gratiores facere traditur,
confricatis dentibus^d atque gingivis, admixto melle. Pro-
dest et phreneticis^e suffitu. Sanguinem^f in naribus sistit

^a Quam ut fidem opus obtineat.

^b Recens tonsæ.

CAP. IX. 1 Vet. Dalec. concessis.—2 Ita codd. Harduini et Cliff. cum
edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. etiam si alienis Gronov. et vulgg.—3 Nec
desse cod. Dalec.—4 Lipsius ea cingi.—5 Quidam et salem cod. Dalec.—

NOTÆ

^b Postes a nubentibus attingi] Vide
Notas et Emend. num. 10.

^c Succidæ] Unde succida lana ap-
pellata sit, Varro docet, lib. 11. de Re
Rust. cap. ult. his verbis: 'Tonsuræ
tempus inter æquinoctium vernum et
solstitium, cum sudare inceperint
oves: a quo sudore recens lana tonsa
succida est appellata.' A succo alii
deduci malunt. Et 'succida vellera'
dixit Martial. xi. 28. 'Succida palli-
olo vellera quinque petit.' Hæc por-
ro totidem enim Plinio verbis habet
Diosc. 11. 82. Ἐρια οἰσπηρὰ . . . ἀρ-
μόζοντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τραύματα, θλάσ-
ματα, ἀποσύρματα, πελιώματα, ὀστῶν
κατάγματα, βρεχόμενα ὕξει καὶ ἐλαίῳ ἢ
οἴνῳ. Lanæ succidæ subveniunt inter

initia vulneribus, contusis, desquamatis,
lividis, et ossium fracturis, aceto, et oleo,
aut vino imbutæ.

^d Confricatis dentibus] Et horum
quoque candori conferre haud parum
succidam lanam melle illitam, si per-
fricentur, auctor est Marcellus Em-
pir. cap. 13. p. 97.

^e Prodest et phreneticis] Plinius Va-
ler. 11. 9. Serenus cap. 8. de phrene-
si, p. 129. 'Illotis etiam lanis suffire
memento Cerritum,' &c. Cerritus
dicitur, quasi Cereris, Atticis Δημη-
τριακός, quasi Cereris ira et larvarum
incurusione animo vexatus. Hæc vox
Horatio nota, Plauto maxime fami-
liaris. At non phreneticis modo, sed
et lethargicis, (qui morbus phrenesi

cum oleo rosaceo: et alio modo indita⁶ auribus obturatis spissius. Quin et ulceribus⁸ vetustis imponitur cum melle. Vulnera^h ex vino, vel aceto, vel aqua frigida et oleo expressa sanat. Arietis velleraⁱ lota frigida ex oleo madefacta in muliebribus malis inflammationes vulvæ sedant. Et si procidant, suffitu reprimunt. Succida lana^j imposita subditaque mortuos partus evocat.⁷ Sistit etiam profluvia earum.⁸ At canis^k rabiosi morsibus inculcata post diem septimum solvitur. Reduvias^l sanat ex aqua frigida. Eadem nitro,^m sulfure, oleo, aceto, pice liquida ferventibus⁹ tincta, quam calidissima imposita bis die, lumborum dolores sedat. Sanguinem sistit¹⁰ ex ariete succida, articulos extremitatumⁿ præligans. Laudatissima omnis e collo:



6 Cod. Dalec. et alio modo indito.—7 Succidæ lanæ, &c. crocant Chiff.—8 Cod. Dalec. vulvarum.—9 Chiff. fervescentibus.—10 Sistit et sanguinem

NOTE

contrarius est,) prodesse suffitu lanam succidam auctor est Celsus III. 20. qui hanc inter ea annumerat quæ odore fædo movent sic affectos.

^f *Sanguinem*] Vide Notas et Emend. num. 11.

^g *Quin et ulceribus*] Plinius Valer. III. 22.

^h *Vulnera*] Plinius Valer. III. 20. et Q. Serenus cap. 'de vulneribus quibuscumque,' &c.

ⁱ *Arietis vellera*] Sextus Platon. c. 6. de ariete, tit. 2. 'Ad locorum dolorem: 'Lana ejusdem nigra intincta in aqua, deinde in oleo, et supposita locis, dolorem tollit. Et suffumigata ante prolapsam vulvam reprimat.'

^j *Succida lana*] Q. Serenus c. 35. p. 148. 'Menstruus immenso si profluit impete sanguis, Succida lana malos remoratur subdita cursus: Mortua quin etiam producit corpora partu.'

^k *At canis*] Plinius Valer. III. 50.

^l *Reduvias*] Quas Græci, ut alibi

diximus, *παρωνυχίας*, et Plinius ipse passim appellat. Theod. Priscianus I. 30. 'Paronychiae in initiis lana ex aqua infusa imposita curantur, eaque frigidiore frequentius irriganda erunt.'

^m *Eadem nitro*] Totidem verbis Marcellus Empir. c. 25. p. 171. Plinius Valer. II. 36. et Q. Serenus c. 26. p. 141. 'Cum sævit penitis hærens injuria lumbis, Aut pice cum molli nitrum, sulfurque, et acetum Succida lana rapit contacta calentibus iisdem: Proderit hanc agris crebro perducere membra.'

ⁿ *Articulos extremitatum*] Extremitates corporis, ut dictum est XXVIII. 17. perstringendo. Celsus IV. de tussi: 'Si ex faucibus interioribusve partibus sanguis processit . . . imponenda extrinsecus supra id quod dolet lana succida ex aceto est, et id spongia subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoque, et femora, brachiaque pluribus locis deligabat. Id Asclepiades adeo non

natione vero Galatica, Tarentina, Attica, Milesia. Succidam imponunt^o et desquamatis, percussis, lividis, incussis, collisis, contritis, dejectis, capitis et aliis^p doloribus, stomachi inflammationi, ex aceto et rosaceo. Cinis ejus illinitur attritis, vulneratis, ambustis. Et in oculorum^q medicamenta additur: item in fistulas, auresque suppuratas.^r Ad hæc detonsam^s eam, alii evulsam,¹¹ decisis summis partibus siccant, carpuntque, et in fictili crudo^t componunt, ac melle perfundunt, uruntque.¹² Alii assulis^u tædæ subjectis, et subinde interstratis, oleo aspersam accendunt, cineremque in labellis^{c v} aqua addita confricant manu, et considerare patiuntur, idque sæpius mutantes aquam, donec linguam astringat leniter, nec mordeat. Tunc cinerem reponunt.^d Vis ejus septica est,¹³ efficacissimeque genas^e purgat.

X. Quin ipsæ sordes^a pecudum, sudorque feminum, et

^c In vasculis.

^d Recondunt.

^e Palpebras.

Chiffi.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *alii vero evulsam* Gronov. et vulgg.—12 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Diosc. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *utrumque* Gronov. et al. vett.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *smectica est*, e Diosc.

NOTE

prodesse, ut etiam inimicum esset, proposuit. Sed id sæpe commode respondere, experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est: sed sat est infra inguina et super talos, summosque humeros, etiam brachia.⁷

^o *Succidam imponunt*] Hæc pariter Diosc. II. 182.

^p *Capitis et aliis*] Marcellus Empir. c. 1. p. 37. ad capitis dolores: 'Lanam oviculæ de inter femora velles, et combures, et in aceto intingues, et super tempora dolentis ligabis. Lanam arietis de fronte velles, atque ex aceto fronti illines.' Vide etiam Diosc. II. 82. ubi hæc verbis totidem extant.

^q *Et in oculorum*] Diosc. II. 83.

^r *Auresque suppuratas*] Marcellus Empir. c. 9. p. 79.

^s *Ad hæc detonsam*] Totidem verbis Diosc. II. 83.

^t *In fictili crudo*] Non cocto, ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, Diosc. loc. cit.

^u *Alii assulis*] Diosc. loc. cit. Σχίδακας δαδίων ἰσχνὰς, καὶ ἔρια ἐναλλάξ, κ. τ. λ. *assulas tenues, et lanas vicissim intersternunt, &c.* Assula, vel astula, ut alibi diximus, pars est ligni concisi minuta. Egimus de ea voce XVI. 23.

^v *In labellis*] Diosc. ἐν κεραμέφ κρατῆρι, in vase fictili. 'Labellum fictile novum impleto paleis,' inquit Columella XII. 43. hoc est, vas fictile.

^a *Quin ipsæ sordes*] Hæc deinceps totidem verbis Diosc. II. 84. Οἶσπος

alarum, adhærentes lanis, (œsypum vocant,) innumeros prope usus habent. In Atticis ovibus genito palma. Fit pluribus modis: sed probatissimum,^b lana ab his partibus^c recenti concerpta, aut quibuscumque sordibus succidis primum collectis, ac lento igni in æneo^{1d} suffervectis, et refrigeratis, pinguique quod supernatet² collecto in fictili vase, iterumque decocta priori materia: quæ pinguitudo utraque frigida aqua lavatur, et in linteo saccatur,^{f3e} ac Sole torretur, donec candida fiat ac translucida. Tum in stannea pyxide conditur. Probatio^f autem, ut sordium virus oleat, et manu fricante ex aqua non liquetur, sed albescat ut cerussa. Oculis^g utilissimum contra inflammationes, genarumque^h callum. Quidam in testaⁱ torrent, donec pinguitudinem⁴ amittat, utilius tale existimantes erosis et duris genis, angulis scabiosis^h et lacrymantibus. Ulcera^j

f Percolatur. *g* Palpebrarum. *h* Palpebris, angulis oculorum scabiosis.

//////////

CAP. X. 1 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ac lento i. in æneo vase* Gronov. et vulgg. *et lento, §c.* al. ap. Dalec.—2 Chiff. *superjacet.*—3 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *siccatur* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

δὲ λέγεται τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος, ὃ κατασκευάσεις οὕτω. (Æsypum dicitur, e succidis lanis collecta pinguitudo, quam sic præparabis, §c.

^b *Scd probatissimum*] Et hunc modum affert Diosc. loc. cit. Item auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tomo XIII. operum Galeni, p. 1003. 'Æsypum,' inquit, 'est quasi sordes et succus lanarum succidarum, quod hæc ratione colligitur. Lanæ succidas sordidissimas, et jam mox detonsas, mittimus in vas quod habeat calidam aquam: et aquam succendimus, ut aliquantulum ferveat: deinde refrigeramus: et quod supernatet in modum pinguedinis, abradimus manu, et in vase stanneo absterimus: et sic ipsum vas aqua pluviali implemus, et iursus delimpidamus: et tunc

œsypum reponimus.'

^c *Lana ab his partibus*] A feminibus et aliis.

^d *In æneo*] Subintellige, *vase*: neque enim hanc vocem probatæ fidei codices habent.

^e *Et in linteo saccatur*] Per colum transmittitur. Vide Notas et Emend. num. 12.

^f *Probatio*] Totidem verbis Diosc. 11. 84.

^g *Oculis*] Dioscor. loco citato.

^h *Genarumque*] Diosc. Ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς βλέφαρα τετυλωμένα καὶ τριχορροῦντα. *Ad palpebras callosas, et ciliorum defluxio laborantes.* Marcellus Empir. c. 8. p. 70.

ⁱ *Quidam in testa*] Diosc. loc. cit. ad verbum.

^j *Ulcera*] Vide Notas et Emend.

non oculorum modo sanat, sed oris etiam et genitalium, cum anserino adipe. Medetur^k et vulvæ inflammationibus, et⁵ sedis rhagadiis, et condylomatis cum meliloto ac butyro. Reliquos usus ejus suo loco digeremus. Sordes quoque^l caudarum concretæ in pilulas, ac siccatae per se, tusæque in farinam, et illitæ dentibus mire prosunt, etiam labantibus: gingivisque, si carcinoma serpat. Jam vero pura vellera, aut per se imposita cæcis doloribus,^m aut accepto sulfure: et cinis eorum, genitalium vitiis. Tantumque pollent, ut medicamentis quoque superponantur. Medentur ante omnia et pecori ipsi, si fastidio non pascatur. Cauda enim quam arctissime præligata, evulsa inde lana statim vescuntur. Traduntque quod extra nodum sit e cauda præmori.

XI. (III.) Lanæ habentⁿ et cum ovis societatem simul fronti impositæ contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu radícula^o esse curatas, neque aliud, quam candidum ex ovo infundi, ac pollinem thuris. Ova per se^p infuso candido oculis epiphoras cohibent, urentesque refrigerant. Quidam^q cum croco præferunt, et pro aqua miscent collyriis. Infantibus vero contra lippitudines vix aliud reme-



pinguetudinem Gronov. et vulgg.—5 *Conjunctio et deest* in edd. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.

NOTÆ

num. 13.

^k *Medetur*] Dioscor. pariter loco citato.

^l *Sordes quoque*] Q. Serenus c. 15. de dentium et oris vitiis, p. 134. 'Si vero infandum proserpit ad intima vulnus, Aut tu sume pilam, quæ caudis hæret ovinis; Hæc siccata dabit molles, et fracta, farinas; Hujus et attritis tetrum mulcebitur ulcus.'

^m *Cæcis doloribus*] Internarum partium, vel quorum causa ignoratur. Idem Plinius c. 13. cum 'cæcos aut subitos dolores' dixit, cæcos interpretari subitos videtur.

ⁿ *Lanæ habent*] Plinius Valer. 1. 14. 'Lana carminata cum albo ovi, et thuris polline, fronti applicatur, contra epiphoras oculorum.'

^o *Radicula*] Herba, quæ lavandis lanis succum habet. De ea antea egimus XIX. 18.

^p *Ova per se*] Diosc. II. 55. totidem verbis Plinius Valer. 1. 14. 'Ovi album infusum oculis epiphoras curat, et uredines mitigat.' Item Sextus Platonius II. 9. de gallina, tit. 1.

^q *Quidam*] Marcellus Empir. c. 8. p. 67.

dium est,¹ butyro admixto recenti. Eadem cum oleo¹ trita ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis. Candido ovorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco trito admixtoque. Et vari in facie cum pincis nucleis ac melle modico.² Ipsa facies³ illita Sole non aduritur. Ambusta⁴ aquis^a si statim ovo occupentur, pusulas³ non sentiunt. Quidam admiscent farinam hordeaceam, et salis parum. Ulceribus vero^u ex ambusto cum candido ovorum tostum hordeum, et suillo adipe, mire prodest. Eadem curatione ad sedis vitia utuntur: infantibus quidem, etiam si quid ibi procidat.⁴ Ad pedum rimas ovorum candido decocto cum cerussæ denariorum duum pondere, pari spumæ argenti, myrrhæ exiguo, deinde vino. Ad ignem sacrum,^v candido ovorum trito cum amylo. Aiunt et vulnera candido glutinari, calculosque pelli. Lutea ovorum^w cocta ut indurescant, admixto croco modice, item melle et lacte mulieris illita, dolores oculorum mitigant. Vel cum rosacco^x et mulso lana oculis imposita, vel cum trito apii

^a *Quæ sunt aqua ferventi adusta.*



CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *remedium convenientius est.*—2 Chiff. *ac melle mixto*; Vet. Dalec. *ac melle modico tollantur.*—3 Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

¹ *Eadem cum oleo*] Sextus Platon. loc. cit. tit. 3. ‘Ad ignem sacrum.’ ‘Ovo crudo liniens corpus, ubi fervor fuerit, et desuper folium betæ impones: miraberis sanitatem.’ Sic etiam Plinius Valer. III. 34. ad verbum.

² *Ipsa facies*] Diosc. II. 55. τὸ δὲ λευκὸν αὐτοῦ . . . πρόσωπά τε ἀνεπίκουστα τηρεῖ. Seneca in eam sententiam apposite, Epist. CXXIII. p. 515. ‘Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne Sol, ne frigus teneram cutem lædat. Turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret.’

⁴ *Ambusta*] Totidem verbis Diosc.

loc. cit. Κατακάματα οὐκ ἐὰ φλυκταίνεσθαι παραχρῆμα ἐπιχρισθέν. *Ambustis confestim illitum pusulas erumpere prohibet.* Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 309.

^u *Ulceribus vero*] Q. Serenus c. 61. de combusturis, p. 162. ‘Hordea vel franges, atque ovi candida junges: Adsit adeps porcæ: mira est hæc forma medelæ.’

^v *Ad ignem sacrum*] Vide Notas et Emend. num. 14.

^w *Lutea ovorum*] Ita fere Dioscor. II. 54.

^x *Vel cum rosacco*] Plinius Valer. I. 14.

semine, ac polenta in mulso illita. Prodest et tussientibus per se luteum devoratum liquidum, ita ut dentibus non attingatur: thoracis^y destillationibus, faucium scabritiæ. Privatim^z contra hæmorrhoidum morsum illinitur, sorbeturque crudum. Prodest et renibus,^a vesicæ rosionibus exulcerationibusque, et cruenta exscreantibus. Quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis, cum cinere^b putaminis sui, et papaveris succo ac vino.⁵ Dantur cœliacis^c cum uvæ passæ pinguis pari pondere, et malicorii,⁶ per triduum æquis portionibus. Et alio modo^d lutea ovorum trium, lardi⁷ veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus, trita ad crassitudinem mellis, et cum opus sit, avellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto. Sic et lientericis.^{8 e} Sanguinem autem rejicientibus, cum tribus cyathis musti. Utuntur iisdem ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Sistunt et menses^f



pustulas.—4 Chiff. procedat.—5 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum jure p. sui et p. s. ac rino* Gronov. et al. vett. *cum mira* cod. Dalec. unde Dalec. *cum farina*; Vet. Dalec. *cum pulvere . . . aut rino.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et malicorio* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *cum lardi*; Chiff. *laridi.*—8 Sic

NOTÆ

^y Thoracis] Πρὸς τραχυσμοὺς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ αἱματος ἀναγωγὰς, καὶ κατάρθρους, καὶ θώρακος ρευματισμοὺς ἀρμόζει. Confert ad asperæ arteriæ scabritias, sanguinis rejectiones, destillationes ac thoracis rheumatismos. Dioscor. II. 55.

^z Privatim] Diosc. loc. cit.

^a Prodest et renibus] Dioscor. loc. cit. Πρὸς κύστεως δηγμοὺς, καὶ ἔλκωσιν νεφρῶν, κ. τ. λ.

^b Cum cinere] In Ms. Reg. 1. *cum inira*. Reg. 2. et is quem Pintianus vidit, *cum cinere*, quod sincerum est. Nullus editis patrocinator, qui *cum jure* præ se ferunt. Et quod jus, amabo, ex ovorum putamine concinari queat? qua pinguitudine?

^c Dantur cœliacis] Simile medica-

mentum habet Marcellus Empir. c. 27. p. 193.

^d Et alio modo] Totidem ferme verbis Marcellus Empir. loc. cit. et Plinius Valer. II. 26.

^e Sic et lientericis] Διεντερία morbus est, cum intestina lævore fluunt: celerrima scilicet transmissio, ac tota simul ciborum egestio, cum tales excernuntur quales ingesti sunt: λεία ἔντερα, intestinorum lævor, seu lævitas. Celsus IV. 16. 'Ex torminibus interdum intestinorum lævitas oritur, quæ continere nihil possunt, et quicquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt,' &c. Vide Notas et Emend. III. 15.

^f Sistunt et menses] Sextus Platon. II. 9. de gallina, tit. 'Ad profluvium

mulierum cocta, et ex vino⁹ pota: et inflationes quoque vulvæ cruda cum oleo aut vino¹⁰ illita. Utilia sunt^g et cervicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo. Sedis etiam vitiis^h indurata¹¹ igni, ut calore quoque prosint. Et condylomatis cum rosaceo. Item ambustisⁱ durata in aqua,¹² mox in pruna putaminibus exustis: tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt et tota lutea, quæ vocant sitista,^j cum triduo incubita¹³ tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum^b cum gallæ dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant et dysentericis pullos in ipso ovo decoctos, admixta vini austeri hemina, et pari modo olei polentæque. Membrana putaminis detracta sive crudo, sive cocto, labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis^k in vino potus, sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet: sic fit et dentifricium.^l Idem cinis et mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est, ut recta, nec vi, nec pondere ullo frangantur, nec nisi paululum¹⁴ inflexa rotunditate. Tota¹⁵ ova^m adjuvant partum cum ruta, et anetho, et cumino po-

^b Pulli ovis suis inclusi.

//////////

et illita lienicis Vet. Dalec. Sic et lienicis Chiff. —9 Chiff. et in eo vino. —10 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ac vino Gronov. et al. vett. —11 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. durata Gronov. et al. vett. —12 Gronov. et al. ante Harduini, ex aqua. —13 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. schista c. t. incubata Gronov. et vulgg. —14 Chiff. si paulum. —15 Tosta Chiff. non pro-

NOTE

mulieris: ' Gallinæ ovum totum comburas et conteras: et in vino mixtum illinies: restringit.'

^g Utilia sunt] Plinius Valer. i. 54.

^h Sedis etiam vitiis] Sic etiam Dioscor. ii. 54.

ⁱ Item ambustis] Plinius Valer. iii. 36. ' Ambustis sanandis: ' Ova in aqua decoquantur: deinde in pruna torreantur, donec putamina eorum comburantur: tum lutea (scribe, lutea) eorum ex rosaceo illinantur.'

^j Quæ vocant sitista] Σιτιστά, altitia Græcis sonant, sive saginata, ut σιρευ-

τά. Ita porro Reg. 1. cod. In Reg. 2. et vetustis edit. sicista, quæ vox naucei non est. Hermolaus schista rescripserat: quo auctore, obscurum.


^k Putaminis cinis] Sic auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur.

^l Sic fit et dentifricium] Q. Serenus, cujus verba retulimus libro sup. cap. 49.

^m Tota ova] Q. Serenus cap. de conceptione et partu: ' Ova etiam ruta et fragili miscentur anetho, Quæ diluta simul vino atque exhanstamedentur.' Nec plane displicet, Tosta

ta e vino.¹⁶ Scabiem corporumⁿ ac pruritus oleo et cedria mixtis tollunt. Ulcera quoque humida in capite, cyclamino admixta. Ad puris et sanguinis^o excreationes ovum crudum cum porri sectivi succo, parique mensura mellis Græci, calfactum hauritur. Dantur^p et tussientibus cocta, et trita cum melle, et cruda cum passo oleique pari modo. Infunduntur^q et virilitatis^c vitiis singula, cum ternis passi cyathis, amylique semuncia a balineis. Adversus ictus serpentium cocta tritaque adjecto nasturtio illinuntur. Cibo quot modis juvent notum est, cum transmeent faucium tumorem, calfactuque obiter foveant. Nullus est alius cibus, qui in ægritudine alat,¹⁷ neque oneret, simulque vim potus ac cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus^r putamen. Talibus^s cum farina in panem¹⁸ subactis cœliaci recreantur. Quidam ita^t resoluta in patinis torreri utilius putant. Quo genere non alvos tantum, sed et

^c *Pudendorum.*



bo.⁷ Dalec.—16 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex vino* Gronov. et vulgg.—17 Vct. Dalec. *magis alat.* Mox, cod.

NOTÆ

ova, legi, ut in Chiff. cod. At Regius uterque, *tota*.

ⁿ *Scabiem corporum*] Vide Notas et Emend. num. 16.

^o *Ad puris et sanguinis*] Plinius Valer. 1. 64. ‘Si ex alto præcipitati sunt, ... eruenta exscreantibus, quinque ovorum mediola cruda in vini hemina propinantur: si et purulenta sint quæ exspuntur, eodem tempore ovum crudum cum pari mensura succi porri sectivi sorbetur. Itemque Græci mellis calefactum hauritur.’

^p *Dantur*] Ad verbum Plinius Valer. 1. 58. Q. Serenus cap. 18. de tussi medenda: ‘Ovum molle teres domitum ferventibus undis,’ &c. Celsus 1v. 4. dat tussientibus ‘Ovum sorbile sulfure adjecto, potui primum aquam calidam, deinde invicem aliis diebus hanc, aliis vinum.’

^q *Infunduntur*] Et imponi in ani vitiis Galenus jubet, *Ἐντοπ.* 1. 14. tom. x.

^r *Maceratorum . . . diximus*] Lib. x. c. 80.

^s *Talibus*] Q. Serenus c. 27. ‘Cœliacos autem recreabis pane salubri, quem madido farre efficies, ac molibus ovis: Quorum testa fero prius emollescat aceto.’ Sic et Marcellus Empir. cap. 27. p. 195. Et Plinius Valer. 11. 33. ‘Ova pridie,’ inquit, ‘in aceto macerantur: ex his et farina et aqua panis cœliacis fit.’

^t *Quidam ita*] Q. Serenus cap. 30. de solutione ventris compescenda pag. 145. ‘Sin autem longo decurrent intima fluxu, Torridus ex vino cortex potabitur ovi.’ Marcellus Empir. similiter ad verbum, cap. 27. p. 193. et Plinius Valer. 11. 33.

menses fœminarum sistunt: aut si major sit impetus, cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per¹⁹ se lutea^u ex iis decocta in aceto, donec indurescant: iterumque^v cum trito pipere torrentur²⁰ ad cohibendas alvos. Fit et dysentericis^w remedium singulare, ovo effuso in fictili novo,²¹ ejusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo, confusis crebroque permixtis. Quo fuerint ea excellentiora, hoc præsentius remedium erit. Alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adjiciunt rubentem,²² vinumque: et alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pineique corticis duabus sexagesimis denariorum, una ejus²³ quod rhum diximus,²⁴ x mellis obolis quinque simul decoctis, ita ut cibus alius post quatuor horas sumatur. Torminibus quoque multi medentur, ova bina cum allii spicis quatuor^y una terendo,²⁵ vini que hemina calefaciendo, atque ita potui dando. Et ne quid desit ovorum gratiæ, candidum ex his admixtum calci vivæ glutinat vitri fragmenta. Vis vero tanta est, ut lignum perfusum ovo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ovis tantum locuti sumus, cum et reliquarum alitum restent magnæ utilitates, sicut suis locis dicemus.

XII. Præterea est ovorum genus in magna Galliarum fama, omissum Græcis.¹ Angues innumeri^a æstate convoluti salivis faucium corporumque spumis artifice com-



Dalec. simulque vini usum ac cibi, &c.—18 Gronov. panc.—19 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex aqua hauriuntur, et per Gronov. et vulgg. Mox, decoctum Chiff.—20 Idem codex, torreatur.—21 Vet. Dalec. fictile novum.—22 Vet. Dalec. rhu adjiciunt rubens.—23 Vet. Dalec. una ejus.—24 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quod rhus diximus Gronov. et vulgg.—25 Ita codd. Harduini et Chiff. cum Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. cum aliis spicis q. una utterendo Gronov. et al. vett. Mox, potando Chiff. pro, potui dando.

NOTÆ

- ^u Et per se lutea] Totidem verbis pir. cap. 27. p. 191.
^v Iterumque] Marcellus Empir. loc. cit. x Quod rhum diximus] Lib. xxiv. c. 51.
^w Fit et dysentericis] Plinius Valer. ad verbum, II. 22. et Marcellus Em- y Cum allii spicis quatuor] Vide Notas et Emend. num. 17.
^a Angues innumeri] Scimus hodie-

plexu glomerantur, anguinum^a appellatur.² Druidæ sibilis^b id dicunt in sublime jactari, sagoque^c oportere intercipi, ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo : serpentes enim³ insequi, donec arceantur annis alicujus interventu. Experimentum ejus esse, si contra aquas^d fluitet vel auro vinctum. Atque, ut est magorum solertia occultandis fraudibus sagax, certa Luna capiendum censent, tanquam congruere operationem eam serpentium, humani sit arbitrii.⁶ Vidi equidem id ovum mali orbiculati modici magnitudine, crusta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris,^e insigne Druidis. Ad victorias litium ac regum aditus mire laudatur : tantæ vanitatis, ut habentem id in lite in sinu equitem Romanum, e Vocontis, a Divo⁴ Claudio principe interemtum non ob aliud sciam. Hic tamen complexus anguium et efferatorum concordia⁵ causa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum^e in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neque enim cristatos^f esse in caduceo mos est.

^a Anguinum id ovum appellatur.

^b Tanquam contingere hanc serpentium salivationem, ovique partum, certo tempore, humani sit arbitrii.

^c Putamine cartilagineo, habens veluti cavitates crebras, quales sunt in brachiis polyporum.



CAP. XII. 1 Vet. Dalec. a Græcis.—2 Alii ap. Dalec. glomerari generant id quod anguinum appellatur ; Chiff. ovinum appellatum. Vid. Nic. Heins. Adverss. II. 6. p. 246.—3 Vet. Dalec. eum.—4 Romanum evocatum, a divo, &c. cod. Dalec. R. evocantem, &c. Chiff.—5 Chiff. et frugifera eorum concordia. Mox, in casu Dalec.

NOTÆ

que serpentes generis diversi, ac prope innumeras, in locum unum convolare, ab Idibus Junii, ad Idus Augustas, in Delphinatus Sabaudiaque confinio, ad montem *la Rochette*, spumaque locum opplere, quæ horrorem inentiat spectantibus. Vide Nic. Chorier Hist. Delph. lib. II. p. 91.

^b *Druidæ sibilis*] Serpentium ore ac sibilo.

^c *Sagoque*] Sagam, Nonio teste, vestimentum est militare. Plura vide apud Voss. in Etymol.

^d *Contra aquas*] Si non labenti ani cedat, sed adverso fluitet, etiam auro vinctum : sinceri hæc ovi probatio est.

^e *Caduceum*] Caduceus fecialium insigne, qui ad contrahendum fœdus mittebantur. Virga fuit, cujus in summa parte angues spiris circumplexi, tanquam adversa sibila efflantes.

^f *Neque enim cristatos*] Si cristati forent, bellum indicare viderentur, non pacem.

XIII. De anserum ovis, magnæ utilitatis, ipsoque anserè dicturi hoc in volumine, debemus honorem et Commagenorum clarissimæ rei. Fit ex adipe^g anserum: alioqui celeberrimi usus est: ad hoc in Commagene Syriæ parte cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Commagene^h vocatur, obrutis nive vasis, odore jucundo, utilissimum ad perfrictiones, convulsiones, cæcos aut subitosⁱ dolores, omniaque quæ acopis curantur: unguentumque pariter, ac medicamentum est. Fit et in Syria alio modo, adipe avium curato, ut diximus,ⁱ additis erysiseptro, xylobalsamo, phœnice elate, item calamo, singulorum pondere, qui sit adipis, cum vino bis aut ter suffervefactum.^{2j} Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciatur:³ nisi accepta cera. Multa præterea remedia sunt ex anserè, (quod miror,) æque quam in capris.^{4k} Namque anser corvusque^l ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur.

XIV. (IV.) De anserum honore, quem meruere Gallorum in Capitolium ascensu deprehenso, diximus.^m Eadem de causaⁿ supplicia annua canes pendunt inter ædem Juventutis^{1o} et Summani, vivi in furca sambucea arbore² fixi.

CAP. XIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ac subitos edd. vett. et Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. suffervefactis Gronov. et al. vett.—3 Vet. Dalec. glaciatur.—4 Ita Harduin. 1. et Bipont. quam in corris Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. quam capris Gronov. et al. vett. quam pancharis margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. XIV. 1 Juventutis Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. ar-

NOTE

^g Fit ex adipe] Fit illud medicamentum, quod Commagenum appellatur, ex adipe anserino, &c.

^h Quæ Commagene] Forte, nardo Syriaca.

ⁱ Curato, ut diximus] Modum curandi adipis edocuit XXVIII. 38.

^j Suffervefactum] Subintellige, 'medicamentum.'

^k Equè quam in capris] Id miratur Plinius, quod ex animalibus morbo obnoxiiis tanta sit remediorum copia, anserè videlicet et capra.—'Anserè v. et corvo.' Ed. sec.

^l Namque anser corvusque] De corvo id ante delibatum x. 15. Vide quæ ibi diximus in Notis.

^m De anserum . . . diximus] Lib. x. c. 26.

ⁿ Eadem de causa] Ob Capitolium negligentius custoditum, ac pæne silentio proditum, ni vociferatus anser fuisset.

^o Juventutis] Sic enim Mss. omnes, non Juventutis. Sic etiam Cicero locutus non semel. Nizolium vide. Et in nummis M. Aurelii Cæsaris, apud Tristannum, Deæ ipsius effigies

Sed plura de hoc animali dici cogunt priscorum mores. Catulos lactentes^p adeo puros existimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice^q uterentur his. Genitæ Manæ^r catulo res divina fit, et in cœnis Deum^s etiamnum ponitur catulina. Aditialibus^t quidem epulis celebrem fuisse, Plauti fabulæ^u indicio sunt. Sanguine canino^v contra toxica nihil præstantius putant.⁴ Vomitiones quoque hoc animal monstrasse homini videtur. Et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis.

XV. Nunc ad statutum^t ordinem pergemus. Adversus serpentium^a ictus efficacia habentur, fimum pecudis recens in vino decoctum illitumque: mures dissecti^b et impositi,

mo.—3 *Genito mane* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *putatur* Gronov. et al. veit.

NOTÆ

cernitur, cum epigraphe ea, IVVENTAS. Hujus ædis mentio apud Livium: situs prope Capitolium ipsum. P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, regione VIII. 'Ædienta Juventæ. Porta Carmentalis... Templum Carmentæ. Capitolium, ubi omnium Deorum simulacra,' &c. De Deo Summano, sive Deo summo manium, diximus II. 53.

^p *Catulos lactentes*] Festus: 'Catulinam carnem esitavisse, hoc est, comedisse, Romanos Plautus in Saturione refert.' Græcos quoque id fecisse scimus ex Ananio poeta, cujus verba recitat Athenæus, lib. VII. p. 282. Apud alias gentes et hunc morem fuisse docet Galenus de Alim. Fac. III. 2. Est sane nunc quoque apud Canadenses. Quin et in ægrotantium cibo, perinde atque aviculæ, ab Hippocrate catulina caro commendatur, de Morbis II. 40. p. 66. Ἐπειτα σκύλακα ἢ ὀρνίθιον κάθεφθον ποιήσας τοῦ ζωμοῦ βοφεέτω, καὶ τῶν κρεῶν φαγέτω ὀλίγα. Deinde catulum aut aviculam coquat, et jus sorbeat, et de carnibus paulum edat. Et libro

pariter περὶ παθῶν, tex. 41. p. 186. ac libro denique περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, tex. 26. p. 229. κρέα σκύλακος ἐφθά.

^q *Hostiarum vice*] Vide quæ diximus supra in Notis et Emend. ad lib. XVIII. num. 37. Et Pausaniam vide lib. III. p. 187. et 188.

^r *Genitæ Manæ*] Sic Dea appellabatur, quæ menstruis fœminarum præerat: huic catulus immolabatur. Vide Notas et Emend. num. 18.

^s *Et in cœnis Deum*] In cœnis quæ in Deorum honorem fiunt, præcipue Larium. De his accipiendus Horat. II. Sat. 6. 65. etsi interpretes alio detorquent: 'O noctes cœnæque Deum, quibus ipse, meique, Ante Larem proprium vescor, vernasque procares Pasco libatis dapibus.'

^t *Aditialibus*] De hac voce egimus x. 23.

^u *Plauti fabula*] Forte in Saturione, de qua Festus proxime appellatus.

^v *Sanguine canino*] Plinius Valer. III. 53. ad verbum.

^a *Adversus serpentium*] Ad verbum Plinius Valer. III. 57.

^b *Mures dissecti*] Plinius Valer. loc.

quorum natura non est spernenda, præcipue in ascensu siderum, ut diximus; ^c cum lumine Lunæ fibrarum numero crescente atque decrescente.² Tradunt magi, jocinere muris dato porcis in fico, sequi dantem id animal. In homine quoque similiter valere, sed resolvi cyatho olei potō.

XVI. Mustelarum duo genera: alterum sylvestre, distans¹ magnitudine. Græci vocant ictidas.^d Harum fel contra aspides dicitur efficax, cetero venenum.^e Hæc autem^f quæ in domibus nostris oberrat, et catulos suos (ut auctor est Cicero) quotidie transfert, mutatque sedem,^g serpentes persequitur. Ex ea^h inveterata sale denarii pondus in cyathis tribus datur percussis: ²ⁱ aut ventriculus^j coriandro fartus



¹ CAP. XV. 1 *Nunc ad instituti* Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *crescente et decrescente* Gronov. et al. vett.

CAP. XVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *distant* edd. vett. et Gronov.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in vini cyathis, sc. percussis a serpente, c* Diosc.

NOTÆ

cit. et Dioscor. II. 74.

^c *Ut diximus*] Lib. II. 41. et XI. 76.

^d *Græci vocant ictidas*] Nempe sylvestres. Furettos vocamus. Vide quæ diximus XI. 109.

^e *Cetero venenum*] Adversus id venenum remedia tradentur inferius c. 33.

^f *Hæc autem*] Domestica, quæ et vulgaris appellatur inferius, c. 33. Belettam Galli nuncupant. Γαλή Græcis: quam de cibo dimicare cum serpentibus murium venatricibus, ταῖς ὄφει τοῖς μυσθήραις, scribit Arist. *Histor. Anim.* IX. 9. p. 1026. propterea quod ipsa quoque eos venatur. Vide quæ diximus VIII. 41. ac in *Notis* et *Emendat.* ad eundem librum, num. 82. Eo Plautus allusit in *Sticho* III. 2. 6. ‘Auspicio hodie hercule optumo exivi foras: Mustela murem mihi abstulit præter pedes: Eam strenue obsonavit; spectatum

hoc mihi est.’

^g *Mutatque sedem*] Pro Ciceronis loco, qui intercidit, Plantum subjicimus, in eadem fabula, III. 2. 43. ita scribentem: ‘Certum est mustelæ posthac nunquam credere: Nam incertiore nullam novi bestiam. Quæ ne et ipsa decies in die mutat locum.’

^h *Ex ea*] Plinius Valer. III. 53. ‘Venenis prohibendis et expellendis:’ ‘Mustela vulgaris inveterata drachmis binis potatur.’ Sic etiam Diosc. II. 27. Γαλή κατοικίδιος περιφλεχθεῖσα, κ. τ. λ. *Mustela, quæ in domibus nostris oberrat, flammis ambusta, et exentis interancis sale inveterata, et in umbra siccata, binis drachmis in vino pota, contra serpentium genus omne præsentanco remedio est.*

ⁱ *Datur percussis*] A bestiis venenatis, θηριοδῆκτοις.

^j *Aut ventriculus*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. ‘Ἡ δὲ κοιλία αὐτῆς κο-

inveteratusque et in vino potus. Et catulus^k mustelæ etiam efficacius.

XVII. Quædam pudenda dictu tanta auctorum asseveratione commendantur, ut præterire fas non sit. Siquidem illa concordia rerum, aut repugnantia medicinæ gignuntur: veluti cimicum,^l animalis fœdissimi,^l et dictu quoque fastidendi, natura contra serpentium morsus, et præcipue aspidum,^m valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quod dicant² gallinas, quo die id ederint,ⁿ non interfici ab aspidē: carnesque³ earum percussis plurimum prodesse. Ex his quæ tradunt, humanissimum est, illinire morsibus^o cum sanguine testudinis: item suffitu^p eorum abigere sanguisugas adhærentes, haustasque^q ab animalibus restinguere⁴ in potu datos. Quanquam et oculos quidam iis inungunt tritis cum sale et lacte⁵ mulierum, auresque, cum melle et rosaceo admixtis. Eos qui agrestes sint, et in malva nascantur, crematos, cinere permixto rosaceo infundunt auribus. Cetera quæ de his⁶ tradunt, vomicæ,^r et quartanarum^s remedia, aliorumque morborum, quanquam

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. *fœtidissimi*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dicunt* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *carnes quoque* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *extinguere*. Mox, *cum vino, aut aceto* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. *in potu datus* Chiffi.—5 Chiffi. *contritis sale e lacte*.—

NOTÆ

ρίψ πληθεισα καὶ σκελετευθεισα θηριο-
δηκτοῖς βοηθεῖ πινομένη.

^k *Et catulus*] Nicander in Theriac. p. 48.

^l *Veluti cimicum*] Cimex Gallis *Punaise*: Græcis *κόρις*. Diosc. II. 36. *Κόρις οἱ ἀπὸ κλίνης, cimices qui in cubilibus enascuntur*.

^m *Et præcipue aspidum*] Diosc. loc. cit.

ⁿ *Quo die id ederint*] Id animal, nempe cimicem.

^o *Illinire morsibus*] Aspidum scilicet.

^p *Item suffitu*] Vide Notas et Emend. num. 19.

^q *Haustasque*] Diosc. loc. cit. *Σὺν ὄνφ δὲ ἡ ὄξει ποθέντες βδέλλας ἐξάγουσι. Sanguisugas cum vino aut aceto poti cimices pellunt*. Sic etiam Galemus de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 313. et Anatolius in Geopon. XIII. 17. p. 376.

^r *Vomicæ*] Sic libri editi, cum Colb. 3. cod. In Reg. 1. *vomine*. Reg. 2. et is quem Pintianus vidit, *vomitium*, quod perinde est. Marcellus Empiric. c. 17. p. 125. ⁴ *In ovo sorbili cimicem unum contritum jejunus ignorans qui sorbeat, desinet vomere: hoc sane expertum est.*

^s *Et quartanarum*] Dioscor. loc. cit.

ovo, aut cera, aut faba inclusos censeant devorandos, falsa, nec referenda arbitror. Lethargi ^t tamen medicinæ cum argumento adhibent, quoniam vincatur ⁷ aspidum somnifica ^u vis, ^a septenos in cyatho aquæ dantes, puerilibus annis quaternos. Et in stranguria ^v fistulæ ^b imposuere. ⁸ Adeo nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus causis genuit. Quin et adalligatos ⁹ lævo brachio binos lana surrepta pastoribus resistere nocturnis febribus prodiderunt, diurnis in roseo panno. ¹⁰ ^w Rursus iis ^x adversatur scolopendra, suffituque enecat. ¹¹

XVIII. Aspides ^a percussos torpore et somno necant, omnium serpentium minime sanabiles. Sed et venenum earum si sanguinem attingit, aut recens vulnus, ¹ statim interimit: inveteratum ² ulcus, tardius. De cetero potum

^a Quoniam pellit soporem, quem aspidum morsus solet afferre.

^b Veretri canali.

6 Gronov. et al. ante Harduin. de iis.—7 Alii ap. Dalec. vincitur.—8 Ita ex codd. Harduini et recentt. Et in stranguria urinariæ fistulæ immisere Vet. Dalec. et Diosc. Et in stranguria fistulæ imposuere Chiff. Et stranguriæ fistulæque, &c. Gronov. et al. ante Harduin.—9 Quin et alligatos Chiff.—10 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. russeo panno cod. Dalec. rosacco panno Gronov. et al. vett. roseo pano Franz.—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. necat Gronov. et al. vett.

CAP. XVIII. 1 Vet. Dalec. attingit, aut recens vulnus est.—2 Vet. Dalec. et

NOTÆ

Κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης ἐντιθέμενοι βρώμασι μετὰ κνύμων τὸν ἀριθμὸν ζ', καὶ καταπινόμενοι πρὸ τῆς ἐπισημασίας, ὠφελοῦσι τοὺς τεταρταῖζοντας. Cimices qui in cubilibus enascuntur, numero septeni cum fabis in cibos additi, et ante accessiones devorati, quartana laborantibus auxilio sunt.

¹ Lethargi] Q. Serenus c. 57. de lethargia expellenda, p. 160. 'Quidam dira jubent: septeno cimice trito Ut vitientur aquæ, cyathisque bibatur earum: Hæc potiora putant, quam dulci morte perire.' Plinius Valer. III. 7. 'Lethargicis: Cimices septem triti in aquæ cyatho uno dantur, si vir sit: si puer, eodem modo aquæ, cimices quatuor.'

^u Somnifica] Demorsos ab aspide premi urgerique somno, scribit etiam Diosc. in Theriæ. c. 17.

^v Et in stranguria] Sic recte codex Reg. 2. et Chiff. non, ut editi hactenus libri, et stranguriæ fistulæque. Marcellus Empir. c. 26. p. 183. 'Cimex foraminibus veretrorum confriectus dolores vesicæ protinus tollit.' Dioscor. II. 36. Δυσουρίας τε παύουσιν ἐντιθέμενοι τῷ οὐρητικῷ πόρῳ λείοι. Triti vero, et urinariæ fistulæ impositi, urinæ difficultati medentur.

^w In rosco panno] Ita Reg. 2. et Chiff. non rosacco, ut editi. Sic etiam Palladius I. 35. 'roseum' vocat.

^x Rursus iis] Cimicibus.

^a Aspides] Nicander ad verbum in

quantalibet copia non nocet. Non est enim tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt. Cunctarum in proferendo ex his remedio,³ nisi M. Varronem scirem LXXXIII.^b vitæ anno⁴ prodidisse, aspidum ictus efficacissime sanari,⁵ hausta a percussis^c ipsorum urina.

XIX. Basilisci,^d quem etiam serpentes ipsæ fugiunt, alias^e olfactu necantem, qui hominem, vel si aspiciat tantum, dicitur interimere, sanguinem magi miris laudibus celebrant, coëuntem picis modo et colore, dilutum cinnabari clariorem fieri. Tribuunt ei² et successus petitionum a potestatibus, et a Diis etiam precum, morborumque remedia, beneficiorum amuleta.³ Quidam id Saturni sanguinem appellant.

XX. Draco non habet venena.^e Caput ejus limini januarum subditum, propitiatis adoratione Diis, fortunatam domum facere promittitur.¹ Oculis ejus inveteratis, et cum melle tritis, inunctos non pavescere ad nocturnas imagines, etiam pavidos. Cordis pingue, in² pelle dorcadum nervis

//////////

Chiffi. *si inveterat.*—3 Cod. Dalec. *si remedia.*—4 'Ita codd. Regg. Colb. et Editio princeps.' Brotier. LXXXVIII. vitæ anno Gronov. Harduin. et al. ante Brotier.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *curari* Gronov. et vulgg.

CAP. XIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ipsi fugiunt alios* Gronov. et vulgg. *ipsi fugiunt illos* Vet. Dalec.—2 Voc. *ei* deest in cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *beneficiorum munera.*

CAP. XX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *promittunt* Gronov. et al. vett.—2 Præpositio *in* deest in Vet. Da-

NOTE

Theriac. p. 12. et Diosc. pariter in Theriac. c. 17.

^b LXXXIII. [LXXXVIII.] Post octo annos quam scripserat libros de Re Rustica, qui nunc fere supersunt integri, ut ipse prodit in præfatione ejus operis. At in Reg. 1. 2. et Colb. 3. LXXXIII. solum legimus, non LXXXVIII.

^c *A percussis*] Hoc est, a demorsis. Si morsi ab aspide suam ipsorum urinam ebibant. Diosc. II. 99. Οὐρον ἀνθρώπου τὸν ἴδιον ποθὲν πρὸς ἐχίδνης δῆγματα ἀρμόζει. *Humanam urina-*

nam suam cuique bibere prodest contra viperæ morsus.

^d *Basilisci*] De eo egimus VIII. 33.

^e *Draco non habet venena*] Vulnere potius quam veneno nocet. Alibi innoxius, in Africa exitiosus. Lucretius Pharsal. IX. 727. 'Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris Serpitis, aurato nitidi fulgore dracones, Pestiferos ardens facit Africa.' Aëtius Serm. XIII. 34. de draconibus, p. 258. 'Animal quidem hoc non jactit venena,' &c.


cervinis adalligatum in lacerto, conferre judiciorum victoriæ. Primum spondylum^f aditus potestatum mulcere. Dentes ejus, illigatos pellibus^g caprearum cervinis nervis, mites præstare dominos, potestatesque exorabiles. Sed super omnia est compositio, qua invictos faciunt magorum mendacia: cauda draconis et capite, pilis leonis e fronte, et medulla ejusdem, equi victoris spuma, canis unguibus adalligatis cervino corio, nervisque cervi alternatis^h et dorcadis:^a quæ coarguisse non minus refert, quam contraria serpentibus remedia demonstrasse, quoniam hæc morum^h veneficia sunt.^b⁵ Draconum adipemⁱ venenata fugiunt: item, si uratur, ichneumonum: fugiunt et urticis tritis in aceto perunctis.⁶

XXI. Viperæ caput^j impositum, vel alterius quam quæ percusserit, sine fine prodest.^k Item si quis eam ipsam in vapore^c baculo sustineat: aiunt enim præcanere:^d¹ item si quis exustæ^m ejus cinerem illinat. Reverti autem ad

^a *Cervina pelle, nervis cervi et dorcadis alterno nexu stringentibus.*

^b *Quoniam hæc bonos mores corrumpunt.*

^c *In calore.* ^d *Aiunt enim tum viperam recanere, incantationem repellere.*



lec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pedibus* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *alternatim*. Mox, *quæ arguisse* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contra serpentes . . . hæc morborum veneficia sunt* edd. vett. et Gronov.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *item virus ichneumonum: et cutis cinere in aceto, &c.* Gronov. et vulgg. *et uricis tritis in aceto perunctis* Chiffli. *ex aceto* Vet. Dalec.

CAP. XXI. 1 Ita Harduin. et recentt. *præcanere* Gronov. et vulgg. *eum futura præcanere* cod. Dalec. *baculo sustinens necet, aiunt eum præcanere* Gronov.

NOTÆ

^f *Primum spondylum*] Primum spinæ articulum, qua cervici committitur: ut de hyæna dictum est anteriore lib. c. 27.

^g *Dentes . . . illigatos pellibus*] Sic Reg. 1. 2. Colb. et Chiffli. non, ut quidam editi, *pedibus*. Sic paulo antea, 'Cordis pingue in pelle dorcadum.'

^h *Quoniam hæc morum*] Ita recte Gronovius, pro *morborum*.

ⁱ *Draconum adipem*] Vide Notas et Emend. num. 20.

^j *Viperæ caput*] Plinius Valer. III. 57. ad verbum.

^k *Sine fine prodest*] Nempe percussis a vipera. Negat tamen hoc esse verum, immo et experimentis adversari, Charasius de viperis, pag. 108.

^l *Aiunt enim præcanere*] Vide Notas et Emend. num. 21.

^m *Item si quis exustæ*] Galenus de

percutsum serpentes necessitate naturæ, Nigidius auctor est. Caput quidem dissecant Scythæ inter aures ad eximendum^a lapillum,ⁿ quem aiunt ab ea devorari territa. Alii ipso toto^o capite utuntur. Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci^p vocantur a Græcis, ternis digitis^q utrimque amputatis,³ exentisque interaneis, et livore^r spinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua et anetho^s discocto, spinisque exentis,^t et addita similagine,^u atque ita in umbra siccatis pastillis, quibus ad multa^v medicamenta utuntur. Significandum^w videtur e vipera tantum hoc fieri. Quidam purgatæ, ut supra dictum est, adipem cum olei sextario decoquant ad dimidias. Ex eo, cum opus sit, ter-

et al. vett.—2 Vet. Dalec. *ut eximant* ; alii vett. ap. Dalec. *interque aures eximunt*.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ternis digitis mensuræ utrimque amputatis* Chiffli. *quaternis digitis, &c.* Gronov. et vulg.

NOTÆ

theriaca ad Pison. cap. 10. pag. 944.

^a *Ad eximendum lapillum*] Qui plaga a serpente inflictæ imponi possit.

^o *Alii ipso toto*] Q. Serenus cap. 47. pag. 154. 'Quæ nocuit serpens, fertur caput illius apte Vulneribus jungi, sanat quem sauciat ipsa.'

^p *Qui theriaci*] *Θηριακοί*, ad venenatorum morsus sanandos concinnati.

^q *Ternis digitis*] A capite et a cauda digitis amputatis. Vide Notas et Emend. num. 22.

^r *Et livore*] Vena livida.

^s *Et anetho*] Ita senior Andromachus apud Galen. de Antid. 1. 6. pag. 876. et de Theriac. ad Pison. 1. 7. pag. 938. "Ἰδατος ἐγγεύσας ὅσον ἄρκιον ἐστὶν ἀνήθου Κλώνας ἐχιδναή σαρκὶ σννεφομένης. Ante tamen misces frondem grave olentis anethi, Et, quantum satis est, providus indis aquæ.

^t *Spinisque exentis*] Sic Andromachus, pag. 878. et Galenus ipse de Antid. 1. 8. pag. 879.

^u *Similagine*] Panis sicci ac bene

pisti tantum adjici Andromachus jubet quantum necesse sit ad pastillos fingendos: Ἀδαλέου δ' ἐπὶ ταῖσι βάλοις εὐεργέος ἔρτου, Ὅσσον τερσηῆναι σάρκα δύναιτο τροχούς Πλάσσεισθαι. Galenus quoque de Antid. 1. 8. pag. 879. panem purissimum ac fermentatum desiderat. Triticeum Damocrates, apud eundem, loc. cit. cap. 15. pag. 893. Ἄρτου τοῦ καθαροῦ τοῦ πυρίνου Πρόσμιση καὶ λέαινε. Panis siliginei unciam unam Crito ibid. cap. 17. pag. 896. σιλιγνίτου ἄρτου οὐγκίαν μίαν. Denique ex similagine sincera panem concinnatum ipse Galenus de theriaca ad Pison. cap. 13. pag. 950. Ἄρτου ὡς μάλιστα καθαρωτάτου καὶ ἀπὸ σεμιδάλεως τῆς καθαρωτάτης γενομένου μίση γε τὸ σύμμετρον, κ. τ. λ.

^v *Quibus ad multa*] Quæ prolixè enumerat Andromachus pag. 875. et 876. et Galenus de theriaca ad Pison. cap. 15. et 16.

^w *Significandum*] Quamobrem vipera imprimis ad theriacam asciscatur, disputat egregie Galenus loc. cit. cap. 8. pag. 940.

nis stillis additis in oleum perunguntur, ut omnes bestiæ fugiant eos.

XXII. Præterea^a constat, contra omnium serpentium ictus, quamvis insanabiles, ipsarum serpentium exta imposita auxiliari: eosque qui aliquando viperæ jecur coctum hauserint, nunquam postea feriri a serpente. Neque anguis^b venenatus est, nisi per mensem Luna instigatus. Sed prodest vivus comprehensus, et in aqua contusus,¹ si foveatur ita morsus.^a Quin et inesse ei remedia multa creduntur, ut digeremus,^{2 c} et ideo Æsculapio dicatur. Democritus quidem monstra^d quædam ex his conficit, ut possint avium^e sermones intelligi. Anguis³ Æsculapius^f

^a Si foveatur ita contuso angue is qui morsus ab eo angue fuit.

//////////

CAP. XXII. 1 Vet. Dalec. et in aqua coctus. Mox, si foveantur cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ut dicemus Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2.

NOTÆ

^a Præterea] Sic scorpionem ipsum, tritum impositumque, vulneri quod intulit, remedio esse, scribit Diosc. II. 13.

^b Neque anguis] Une couleuvre, un serpent.

^c Ut digeremus] Ut ordine ac serie dicturi sumus. Ita Mss. non, ut dicemus.

^d Monstra] Monstruosas compositiones, plenasque vanitatis.

^e Ut possint avium] Melampodem, aliosque, finxit vetustas sermones percepisse avium: ut Helennus ille Virgiliannus, 'qui sidera sensit, Et volucrum linguas, et præpetis omnia pennæ.'

^f Anguis Æsculapius] 'Olim, inquit, allati sunt Epidauro Romam angues, quod ex eo genere utiliores crederentur esse medicinæ.' Ed. sec.—Epitome Livii XI. 'Cum civitas pestilentia laboraret, missis legatis ut Æsculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in na-

vem eorum contulerat, in quo ipso Numen esse constabat, deportavere: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco ædes Æsculapii consecrata est.' Vide Plutarch. in Quæst. Rom. p. 286. et Auctorem libri de Viris Illustribus c. 22. Contigit id A. U. CCCLXXVIII. Q. Fab. Gurgite II. C. Genucio Clepsina Coss. ut quidem Fasti ferunt.—'Inter ærea numismata maximi moduli, e Thesauro Regio, istud est insigne, nro. 37. cui simile visum sibi fuisse in cimelio Cardinalis Buoncampagni narrat Spanhemius Tomo I. pag. 217. novissimæ editionis: ANTONINVS AVG. PIVS PP. TR. P. COS. III. cap. laureatum.)(Dextro nummi latere pons est, sub cujus fornice uno permeat navis: e prora serpens emicat. Ex adverso Fluvius Tiberis, in amne sedens, arundinem læva tenet, dextram serpenti advenienti porrigit: retro, palatium est, cujus pro foribus est laurus arbor. Infra, ÆSCVLAPIVS. Cave hic tamen Æscu-

Epidauro Romam advectus est: vulgoque pascitur^g et in domibus. Ac nisi incendiis semina exurerentur, non esset fecunditati eorum resistere.^h

In orbe terrarum pulcherrimum⁴ anguium genus est, quod et in aqua^{5 1} vivit; hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. Horum jecur servatum adversus percussos ab his auxilium est.⁶

Scorpio tritus stellionum veneno adversatur. Fit enim



3. et recentt. *Atqui anguis* Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *resistere in orbe terrarum pulcherrimum*.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quod in aqua* Gronov. et al. vett. Mox, nullo Chiff.—6 Cod. Dalec. *habetur auxilium*; Vet. Dalec. *servatum percussis ab his auxilio*

NOTÆ

lapium cogites: quandoquidem in pictura omnino non apparet. Fingi enimvero ille solet vultu senili et gravi, togatus, baculum tenens, cui implicitus anguis est. Literæ hic sunt primæ totidem vocum, hac sententia: ‘Anguis Epidaurius Senatus Consulto Valetudini Levandæ Antonii Pii Illatus Urbem Subit.’ Palatium cum lauro pro foribus domum Cæsaris indicat, Plinio teste xv. 39. Nec puto serpentem, nisi foret æreus, in prora navis constanter hoc situ fuisse permansurum toto itinere. Pons et annis Epidauro advectum anguem significat, cum inde Romam iter non sit nisi mari; ad domum autem Cæsaris a portu Ostiensi non nisi per fornices pontis impositi Tiberi. Propterea pingi in area nummi Palatium cum lauro ante fores oportuit, pontemque et navim, cum angue in prora, non in puppe, cum amne ipso denique Tiberi. Feliciter autem in hoc titulo dno accidunt. Primum est, quod nomen integrum, *AESCULAPIVS*, perpulchræ sententiæ efficiendæ apte convenit; quæ totidem vocibus constat, quot vox illa literis. Alterum est, quod nomen illud ipsum ejus Dei sit, cui dicatus anguis a veteribus fu-

erit, ob vim medicam; quam artem calluisse fertur præsertim Æsculapius. *Anguis Æsculapius* autem dicitur, an Epidaurius, nil interest, cum Epidauro advehi constaret: quod ‘oppidum Æsculapii delubro celebre’ Plinius dixit iv. 11.’ *Ed. sec.*

^g *Vulgoque pascitur*] De Tiberio Suetonius cap. 72. ‘Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus,’ &c.

^h ‘*Non esset . . . resistere*’] Extinctum demum fuisse id genus anguium Romæ snadet allatus proxime Antonini Pii nummus, qui ipsius causa veterem morem revocatum esse testatur, ex agro Epidauri anguem advehendi Romam. Et Senatusconsulto opus fuit, ut inferretur in Urbem et in Palatium anguis Epidauro allatus. Crebri fuere nummi percussi supremis Antonini Pii annis, cum hac epigraphæ, *SALVS AVG.* qui sæpiuscule morbo tentatum fuisse testantur.’ *Ed. sec.*

¹ *Quod et in aqua*] Hæc totidem verbis Nicander in Theriac. pag. 31. qui chersydrum dispari forma ab hydro descripserat antea, pag. 26.

et e stellionibus⁷ malum medicamentum. Nam cum immortuus est vino,⁸ faciem eorum qui biberint lentigine obducit. Ob hoc in unguento necant eum insidiantes pellicum formæ. Remedium est ovi luteum, et mel ac nitrum. Fel stellionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur.

XXIII. Inter omnia venenata salamandræ scelus maximum est. Cetera enim singulos feriunt, nec plures pariter^b interimunt: ut omittam, quod perire conscientia dicuntur homine percusso, neque amplius admitti^j ad terras: salamandra populos pariter necare improvidosⁱ potest. Nam si arbori^k irrepsit,² omnia poma inficit veneno, et eos, qui cederint, necat frigida vi, nihil³ aconito distans.¹ Quinimo si contacto ab ea ligno vel pede⁴ crusta panis incoquatur, idem veneficium est:⁵ vel si in puteum cadat. Quippe cum saliva ejus quacumque parte corporis, vel in pede imo respersa, omnis in toto corpore defluat pilus.^m Tamen talis ac tanti veneni⁶ a quibusdam animalium, ut subus,⁷ⁿ manditur, dominante eadem illa rerum dissi-

^b *Uno ictu.*

^c *Si vel extremo pede lignum salamandra contingat, in quo panis coquitur, eodem modo totum panem veneno inficit.*



est.—7 *Fit enim ex stell. cod. Dalec.*—8 *Chiff. mortuus est in vino.*

CAP. XXIII. 1 *Chiff. necari improvidius. populos pro populus scriptum. Dalec.*—2 *Chiff. arbores irrepsit.*—3 *Cod. Dalec. frigida, et nihil.*—4 *Vet. Dalec. vel lupide; al. vett. vel sede.*—5 *Chiff. et si.*—6 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. ac tanta vis veneni Gronov. et al.*—7 *Ita ex codd. Harduinus*

NOTE

^j *Neque amplius admitti]* Plinius supra II. 63. de terra: 'Illa serpentem homine percusso non amplius recipit, pœnasque etiam inertium nomine exigit.'

^k *Nam si arbori]* Et Gesnero ita referente, dicere soliti Narbonenses, si blanda (hoc est, ut quidem putant, salamandra) in acervo Iritici reperiat, totum ita infici, ut vel gallinæ vescentes eo deinde intereant.

¹ *Nihil aconito distans]* Interimendi celeritate, non similitudine virtutis:

est enim calida aconito vis, salamandræ frigida.

^m *Omnis . . . defluat pilus]* Q. Sere-nus cap. 9. pag. 129. 'Defluit expulsus morbo latitante capillus, seu salamandra potens, nullisque obnoxia flammis, Exinium capitis tactu dejecit honorem.' Raderum vide in istud Martialis II. 66. 'Hoc salamandra notet, vel sava novacula nudet.' Petronius in Sat. pag. 375. 'Quid dicis tu, Iatro? quæ salamandra supercilia tua excussit?'

dentia. Venenum ejus restingui primum omnium ab his quæ vescantur illa, ex his verisimile est, quæ produntur, cantharidum potu,^d aut lacerta in cibo sumta: cetera adversantia diximus, dicemusque suis locis. Ex ipsa⁹ quæ magi tradunt contra incendia, quoniam ignes sola animalium extinguat, si forent vera, jam esset experta Roma. Sextius¹⁰ Venerem accendi cibo earum, si, detractis interancis, et pedibus, et capite, in melle serventur, tradit, negatque restingui ignem ab iis.

XXIV. E volueribus in auxilium contra serpentes primi vultures.¹ Annotatum quoque minus virium esse nigris. Pennarum ex his⁹ nidore, si urantur, fugari eas dicunt. Item cor ejus^r alitis habentes tutos esse ab impetu non

^d Verisimile esse intelligitur ex iis quæ produntur, cantharidum potu, aut lacerta, venenum ejus pariter restingui.

et recentt. ut *cibus* cod. Dalec. ut *suibus* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *domante . . . extingui . . . illa, verisimile est. Quæ prodantur, &c.* Gronov. et vulgg. *Dantur quæ prosunt in cantharidum* Vet. Dalec.—9 Ita codd. Harduini et Chiffli. et cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ex ipsis* Gronov. et al. vett. *Mox, quod igne solæ anim. extinguant* Vet. Dalec.—10 *Sextus* Chiffli.

CAP. XXIV. 1 Ita Regg. Brotl. 1. 2. *Ex volueribus, &c.* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ex v. in a. c. s. primum vultur est* Gronov. et vulgg. *Ex v. in auxilium c. s. primus vultur est* Chiffli. *Mox, Annotandum* cod. Dalec.

NOTÆ

^a *Ut subus*] Sic Ælianus Hist. Animal. ix. 28. et Sextus Empir. lib. 1. Pyrrh. Hypot. c. 14. p. 10. *Tὰς ὄσας αἰδὴ χαίρουσι καὶ σαλαμάνδρας ἐσθίουσαι.*

^o *Cantharidum potu*] Hunc locum inferius respicit cap. 29. cum ait, ‘Salamandris cantharidas diximus resistere.’

^p *Primi vultures*] ‘In quibus tot curationes esse, quot sunt membra,’ dixit Hieronym. adv. Jovin. lib. 11.

^q *Pennarum ex his*] Ælianus Hist. Anim. 1. 45. Suffitu vulturum pennis ex eavis suis elici serpentes tradit. *Γυπῶν περὰ εἰ θυμάσαι τις, ὡς ἀκούω, καὶ ἐκ φαλεῶν καὶ ἐξ εἰλεῶν τοὺς ὕφεις προάξει βῆστα.* Fugari, cum Plinio,

Sextus Platon. 11. 2. de vulture, Plinius Valer. 111. 57. Q. Serenus c. 47. p. 155.

^r *Item cor ejus*] Plinius Valer. 111. 57. Q. Serenus loc. cit. ‘Namque potest diros prævertere morsus, Si jeenr exsectum tardo de vulture portes.’ Sextus Platon. loc. cit. cap. 2. de vulture, tit. 6. ‘Adversus mala medicamenta:’ ‘Cor vulturis ligatum in pelle lupina si circa brachium habeas, nullum medicamentum tibi nocere poterit, nec serpens, nec latro, nec alia malitia, nec quidem phantasma senties.’ Auctor Kiranidum, pag. 120. ‘Cor quoque ejus in pelle ligatum qui portaverit, fugient illum

solum serpentium, sed etiam ferarum, latronumque, et regum ira.

XXV. Carnibus^a gallinaceorum, ita ut tepebunt¹ avulsæ, appositis, venena serpentium domantur: item cerebro^b in vino poto. Parthi gallinæ^c malunt cerebrum plagis imponere. Jus quoque ex his potum præclare medetur, et in multis aliis^d usibus mirabile. Pantheræ leonesque non attingunt perunctos eo, præcipue si et allium fuerit incoctum. Alvum solvit validius^e e veteri gallinaceo. Prodest^f et contra longinquas febres, et torpentibus membris, tremulisque,^g et articulariis^h morbis: in capitis² doloribus: epi-



CAP. XXV. 1 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps; ita quoque cod. Dalec. ita ut tepebant ex codd. Hardinius et recentt. ita ut tepeant Gronov. et vulgg. Mox, pro avulsæ, Vet. Dalec. divulsæ.—2 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

dæmonia, et maxime feræ: habebit autem et gratiam ad omnes homines, et in divitiis vivet: est autem et victoriosum ad omnem rem.' Quæ plenissima vanitatis arbitror: afferenda tamen, ne ultro conficta a Plinio videantur.

^a Carnibus] Diosc. in Theriac. cap. 19. et 27. et prioris operis II. 52. Celsus v. 27. 'Adversus omnes morsus serpentium:' 'Vivum gallinaceum pullum per medium dividere, et protinus calidum super vulnus imponere, sic ut pars interior corpori jungatur.' Plinius Valer. III. 57. 'Carnibus gallinaceorum discerptorum, ita ut tepeant, extrahitur venenum.' Nigidius de Animal. citante Gellio, VII. 9. 'Serpens si momordit, gallina diligitur et apponitur.' Est autem hic 'diligere,' dividere, discindere, dissecare. Vide Festum et Nonium.

^b Item cerebro] Petrichus in 'Οφιακοῖς, sive in libro de serpentium venenis ac remediis, laudatus a Scholiaste Nicandri in Theriac. p. 27. hoc ipsum statuit, ὅτι ὠφελεῖ δ' ἐγκέφαλος

τῆς ὕρνης εἰς τοὺς ὀφιοδῆκτους. Est autem Petrichus in albo Auctorum quos Plinius sequitur ac laudat. Sic etiam Diosc. locis cit.

^c Parthi gallinæ] Plinius Valer. III. 57.

^d Et in multis aliis] Podagræ depellendæ jus illud adhibet Q. Serenus c. 47. p. 155. 'Gallinæ jura vestustæ.'

^e Alvum solvit validius] Diosc. II. 53. et Galenus de Fac. Simp. Med. III. 15. p. 70. Καὶ γὰρ τοὶ καὶ ὁ τῶν πρεσβυτέρων ἀλεκτρούνων ζῶμὸς ὑπάγει τὴν γαστέρα, καίτοι τῆς σαρκὸς σταλτικῆς οὐσης. Iterumque de theriaca ad Pison. c. 4. p. 935.

^f Prodest] Q. Serenus, 'Subitaneo dolori, feбри,' &c. 'Febribus at longis galli des jura vetusti.'

^g Tremulisque] Q. Serenus loc. cit. 'Subveniunt etiam tremulis medicantia membris,' galli jura scilicet.

^h Et articulariis] Diosc. II. 53. 'Ἀρμόζει δὲ πυρετοῖς χρονίοις, ἄσθμασιν, ἀρθριτικοῖς, ἐμπνευματουμένοις στομάχοις.'

phoris, inflationibus,³ fastidiis, incipiente tenesmo, jocineri, renibus, vesicæ: contra cruditates, suspiria. Itaque etiam faciendi ejus extant præcepta. Efficacius enim¹ cocti cum olere marino,^a aut cybio,^j aut cappari, aut apio, aut herba Mercuriali, aut polypodio, aut anetho: utilissime⁴ autem in congiis tribus aquæ ad tres heminas cum supradictis herbis, et refrigeratum sub dio dari tempestivis^{b 5} antecedente vomitione. Non præteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti^k gallinarum membra misceantur, consumunt id in se.⁶ Ita hoc venenum auri est. At gallinaceis ipsis circulo e ramentis⁷ addito in collum,⁸ non canunt.

XXVI. Auxiliatur¹ contra serpentes et columbarum caro recens concepta,¹ et hirundinum: bubonis pedes usti cum plumbagine^{2m} herba. Nec omittam in hac quoque alite exemplum magicæ vanitatis. Quippe præter reliqua portentosa mendacia, cor ejus³ⁿ impositum mammæ mulieris

^a *Brassica marina.*

^b *Recte valentibus.*



Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et cap.* Gronov. et al.—3 Cod. Dalec. *inflammationibus.* Mox, *et suspiria* Vet. Dalec. *cruditatis suspiria* Chiff. —4 Vet. Dalec. *utilissimum.* —5 Idem Vet. *tempestivus.* —6 Cod. Dalec. *illud in se.* —7 'Ita Editio princeps; idemque suadet cod. Reg. 2. At in codd. Regg. 1. 5. *e sarmentis.* Ramenta auri sæpe memorat Plinius.' Brotier. *At g. ipsis c. e sarmentis* Gronov. Harduin. et recentt. *At gallinacei ipsi c. e sarmentis* Vet. Dalec. —8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *addito collo* Gronov. et al. vett.

CAP. XXVI. ¹ Ita ex codd. Harduini et recentt. *conceptus* al. vett. *concepta* Gronov. et vulgg. —2 Chiff. *bulbagine.* —3 Cod. Dalec. *vanitate me-*

NOTÆ

¹ *Efficacius enim*] Hæc totidem fere 243.
verbis Dioscor. loco citato.

^j *Aut cybio*] Ita libri omnes. Pro cybio Dioscorides κνίκον habet, quod et hic scribi fortassis satius fuerit, ut herbarum duntaxat nomina censeantur, quibuscum gallinacei discoquantur. Sic enim et Diosc. Ἐνιοὶ δὲ συνέψουσι κράμβην θαλασσίαν, ἢ λιπόζωστικὴν, ἢ κνίκον, ἢ πολυπόδιον.

^k *Si auro liquescenti*] Vide in eam rem Aldrov. Ornithol. XIV. 1. p.

¹ *Auxiliatur*] Sextus Platon. II. 10. de columba, tit. 1. 'Ad serpentium morsus:' 'Columba incisa, et imposita calida morsui, venena omnia rapit, et sanare creditur.'

^m *Cum plumbagine*] De qua xxv. 97.

ⁿ *Cor ejus*] Idem de ranæ lingua prodidit Democritus, Plinio XXXII. 18.

dormientis sinistrae, tradunt efficere, ut omnia secreta pronuntiet. Præterea in pugnam ferentes idem, fortes fieri. Ejusdem ovo ad capillum^c remedia demonstrat. Quis autem, quæso, ovum bubonis unquam videre potuit, cum ipsam^s avem vidisse prodigium sit? quis utique experiri, et præcipue in capillo? Sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari capillum promittunt.

Cujus generis prope videri possint, quæ tradunt et de vesperilione: si ter circumlatus domui vivus, per fenestram inverso capite infigatur,⁶ amuletum esse: privatimque ovilibus circumraptum⁷ toties, et pedibus suspensum in supero limine.⁸ Sanguinem quoque ejus cum carduo contra serpentium ictus inter præcipua laudant.

XXVII. Phalangium est Italiæ ignotum,^p et plurium generum. Unum simile formicæ,^q sed multo majus, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurstantibus guttis.¹ Acerbior² hujus, quam vespæ ictus. Vivit maxime circa furnos et molas. In remedio est, si quis ejusdem

^c *Ad capillorum defluvium.*



dicinam. Quippe p. r. portentosam. Cor bubonis.—4 Ita codd. Hardnini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fortiores fieri. E. o. ad capillos* Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. *cum etiam ipsam.*—6 Chiff. *adfiguratur.*—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *circumlutam* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Hardnini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in superlimine* Chiff. *sursum in superliminari* Gronov. et vulgg.

CAP. XXVII. 1 'Ita bene Editio princeps. In codd. Regg. 1. 2. *albis guttis.* In cod. Reg. 5. *albis respersus guttis.* Unde recentiores Editiones, *albis incurstantibus respersum.*' Brotier. *nigrum, albis respersum* cod. Dalec.

NOTÆ

^o *In supero limine]* Vide Notas et Emend. num. 23.

^p *Phalangium est Italiæ ignotum]* Non igitur illud Apuli cæli animal est, Tarantolam vocant, cujus exitiali morsu inductum soporem musicis instrumentis discutiunt: etsi visum ita Dalecampio, ceterisque. Phalangiorum genera, quæ Nicander enumerat, picta e Musco Cæsareo Lambecius

protulit in Bibl. Cæsar. lib. vi. In Indice hujus libri, 'Araneorum et phalangiorum genera xi.'

^q *Unum simile formicæ]* Et inde *Μύρμηκιον* dictum a Nicandro in The-riac. p. 52. ubi totidem verbis describitur, quot et a Plinio. Aliis *μυρμηκοειδὲς*, ut refert ejusdem Scholiastes, p. 34. et *μύρμηξ Ἡρακλεωτικός*.

generis alterum percusso ostendat. Et ad hoc servantur mortui. Inveniuntur et cortices eorum, qui triti³ et poti medentur; et mustelæ catuli, ut diximus supra.^r Æque phalangion^s Græci vocant inter genera araneorum, sed distinguunt lupi nomine. Tertium genus est eodem phalangii nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inveniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus cervina pelle ante Solis ortum, præstare ne concipiant, ut Cæcilius in commentariis reliquit. Vis ea annua est:^a quam solam ex omni atocio^t dixisse fas sit, quoniam aliquarum^u fœcunditas plena liberis tali venia indiget. Vocatur et rhagion^v acino nigro similis,⁴ ore minimo sub alvo,^w pedibus brevissimis, tanquam imperfectis. Dolor a morsu^x ejus qualis a scorpione. Urina^y similis araneis⁵ textis.^b Idem erat asterion,^{6,2} nisi distingueretur

^a Vis ea sistendi conceptum anno duntaxat durat.

^b Urina hominis demorsi plena filorum araneosorum.

intercursantibus Vet. Dalec.—2 *Asperior* cod. Dalec.—3 Ita ex eodd. Har-
duinus et recentt. *servantur, quum mortui inveniuntur. Et cortices eorum con-*
tritit edd. vet. et Gronov.—4 Vet. Dalec. *simile*. Mox Chiiff. *subalbo*, pro

NOTE

^r Ut diximus supra] Cap. 16.

^s Æque phalangion] Alterum hoc phalangii genus, lupi nomine discretum a ceteris. Eginus de eo XI. 28.

^t Ex omni atocio] Ἀτόκιον dicitur medicamen omne quod sterilitatem inducit, et vim concipiendi adimit. Vox Dioscoridi familiaris inprimis.

^u Quoniam aliquarum] Abunde declarat se rem ipsam minus probare, cui non nisi certo casu veniam largiatur. Sed neque tum danda venia est. Nullo non tempore, ut Tertulliani verbis utar, in Apolog. c. 8. p. 9. 'Festinatio est homicidii, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est et qui est futurus. Etiam

fructus omnis in semine est.' Hipocrates in Jurejurando, nemini mulieri daturum se πεσσὸν φθόριον, hoc est, abortivum, spondet.

^v Vocatur et rhagion] Quartum genus phalangiorum. ῥάγιον Græcis est parvus acinus: ῥάξ, sive ῥώξ, acinus: inde nomen. Scholiastes Nicandri, p. 33. in Theriac. ῥώξ καλεῖται, διὰ τὸ βωγὶ σταφυλῆς εἰκέναι.

^w Sub alvo] Vide Notas et Emend. num. 24.

^x Dolor a morsu] Describitur is, cujusmodi sit, a Nicandro, loc. cit.

^y Urina] Scholiastes Nicandri, in Theriac. p. 34. causam subdit, διὰ τὸ ἀκουσίως ἀποσπερματίζειν, καὶ γονορροῦ εἶν τὸν δηχθέντα.

^z Idem erat asterion] Quintum pha-

virgulis albis. Hujus morsus genua labefactat.⁷ Pejor utroque^a est cœruleus, lanugine nigra, caliginem concitans, et vomitus araneosus.^b Etiamnum deterior,^c a crabrone penna tantum differens. Hic et ad maciem perducit. Myrmecion^d formicæ similis capite, alvo nigra,⁸ guttis albis distinguentibus, vesparum dolore torquet.^d Tetragathii⁹ duo genera habent: pejor medium caput distinguente linea alba, et transversa altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus posteriore parte candicans, lentior. Minime autem noxius^f eodem colore, qui telas muscis in pa-

^c *In vomitu fila araneis similia.*

^d *Dolore simili ei quem vesper inferunt.*

sub alvo.—5 Vet. Dalec. *araneorum*.—6 Herm. Barb. *astorgion*.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *morsu genua labefactantur* Gronov. et al. vett.—8 Chiff. *alvum nigra*.—9 *Tetraganthii* Chiff. Mox, al. ap. Dalec. *pejori med. cap. distinguui-*

NOTÆ

langii genus, de quo idem Nicander, in Theriac. p. 52. Ἀστέριον δὲ φιν ἄλλο πιφάσκει· τοῦ δ' ἐπὶ νότω Λιγνωτὰ στίλβουσι, διαυγέες ἐν χρῶτὶ ῥάβδοι· Βρύξαντος δ' αἰδηλος ἐπέδραμεν ἀνέρι φρίκη, ἔστιν δὲ κάρος κεφαλῆ· γούνων δὲ γ' ὑπέκλασε δεσμά. Quæ Gorræus sic translulit: *At vero Asterion, dorsi fulgore coruscum, Virgatis splendet maculis, alboque relucet. Mox rigor u morsu pertentut membra, caputque Dente soporatur, collapsaque genua fatiscunt.*

^a *Pejor utroque*] Sextum genus, quod iisdem notis a Nieandro adumbratur, loc. cit. Κυάνεον δὲ τοι ἄλλο πεδήρορον ἀμφὶς ἀτσοει Λαχνηεν· δεινὸν δὲ φέρει καὶ ἐπὶ χρῶτὶ νύγμα, ὄντινα γυιώσει· κραδίη δὲ οἱ ἐν βάρος ἴσχει· Νύξ δὲ περὶ κροτάφοις· ἔμετον δ' ἐξήρυγε δειρῆς Δοιγὸν ἀραχνηέντα· νέμει δὲ οἱ ἐγγύς ὄλεθρον. Hoc est, Gorræo interprete: *Cœruleus graditur pedibus sublimior alter, Villoque hirsutus: dant tristia funera morsus, Si quenquam oppressit: luctantur corda dolore: Tempora cali-*

gant: et, qualis aranea, lentus Ore redit vomitus, propereque in fata vocantur.

^b *Et vomitus araneosus*] Schol. Nicandri in Theriac. p. 34. Ὅτι ὁ ἔμετος ἔχει ὕψιν ἀραχνῶν, ἢ ὅτι λεπτός ἐστιν ὕμοιος τῇ ἀραχνη· ἐστὶ δὲ γλισχροσ κατὰ τὴν ἀφήν, καὶ χυμώδης, ὅστις διὰ τὸ γλισχρον κολλᾷ ἐν τῷ φάρυγγι.

^c *Etiamnum deterior*] Septimum istud genus est, quod σφηκίον Nicander appellat, loc. cit. Nam σφήκα Græci crabronem appellavere, ut diximus in Notis et Emend. ad librum undecimum, num. 35.

^d *Myrmecion*] Genus octavum phalangiorum, formicæ simile capite solo: non, uti primum genus, toto corpore.

^e *Tetragathii*] Vel τετράγναθοι, a quadruplici maxilla. Totidem de his verba facit Aëtius Serm. XIII. 17. p. 251.

^f *Minime autem noxius*] Undecimum id ac postremum phalangiorum genus. Is est qui ἀγρώστης a Nicandro

rietibus latissime pandit.¹⁰ Contra omnium^g morsus remedio est gallinaceum¹¹ cerebrum cum piperis exiguo potum in posca. Item formicæ quinque potæ: pecudum fimi cinis illitus ex aceto: et ipsi aranei, quicumque in oleo putrefacti.

Muris aranei^h morsus sanatur coagulo agnino¹² in vino potu: unguæ arietinæ cinere cum melle, mustelæ catulo, ut in serpentibus dictum est.ⁱ Si jumenta momorderit, mus recens cum sale imponitur, aut fel vespertilionis ex aceto. Et ipse mus^j araneus contra se remedium est,¹³ divulsus et impositus. Nam si prægnans momordit, protinus dissilit.^e Optimum, si imponatur qui momorderit. Sed et alios ad hunc usum servant in oleo, aut luto circumlitos. Est contra morsum^k ejus remedio terra ex orbita. Ferunt¹⁴ enim^l non transiri ab eo orbitam, torpore quodam naturæ.

XXVIII. Scorpionibus contrarius maxime invicem^m stel-

^e *Disrumpitur.*

//////////

tur l. a. et transversim, &c. Cliff. transversum.—10 Cliff. parietibus tendit.—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. remedio est gallinaceorum Cliff. remedium est gallinaceum Gronov. et al. vett.—12 Cod. Dalec. agnæ.—13 Gronov. et al. vett. ante Harduin. remedio est.—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Fertur Gronov. et al. vett. Mox, transire Cliff.

NOTE

dicitur, de quo eadem ille quæ Plinius refert, p. 52. in Theriac. Ἀκμητον δ' ἐπὶ τὴνμα φέρει μεταμώνιον ἀνδρῖ. Sed facilis nullo vanescit plaga dolore.

^g *Contra omnium*] Sextus Platon. II. 8. de gallo, tit. 1. et Plinius Valer. III. 56.

^h *Muris aranei*] Ad verbum hæc pariter Plinius Valer. III. 55.

ⁱ *Ut in serpentibus dictum est*] Cap. 16.

^j *Et ipse mus*] Totidem verbis Dioscor. II. 73. et in Theriac. c. 26. Galenus quoque de Facult. Simp. Med. XI. 1. p. 314. Plinius item Valer. loc. cit. Μυγαλῆ Græcis dicitur,

qui Latinis *mus araneus*, nostris *Mus araigne*. Dentium huic ordo quadruplex.

^k *Est contra morsum*] Q. Serenus cap. 48. p. 156. 'Sin autem muris nocuit violentia cæci, Quæ sola signavit volvendis orbita plaustris, Illinc, mira datur vili de pulvere cura.' Sic etiam Plinius Valer. III. 55. E Græcis, Ælianus Hist. Anim. II. 37. Philo de Propr. Anim. cap. de mure araneo, pag. 112.

^l *Ferunt enim*] Vide quæ dicta sunt VIII. 83.

^m *Scorpionibus . . . invicem*] Ut stellationi vicissim scorpio contrarius est:

lio traditur, ut visu quoque pavoremⁿ iis afferat, et torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum, et ita ea vulnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atque ita illinunt. Hunc Græci^o coloten vocant, et ascalaboten, et galeoten. In Italia^p non nascitur. Est enim¹ hic plenus lentigine,^q stridoris acerbi, et vescitur;² quæ omnia a nostris stellionibus^r aliena sunt.

XXIX. Prodest^a et gallinarum fimi cinis illitus,¹ draconis jecur, lacerta divulsa, mus divulsus, scorpio ipse^b suæ plagæ impositus, aut assus in cibo sumtus, aut potus in meri^c cyathis duobus. Proprium est scorpionum, quod manus palmam non feriunt, nec nisi pilos² attigere. Lappillus qualiscumque, ab ea parte qua in terra erat, impositus³ plagæ, levat dolorem. Item testa terra operta ex



CAP. XXVIII. 1 Vet. Dalec. autem.—2 Vet. Dalec. pascitur; alii vett. herba vescitur.

CAP. XXIX. 1 Chiff. illinitur.—2 Vet. Dalec. nec si pilos.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. appositus Gronov.

NOTE

nam uti dictum est cap. 22. ‘Scorpio tritus stellionum veneno adversatur.’ Sic plagæ scorpionis stellionem dissectum imponi utiliter docet Aëtius Serm. XIII. 19. p. 253. Et ‘in Africa, aut sicubi scorpiones sunt noxii, stellionem aridum incinctum oportet habere,’ inquit Scribonius Largus Compos. 164. ceu præsens scilicet medicamentum.

ⁿ *Ut visu quoque pavorem*] Sic Galenus de Theriaca ad Pison. 1. 9. pag. 943. Ælianus Hist. Anim. VI. 22. Isidorus XII. 4. aliique.

^o *Hunc Græci*] Κωλώτης, ἀσκαλαβότης ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ γαλεώτην. Hesyehius.

^p *In Italia*] Neque in Gallia, Germania, Angliæ nascitur, ut jam antea monuimus XI. 30.

^q *Est enim . . . lentigine*] Stellionis maculas, quas alii honestiore nomine

stellas vocarunt, unde et stellionem ipsum animal, lentigines Plinius appellat. Ovidius Met. v. 460. de stellione: ‘Aptumque colori Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.’

^r *A nostris stellionibus*] Italici nimirum soli. E genere lacertorum esse stellio uterque videtur, et ille Græciæ, et iste Italiæ indigena, ut dictum est XI. 30.

^a *Prodest*] Adversus scorpionum morsus.

^b *Scorpio ipse*] Aëtius Serm. XIII. 19. pag. 253. ‘Ad plagam autem scorpionem ipsum qui percussit, si inveniri queat, imponito.’ Galenus item de Fac. Simp. Medic. XI. 1. pag. 314. Sed hausit omnino noster a Celso, quem in hujus libri Indice laudat auctorem: ejus enim hæc verba, v. 27. tit. ‘Adversus ictum scorpionis:’ ‘Scorpio sibi ipse pulcherrimum me-

aliqua parte, sicut erat,^a imposita, liberare dicitur. Non debent respicere qui imponunt, et cavere ne Sol aspiciat.

Vermes terreni^d triti impositi prosunt. Multa et alia ex his remedia sunt, propter quæ in melle servantur.

Noctua apibus contraria, et vespis,^b crabronibusque, et sanguisugis: pici quoque Martii rostrum secum habentes non feriuntur ab iis. Adversantur^e et locustarum minimæ sine pennis, quos attelebos^f vocant.

Est et formicarum genus venenatum: non^o fere in Italia. Solipugas^g Cicero appellat, salpugas⁷ Bætica. Iis cor vespertilionis contrarium, omnibusque formicis.

Salamandris cantharidas diximus^h resistere.⁸

XXX. Sed in iisⁱ magna quæstio, quoniam ipsæ venena sunt potæ vesicæ^j cum cruciatu præcipuo. Cossinum^k equitem Romanum, amicitia Neronis principis notum, cum

^a Qua parte terra erat operta.

^b Apium ictibus, et vesperum, &c.

et al. vett. Mox, lenit dolorem Vet. Dalec.—4 Vet. Dalec. ex qua parte erat.—5 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *attelabos* al. ante Brotier.—6 Cod. Dalec. non noverc.—7 *Solipugas C. ap. salpugas* Chiffi.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cantharides ut diximus: sed in iis, &c.* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

dicamentum est. Quidam contritum cum vino bibunt: quidam eodem modo contritum super vulnus imponunt: quidam super prunam eo imposito vulnus suffumigant, undique veste circumdata, ne fumus dilabatur: tum carbonem ejus super vulnus deligant.⁹

^c *Aul potus in meri*] Vide quæ dicta sunt xi. 30.

^d *Vermes terreni*] Aëtius loco citato.

^e *Adversantur*] Pico nempe Martio.

^f *Quos attelebos*] Ἀττέλαβος et ἀττέλεβος Græcis. Sic xvii. 38. quos Theophrastus ἀττελέβους dixerat, ipse *locustas* reddidit, ut ibi monuimus. In Indice Pliniano, *attelēbis*. Vide

Delph. et Var. Clas.

Notas et Emend. num. 32.

^g *Solipugas*] Ita Mss. Reg. 1. 2. &c. De his egimus in Notis et Emend. ad librum octavum, num. 88.

^h *Salamandris . . . diximus*] Cap. 23. libri hujus.

ⁱ *Sed in iis*] De cantharidibus magna quæstio est, iis utendum sit, necne: plusne damni, quam auxilii afferant: quo illæ adhibendæ modo, &c.

^j *Vesicæ*] Dioscor. quoque in Alexiph. cap. 1. hunc vesicæ cruciatum iis contingere auctor est, qui cantharides hauerint. Item Aëtius Serm. XIII. 49. p. 262.

^k *Cossinum*] Inscriptio vetus apud Gruter. pag. 513. COSINI. AVG. LIB. A. RATIONIBVS.

Plinius.

11 Z

is lichene correptus esset, vocatus ex Ægypto medicus ob hanc valetudinem ejus a Cæsare, cum cantharidum potum præparare¹ voluisset, interemit. Verum illitas¹ prodesse non dubium est, cum succo taminiae uvæ, et sevo ovis vel capræ. Ipsarum cantharidum venenum in qua parte sit, non constat inter auctores. Alii in pedibus^m et capite existimant esse, alii negant. Convenit tantum²ⁿ pennas earum auxiliari, in quacumque parte sit venenum. Ipsæ nascuntur ex vermiculo, in spongia^o maxime cynorrhodi quæ fit in caule, sed fœcundissime in fraxino: ceteræ³ in alba rosa, minus efficaces. Potentissimæ^p inter omnes variæ, luteis lineis, quas in pennis transversas habent, multum pingues: inertiores⁴ minutæ, latæ, pilosæ: inutilissimæ vero, unius coloris macræque. Conduntur^q in calice fictili non picato, et linteo colligato,⁵ congestæ rosa matura, et suspenduntur super acetum cum sale fervens, donec per linteolum vaporentur,^{c 6 r} postea reponuntur. Vis earum^s adurere corpus, crustas obducere. Eadem pityocampis,^{d 1} in picea nascentur.

^c *Vapore aceti ferventis necentur.* ^d *Vis eadem inest et pityocampis.*

CAP. XXX. 1 Vet. Dalec. *propinare*.—2 Ita eodd. Harduini et Chiffi. *cuni* edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tandem* Gronov. et al. vett.—3 Chiffi. *ceteraque*.—4 Ita ex eodd. Harduinis et recentt. *interiores* Gronov. et vulgg.—5 Margo eodd. Dalec. et Gronov. *linteo raro, puro, ore colligato*, e Diosc.—

NOTE

¹ *Verum illitas*] Marcellus Empir. cap. 19. pag. 129. et Plinius Valer. 11. 56.

^m *Alii in pedibus*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 313. tom. XIII. quosdam ait alas tantum pedesque in medicamenta addere: alios tantum corpora, velut Hippocratem inferius laudandum: se vero totas injicere. Vile ejusdem Comment. 4. in lib. Hippocr. de victu in acutis, pag. 181. tom. XI.

ⁿ *Convenit tantum*] *Sunt qui earum alas ac pedes*, inquit Diosc. 11. 66. *pro antidoto esse velint iis qui ipsas lauserint: Oi δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τοὺς πό-*

δας τοῖς πιούσι αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν.

^o *In spongia*] De cynorrhodi spongia diximus XXIV. 74. et XXV. 6.

^p *Potentissimæ*] Hæc totidem verbis Diosc. 11. 65.

^q *Conduntur*] Diosc. totidem verbis, et Galenus fere, locis citatis.

^r *Vaporentur*] Diosc. Ἄτμῳ ζέοντος ὕδρου δριμυτάτου. . . ἕως ἀνὸν πύλωσι.

^s *Vis earum*] Dioscor. 11. 66.

¹ *Eadem pityocampis*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. Pityocampas alii pinorum erucas vocant: Plinius, picearum: quoniam Theophrasti πίκτος ipsi picea est, ut sæpe monimus lib.

tibus: eadem buprestis: similiterque præparantur. Efficacissimæ^u omnes ad lepras lichenasque: dicuntur^y et menses ciere et urinam. Ideo Hippocrates^w et hydropicis dabat. Cantharides^x objectæ sunt Catoni Uticensi, ceu venenum vendidisset in auctione regia,^y quoniam eas sestertiis LX.^z addixerat.

(V.) Et sebum autem^a struthiocamelinum tunc venisse sestertiis XXX.^{7b} obiter dictum sit, efficacioris ad omnia usus, quam est adeps anserinus.

XXXI. Diximus et mellis^c venenati genera: contra quod utuntur melle, in quo apes sint mortuæ. Idem potum in vino remedium est vitiorum, quæ e cibo^t piscium gignuntur.

XXXII. In canis rabiosi^{r d} morsu tuetur a pavore aquæ capitis canini cinis illitus vulneri. Oportet autem comburi omnia eodem modo, ut semel dicamus, in vase fictili novo,

6 Ibid. ex eodem, *vapore necentur.*—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. II. S. XXX. Chiffl. *sestertiis LXXX.* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ cibo*, omissa præpositione, Gronov. et al. vett.

CAP. XXXII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *rabidi* Gronov. et

NOTÆ

xvi. Gallis, *Chenille de pin.* Buprestin genus esse cantharidis, virosi gustus et odoris, scribit Aëtius Serm. XIII. 50. pag. 262. Βούπρηστις et βουπρήστης.

^u *Efficacissimæ*] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 19. p. 129.

^y *Dicuntur*] Diosc. loc. cit.

^w *Ideo Hippocrates*] Libro de victu in morbis acutis, textu 104. Πόμα ὑδρωπιῶντι. Κανθάριδας τρεῖς, ἀφελῶν τὴν κεφαλὴν ἐκάστης, καὶ πόδας, καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα, κ. τ. λ.

^x *Cantharides*] Seneca pater, Controv. VI. 4. p. 256. ‘Venenum Cato vendidit.’

^y *In auctione regia*] In auctione bonorum Ptolemæi Regis Cypri, de qua Plutarchus in Catone Minore,

pag. 777.

^z *Sestertiis LX.*] Sive, quod idem est, sestertium sexaginta millibus: Gallicæ monetæ libris 6000.

^a *Et sebum autem*] Struthionis sebum ad multa esse medicamenta utile, etiam Phile prodidit de Animal. propr. pag. 28. πολλῶν ὀδυνῶν φάρμακον.

^b *Sestertiis XXX.*] Sive, sestertium millibus triginta: monetæ Gallicæ, libris 3000. Hæc sevi illius indicatio sen æstimatio fuisse videtur in singularis libras.

^c *Diximus et mellis*] Lib. XXI. cap. 41. ἐί 45.

^d *In canis rabiosi*] Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 20. et Plinius Valer. III. 50. ad verbum.

argilla circumlito, atque ita in furnum ² indito. Idem et in potione proficit. Quidam ob id^e edendum ³ dederunt. Aliqui et vermem ^f e cadavere canino adalligavere: menstruave canis in panno ⁴ subdidere calici, ^g aut intus ipsius caudæ pilos combustos insuere vulneri. Cor caninum ^h habentem fugiunt canes. Non latrant vero, ⁱ lingua canina in calceamento subdita pollici: aut caudam mustelæ, ^j quæ abscisa dimissa sit, habentes. Est limus salivæ ^k sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos ^l non patitur. Multo tamen ^m utilissime jecur ejus, qui in rabie momorderit, datur, si possit fieri, crudum mandendum: si minus, quoquo modo coctum, aut jus coctis carnibus. Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Græcis *lytta*, ⁵ ⁿ

//////////

vulgg.—2 Chiff. *funum*.—3 Vet. Dalec. *bibendum*.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *menstruave in panno* Gronov. et al. vett. Mox, Vet. Dalec. *calci, aut canis ipsius . . . imposuere vulneri*; Chiff. *inseruere vulneri*.—5 Ita ex

NOTÆ

^e *Quidam ob id*] Vide Notas et E-mend. num. 25.

^f *Aliqui et vermem*] Plinius Valer. loc. cit. Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 21. 'Ad canis rabidi morsus: 'Vermiculus canis mortui in collo suspensus sanat.'

^g *Subdidere calici*] In quo bibiturus æger. Sic libri omnes, etiam Mss.

^h *Cor caninum*] Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 27. 'Ne canes sint molesti: 'Cor canis si quis secum habuerit, canes ei molesti non erunt.'

ⁱ *Non latrant vero*] Hanc vim denti quoque Habdarralmanus ascribit c. 26. p. 105. 'Dentem canis, qui caninus dicitur, si quis appendet ex brachio, et inter canes transibit interdiu, vel noctu, nequaquam in eum latrabunt.'

^j *Aut caudam mustelæ*] Quæ viva dimissa sit, post abscissam caudam. Ælianus Hist. Animal. 1x. 55.

^k *Est limus salivæ*] Totidem verbis Plinius Valer. 111. 50.

^l *Hydrophobos*] 'Ἵδροφόβους, aquæ metuentes. Quo de genere morbi diximus VIII. 63. Cælius Anrel. III. 9. 'aquifugas' dixit: Glossæ, 'lymphatos.' Theodorus Priscianus II. 1. 8. 'Hydrophobicorum causam aliqui ex morsu canis rabiosi, aliqui ex serpentium venire asseverant . . . Aërem serenum, veluti pluviosum, perhorrescunt. Vitare etiam bibendi consuetudinem tentant,' &c.

^m *Multo tamen*] Dioscor. II. 49. *Κυνὸς λυσσῶντος ἤπαρ βιβρωσκόμενον ὄπτειν ὑπὸ τῶν δηχθέντων ὑπ' αὐτοῦ, ἀπεριττώτους ὑδροφοβίας τηρεῖν πιστεύεται.* Galenus item de Facult. Simp. Med. lib. XI. 1. p. 299. Sic etiam totidem verbis Plinius Valer. loc. cit. Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 21. 'Ad canis rabidi morsus: 'Caput rabidi canis et jecur coctum dato ei qui morsus fuerit: sanat.'

ⁿ *A Græcis lytta*] Sic Mss. omnes, et Parm. editio, aliæque fere. Cum affectus canum *λύσσα* vel *λύττα* sit,

quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Idem ter igni^o circumlatus datur morsis a rabioso, ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id devoratum anno tantum eo prodest. Aiunt et cristam^p galli contritam⁶ efficaciter imponi, et anseris adipem cum melle. Saliuntur^q et carnes eorum, qui rabidi fuerunt, ad eadem remedia in cibo dandæ. Quin et necantur^r catuli statim in aqua, ad sexum ejus^s qui momorderit,⁷ ut jecur crudum devoretur ex iis. Prodest et finum^t gallinaceum, duntaxat rufum, ex aceto impositum: et muris aranei caudæ cinis, ita ut ipse, cui abscisa sit, vivus dimittatur: glebula^u ex hirundinum nido illita ex aceto: vel pulli hirundinis combusti: membrana sive senectus anguium, vernatione^v exuta,^a cum cancro masculo ex vino trita.⁸ Nam etiam per se reposita in arcis armariisque tineas necat. Tanta vis mali est, ut urina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime ulcus habentibus. Remedio est finum⁹ caballinum

^a Membrana, quam angues verno tempore exuerunt.



codd. Harduinus et recentt. *lytra* edd. vett. et Gronov.—6 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cristam contritam* Gronov. et al. vett.—7 Vet. Dalec. *quem canis momorderit*.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *masculo trita* Gronov. et vulgg.—9 *Remedium est finum* Gronov. et al. vett. *Remedio*

NOTÆ

hoc est, *rabies*, etiam vermiculo ei, quo rabiem hanc concitari putant, id nomen fuit. Gratius in *Cyneg.* ‘Namque subit nodis qua lingua tenacibus hæret, Vermiculum dixere, mala atque incondita pestis.’ Vermiculus sit vere, necne, Medici certant.

^o *Idem ter igni*] Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 8. ‘Ad morsus rabidi canis:’ ‘Vermes, qui sub lingua rabidi canis inveniuntur, excisos, et circum arborem sterilem ter latos, et datos,’ &c. Superstitiose.

^p *Aiunt et cristam*] Plinius Valer. ad verbum III. 50,

^q *Saliuntur*] Plinius Valerianus loc. cit.

^r *Quin et necantur*] Iisdem verbis Plinius Valer. loc. cit.

^s *Ad sexum ejus*] Pro ratione sexus canis illius qui momorderit: nam si fœmina fuerit, et fœminei pariter generis catulus necandus: si masculus contra, masculini.

^t *Prodest et finum*] Plinius Valer. loc. cit.

^u *Glebula*] Plinius Valerianus loc. cit.

^v *Vernatione*] Vernatio non ipsum hic corium vetus est, quo serpentes exiuntur, sed corii, seu membranæ,

aspersum aceto, et calfactum in fico impositum. Minus hoc miretur, qui cogitet, lapidem a cane morsum, usque in proverbium ^w discordiæ venisse. Qui in urinam canis ¹⁰ suam egresserit, torporem lumborum sentire dicunt.¹¹ Lacerta,^x quam hi sepa, alii chalcidicen ^{12 y} vocant, in vino pota morsus suos sanat.

XXXIII. Veneficiis ex mustela ^a sylvestri factis contrarium est jus gallinacci veteris large haustum: peculiariter contra aconitum, addi parum salis oportet. Gallinarum ^b fimum duntaxat candidum, in hyssopo decoctum, ut mulso,¹ contra venena fungorum boletorumque: item inflationes, ac strangulationes: quod miremur, cum, si aliud animal ^c gustaverit id fimum, torminibus et inflationibus afficiatur. Sanguis anserinus ^d contra lepores marinos valet, cum olei

fimum cod. Chiff. et Franz. *Remedio est fimum* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *cum fico impositum* Vet. Dalec.—10 *Idem Vet. rabiosi canis.*—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dicatur sentire* Gronov. et vulgg.—12 ^c *Chalciden* alii melius putant, ut infra XXXII. 3. et apud Aristot. de Animal. VIII. 24.⁷ Dalec. *Calcicen* Chiff.

CAP. XXXIII. I Vet. Dalec. *cum asyppo decoctum in mulso.* Mox, *mulso,*

NOTE

verno tempore, abjectio. Cap. 35. ipsum corium est.

^w *In proverbium*] Fortassis ita die-titabant in hominem conviciatore et rixosum, ‘Hic lapidem calcavit a cane morsum.’ Vide Erasmus Chiliad. iv. Cent. 5. adag. 17.

^x *Lacerta*] Scholiastes Nicandri, in Theriac. p. 37. ‘Ἡ δὲ σήψ ὁμοία ἐστὶ τῇ σαύρα· καλεῖται δὲ καὶ χαλκίς. ἔχει δὲ ἐπὶ τοῦ νότου χαλκιζούσας βάρβους· ἔστι δὲ ὀκτῶ παλαιστῶν. Σήψ δὲ καλεῖται, παρὰ τὸ σήπειν τοὺς πληγέντας. Γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ καὶ Λιβύῃ, καὶ Κύπρῳ, καὶ διατρίβει ἐν πέτραις. - Genus igitur lacertæ est, his regionibus incognitum.

^y *Chalcidicen*] Sic Mss. omnes. Et Dioscor. II. 70. Σήψ, ἣν ἐνοιο σαύρα ἐκάλεσαν Χαλκιδικίην, ἐν ὄνῳ ποθεῖσα τοὺς ὑπ’ αὐτῆς δηχθέντας ἰᾶται. Et

qui Dioscoridem totidem ferme verbis exscripsit Galenus de Fac. Simp. Med. XI. 1. p. 314.

^a *Veneficiis ex mustela*] Venenis ex illius felle paratis, ut dictum est c. 16.

^b *Gallarum*] Hoc bibi cum posca, σὺν ὀξυκράτῳ, jubet Diosc. in Alexiph. c. 23. adversus fungorum venenum. Cum melle, IV. 83.

^c *Cum, si aliud animal*] Columella de Re Rust. VI. 5. ‘Cavendum est, ne ad præsepia hominum sus aut gallina perrepat: nam hoc quod decidit, immixtum pabulo, bubus affert necem.’

^d *Sanguis anserinus*] Sic Diosc. in Alexiph. c. 30. Calentem cum passo propinat Aëtius Serm. XIII. 53. p. 263. Plinius Valer. hunc locum expressit totidem verbis, III. 51.

æqua portione. Item contra mala medicamenta omnia as-
servatur cum Lemnia² rubrica et spinæ albæ succo, pastil-
lorum drachmis quinque, qui in cyathis ternis aquæ biban-
tur: item mustelæ catulus, ut supra diximus,^e præparatus.
Coagulum^f quoque agninum adversus omnia mala medica-
menta pollet: item sanguis^g anatum Ponticarum. Itaque
et spissatus servatur, vinoque diluitur. Quidam foeminæ
anatis efficaciorē putant. Simili modo contra venena
omnia ciconiarum^h ventriculus valet, coagulum pecoris.
Jus ex carne³ⁱ arietum privatim adversus cantharidas:
item lac ovium calidum, præterque^j iis qui buprestin aut
aconitum biberint. Columbarum sylvestrium fimum priva-
tim contra argenti vivi potum. Contra toxica,^k mustela
vulgaris inveterata, binis drachmis pota.

XXXIV. (VI.) Alopecias replet fimi pecudum cinis cum
oleo cyprino^l et melle: item unguarum muli^l vel mulæ ex
oleo myrteo. Præterea (ut Varro noster tradit)^m murinum

//////////

venena fungorum boletorumque astringit Gronov. et al. ante Harduin.—2 Chiff. *lentu*. Mox Chiff. *catulis ut supra diximus præparatis*.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Catulis jus ex carne* Gronov. et vulgg. Mox, *præterquam iis* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

^e *Ut supra diximus*] Cap. 16.

^f *Coagulum*] Totidem verbis Plinius Valer. III. 53.

^g *Item sanguis*] Plinius Valer. loc. cit. Auctor Kiranidum, pag. 126. 'Anatis sanguis calidus, aut siccus, cum vino bibitus, salvat bibentem ab omni veneno, et eos qui a vipera morsi sunt sanat.'

^h *Ciconiarum*] Plinius Valer. loc. cit. Auctor Kiranidum, p. 129. hanc vim contra venena omnia echino adjudicat, hoc est, interiori membranæ ventriculi ciconiæ.

ⁱ *Jus ex carne*] Aëtius Serm. XIII. 49. p. 262. 'Ad eos qui cantharidas hauserunt: 'Danda etiam jura pingua porcina, aut ovilla, aut anserina: carnes etiam agniæ,' &c. Scri-

bonius Largus Compos. 189. 'Ad cantharidas: 'Adjuvat bene et jus pingue agninum,' &c.

^j *Præterque*] Prætereaque iis qui buprestin hauserint. His vero eadem medicamenta scribit Diosc. in Alexiph. c. 3. quæ sunt iis accommodata, quibus exhibitæ cantharides fuerint. Sic porro Mss. omnes habent: non, ut editi libri, *præterquam*, contra scriptoris mentem.

^k *Contra toxica*] Plinius Valer. ad verbum, III. 53.

^l *Item unguarum muli*] Ungulas asini ad alopecias commendat Aëtius VI. 55. p. 232. Muli jecur, Sextus Platon. c. 15. de mula, vel burdone, tit. 4.

^m *Ut Varro noster tradit*] Sic Reg. 1-

finum,ⁿ quod item muscerdas^{2°} appellat. Et muscarum capita^p recentia, prius folio^q ficulneo asperatas.^a Alii sanguine muscarum utuntur. Alii decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ, vel nucum, ita ut sit tertia pars e muscis. Alii lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subigunt. Quidam melle tantum.^r Nullum animal minus docile existimatur, minorisve intellectus: eo mirabilius est, Olympiæ^s sacro certamine, nubes earum immolato tauro, Deo quem Myiodem^t vocant, extra territorium id abire. Alopecias^u cinis e murium capitibus, caudisque, et totius muris, emendat: præcipue si veneficio acciderit hæc injuria. Item herinacei^v cinis cum melle, aut corium

^a Prius folio ficus perfricatas paulo asperius alopecias sanat.

CAP. XXXIV. 1 Chiffi. *pecudis cinis cum oleo cyprio.*—2 Vet. Dalec. *idem mus-*

NOTÆ

At in Reg. 2. sincerius, ut Varro narrat.

ⁿ *Murinum finum*] Varroni subscribunt Aëtius loc. cit. Alexander Iatros 1. 4. et Galenus de Theriac. ad Pison. c. 9. p. 942. Marcellus Empir. c. 6. p. 45. 'Stercus murinum cum aceto tritum ad alopecias unctas,' &c.

^o *Muscerdas*] Merda, inquit Vosius in Etymol. generale est nomen. Usus eo Horatius. Specialia sunt, 'muscerda,' quo murium stercus signari ait Festus: 'Sucerda,' stercus suillum. Unde in Glossis, *Sucerda*, *χοιπέλα κόπρος*. Similia sunt, 'capricerda,' 'bucerda,' atque adeo 'homerda.' Vide ibi plura.

^p *Et muscarum capita*] Marcellus Empir. c. 6. p. 46. 'Muscarum capita combusta, et cum melle trita, capitique illita, mire alopecias tollunt.' Theodorus Priscianus 1. 2. 'De capillis cadentibus:' 'Capita muscarum cum melle contrita par beneficium faciunt in continendo capillo: ut capilli, etiam post combustionem, exeant, si fieri velis.'

^q *Prius folio*] Aëtius loc. cit. 'Alopecia prins linteo perfricata, deinde levi scarificatione, aut cepis, aut ficulneæ foliis irritata, medicamentum cum frictione illines,' &c. Priscianus loco cit. 'Ficus folia sicca tundes, et cribellabis: et ex eo pulvere loca confricabis,' &c.

^r *Quidam melle tantum*] Quos Plinius Valer. et Priscianus ante laudati secuti sunt.

^s *Olympiæ*] Apud Eleos Olympia est, ut in Geographicis vidimus IV. 6.

^t *Myiodem*] *Μυιῶδης* Græce dicitur, qui et *Μυιάγρος*, de quo vide quæ diximus X. 40. Vide et Ælianum Hist. v. 17.

^u *Alopecias*] Auctor Kiranidum, p. 86. 'Muris caput combure, cum adipe porcino, vel ursino, et cinerem tere, et inunge alopeciam, et sanabitur.' Galenus item, lib. de Theriaca ad Pison. c. 9. p. 942.

^v *Item herinacei*] Hæc totidem fere verbis Philo de Propr. Anim. p. 108. Τοῦ γοῦν ἐχίνου τὴν σποδὸν κεκαυμένου Πίττη νεωστὶ συντεθειῶσαν εἰς χρῆσιν, φύειν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς φασὶν τρίχας. Ἐτ

combustum cum pice liquida. Caput quidem ^w ejus ustum per se etiam cicatricibus pilos reddit. Alopecias autem in ea curatione præparari oportet novacula, et sinapi.^x Quidam ex aceto uti maluerunt. Quæ de herinaceo ³ dicuntur, omnia tanto magis valebunt in hystrice.^y Lacertæ quoque, ut docuimus,^z combustæ ^b cum radice ^a recentis arundinis, quæ, ut una cremari possit, minutim findenda est: ⁴ ita myrteo oleo permixto cineres capillorum defluvia continent. Efficacius virides lacertæ omnia eadem præstant. Etiamnum utilius admixto sale, et adipe ursino, et cepa tusa. Quidam denas virides in decem sextariis olei veteris discoquant, contenti semel in mense ungerere. Pellium viperinarum ^b cinis alopecias celerrime explet: item gallinarum ^c fimum recens illitum. Corvi ovum ^d in æreo vase permixtum ^c ⁵ illitumque deraso capite nigritiam capilli affert: ⁶ sed

^b *Eo modo combustæ quo docuimus comburi oportere.*

^c *Agitatum.*

//////////

cerdam.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Quæ de herinuceis Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *minutatim scindenda*.—5 Vet. Dalec. *oleo permistum*.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum

NOTÆ

Alexander Iatros 1. 4. 'Et echini chersæi (hoc est, terrestris herinacei) cinis, cum pice liquida admixtus stercore capri, capillos generat, et nitro sanari illinitus.' Item Marcellus Empiricus c. 6. p. 46.

^w *Caput quidem*] Marcellus Empir. loc. cit.

^x *Et sinapi*] Quo caput ante perfricetur. Pro sinapi cepam acerrimam Marcellus Empir. adhibet c. 6. p. 45.

^y *In hystrice*] Est enim hystrix sylvestre herinaceorum genus, VIII. 53. 'Amplior vero' in medico usu 'potentia est feris ejusdem generis,' ut Plinius admonet c. 42.

^z *Ut docuimus*] Cap. 32.

^a *Cum radice*] Radicem arundinis addit Aëtius VI. 55. p. 232. in medicamenta ad alopecias.

^b *Pellium viperinarum*] Marcellus Empir. c. 6. p. 46. et Plinius Valer. 1. 6.

^c *Item gallinarum*] Marcellus Empir. c. 6. p. 45. et Plinius Valer. 1. 7.

^d *Corvi ovum*] Manuel Phile, totidem fere verbis de Animal. Propr. p. 30. Πλήν τούτο πιστόν, ὡς μελαίνει τὰς τρίχας τοῦ κόρακος ὡδὴν συντεθὲν τῆ μυσίνῃ. Χρὴ μὲν γε, βασιλεῦ, τὸν δολούοντα τὸν κόμην, Μύσαντα τῷ στόματι τότε συνέχειν στέαρ, μὴ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀδόντων αὐτίκα τραπὲν μελανθῆ, τῆς βαφῆς προηγμένης. Sed hoc fide dignum, quod ovi ejus pilos Permixture myrto denigrant. At qui suas Adulterat tali comus medicamine, Adipem ore contineat oportet, ne simul Nigrescat album dentium cum crinibus, Infectione hac contrahens nigredinem. Sic etiam ad verbum

donec inarescat, oleum in ore habendum est, ne et dentes simul nigrescant. Idque in umbra faciendum, neque ante quadriduum abluendum. Alii sanguine et cerebro ejus utuntur cum vino nigro. Alii excoquant ipsum, et nocte in concubia^{d 7 e} in plumbeum vas condunt. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro præparata cute. Caustica vis^f earum, cavendumque ne exulcerent alte. Postea ad ulcera ita facta, capita murium, et fel murium, et fimum cum elleboro et pipere illini jubent.

XXXV. Lendes¹ tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumtis anguillarum modo: aut vernatione eorum, quam exuunt, pota. Porriginēs^{2 g} felle ovillo cum creta Cimolia, linito capite,³ donec inarescat.

XXXVI. Capitis doloribus^h remedio sunt cochlearum, quæ nudæ inveniuntur nondum peractæ,^e ablata capita, ex his lapidea duritia exempta: est autem calculi latitudine: quæ adalligantur, et minutæ fronti illinuntur tritæ. Item œsypum:ⁱ ossa e capite^j vulturis adalligata, aut

^d *Intempesta, cum omnes cubant.*

^e *Nondum plane conformatæ et sine testa.*



edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *capillis affert* Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et nocte concubia* Gronov. et al. vett.

CAP. XXXV. 1 *Lindines* Chiffi.—2 *Prorigines* Chiffi.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illita capiti* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

Ælianus Hist. Anim. 1. 48. Marcellus Empir. c. 6. p. 46. Sextus Platon. 11. 6. de corvo. Theodorus Priscianus lib. 1v. ‘Sane sub hora infectionis, oleum intra os habendum est, ne dentes nigrentur.’

^e *Et nocte in concubia*] Vox hæc etiam Tullio nota. Græci dicunt, *νυκτὸς ἀκμαζούσης.*

^f *Caustica vis*] Iisdem fere verbis Diosc. 11. 66.

^g *Porriginēs*] Vide Notas et Emend. num. 26.

^h *Capitis doloribus*] Q. Serenus c. de capite medendo, p. 126. ‘Profluit et cochleis frontem tractare minutis.’

ⁱ *Item œsypum*] Sic totidem plane apicibus syllabisque Reg. 2. codex. Prius legebatur, *Item agypii ossa e capite, aut vultures.* At abest ea vœcula aut a libris omnibus conditivis. (E)sypum et in aliis adhuc medicinis sequente cap. asciscitur.

^j *Ossa e capite*] Plinius Valer. 1. 1. ejus lemma est, ‘Capitis ægritu-

cerebrum cum oleo et cedria^k peruncto capite, et intus naribus illitis. Cornicis cerebrum^l coctum, in cibo sumtum, vel noctuæ, idem præstat: gallinaceusque,^m si inclusus abstineatur² die ac nocte, pari inedia ejus qui doleat, evulsis collo plumis circumligatisque, vel cristis: mustelæ cinis illitus: surculus ex nidoⁿ milvi pulvino subjectus: murina pellis^o cremata ex aceto illito cinere. Limacis inter duas orbitas inventæ ossiculum^p per aurem cum ebore trajectum, vel in pellicula canina adalligatum: quod remedium pluribus semperque³ prodest. Fracto capiti^q aranci tela ex oleo et aceto imposita non nisi vulnere sanato abscedit. Hæc et vulneribus⁴ tonstrinarum^r sanguinem sistit. A cerebro vero profluentem, anseris sanguis aut anatis infusus: ⁵ adepsque earundem alitum cum rosaceo. Cochleæ matutino^s pascentis arundine caput præcisum,⁶ maxime Luna plena, lineo panno adalligant capitis dolori-

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ alligantur . . . Item aegyptii ossa e capite, aut vulturis . . . cum oleo cedrino* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *abstineat*.—3 Cod. Dalec. *semper*; Vet. Dalec. *sapeque*.—4 Cod. Dalec. *ulceribus*.—5 Vet. Dalec. *infusus sistit*.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum rosaceo coctus. Matutino pascentis hirundinis caput præcisum* Gronov. et vulgg. *matutino nascentis* Vet.

NOTÆ

dines, et medela? ‘Ossa de capite vulturis,’ inquit, ‘sub collo alligare prodest.’

^k *Aut cerebrum cum oleo et cedria*] Sic Reg. 2. et alii: non, ut libri editi, *cum oleo cedrino*. Sic etiam Marcellus Empir. c. 1. p. 36. ad verbum. Tamen, ‘cum oleo cedrino,’ Sextus Platon. II. 2. de vulture, tit. 2. ‘Ad capitis dolorem.’ Theodorus Prisc. lib. IV. ‘De vulturis cerebro, mixto oleo perunctum caput?’ hoc tantum.

^l *Cornicis cerebrum*] Totidem verbis Marcellus Empir. loc. cit.

^m *Gallinaceusque*] Plinius Valer. I. 1. ad verbum: et Marcellus Empir. loc. cit.

ⁿ *Surculus ex nido*] Plinius Valer. et

Marcellus locis cit.

^o *Murina pellis*] Vide Notas et Emend. num. 27.

^p *Limacis . . . ossiculum*] Calculum vocat Marcellus Empir. c. 1. p. 34. ‘Limaci,’ inquit, ‘calculum, quem in capite habet, tolle: quod non facile facies, nisi ei, dum in via repit, caput subito absideris: quem lapidem quamdiu tecum haberis, nunquam ullum dolorem capitis senties.’

^q *Fracto capiti*] Plinius Valer. I. 1. et Marcellus Empir. c. 1. p. 36.

^r *Tonstrinarum*] Quæ tondendo et radendo fiunt, in tonsorum officinis.

^s *Cochleæ matutino*] Vide Notas et Emend. num. 28.

bus licio: aut cera⁷ alba fronti illinunt, et pilos caninos panno adalligant.

XXXVII. Cerebrum cornicis in cibo sumtum palpebras^f gignere dicitur: œsypum¹ cum myrrha calidum specillo illitum.^a Idem præstare muscarum, fimique murini^b cinerem æquis portionibus, ut efficiatur dimidium pondus denarii, promittitur, additis duabus sextis denarii e stibi, ut omnia œsypo illinantur: item murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem acopi.^c Pilos in his^d incommodos evulsos renasci non patitur fel herinacei: ovorum stellationis liquor: salamandræ cinis: lacertæ viridis^e fel in vino albo, Sole coactum² ad crassitudinem mellis in æreo vase: hirundinis pullorum^f cinis cum lacte tithymali, spumaque cochlearum.

XXXVIII. Glaucomata^g dicunt magi cerebro catuli septem dierum emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur: in sinistram, si sinister: aut felle recenti asionis. Noctuarum est id genus,^h quibus pluma aurium modo micat. Suffusionem oculorum canino felle malebat quam hyænæ curare Apollonius Pitaneus cum melle: item albugines.ⁱ Murium capitumⁱ caudarumque

^f *Pilos palpebris sive genis adhærentes.*

//////////

Dalec. Mox, panno alligant Chiffi.—7 Vet. Dalec. aut cum cera.

CAP. XXXVII. 1 Vet. Dalec. œsypumque. Mox, penicillo illitum Gronov. et al. ante Harduin.—2 Chiffi. decoctum.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

^a *Æsypum . . . specillo illitum*] Vide de Notas et Emend. num. 29.

^b *Fimique murini*] Theod. Priseianus 1. 10. 'de causis oculorum: 'Si pruritus major palpebras occupaverit, ut etiam capillos amittant . . . murium finus,' &c.

^c *Ad crassitudinem acopi*] Ad crassitudinem ejus medicamenti, quod confricatis membris itinerum lassitudines et fatigationes levat. Ἀκοπον Medici nuncupant.

^d *Pilos in his*] In palpebris, sive

genis.

^e *Lacertæ viridis*] Vide Notas et Emend. num. 30.

^f *Hirundinis pullorum*] Plinius Valler. 1. 21.

^g *Glaucomata*] Totidem syllabis Marcellus Empir. c. 8. p. 67. et Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 23. 'Ad glaucomata oculorum.'

^h *Noctuarum est id genus*] De eo egimus x. 33.

ⁱ *Murium capitum*] Sextus Platon. c. 21. de muribus, tit. 1. 'Ad oculo-

cinere ex melle inunctis claritatem visus restitui dicunt, multoque magis gliris^j aut muris sylvestris^k cinere, aut aquilæ cerebro vel felle. Cum Attico melle cinis et adeps soricis combusti^{2 1} tritus lacrymosis oculis plurimum confert: stibis quid est, dicemus in metallis.^m Mustelæ cinis suffusionibus:³ item lacertæ hirundinisve cerebrum: quæ etiam tritæ coctæve fronti illitæ, epiphoras sedant, sive per se, sive cum polline, sive cum thure. Sic et solatis, id est, Sole correptis,ⁿ prosunt.⁴ Vivas quoque cremare, et cinere earum cum melle Cretico inungi caligines, utilissimum est. Jumentorum oculis membrana aspidis, quam exuerit, cum adipe ejusdem, claritatem inunctis facit. Viperam vivam^o in fictili novo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum unum, et thuris manna^a una,⁵ atque ita suffusiones oculo-

^a Mica.



centt. est id genus maximum quibus pluma . . . curari . . . albugines oculorum Gronov. et vulgg. maximum deest in Chiff. plume aurium micant Vet. Dalec. curare Chiff.—2 'Adeps soricis combusti] Ita quidem libri omnes scripti et editi. Videtur tamen emendandum, ut conjicere est ex sequentibus, *adeps soricis cum stibi*. Quod jam monuit eruditus Harduinus.' Brotier.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *stibi, quod quid sit . . . cinis suffusionibus* Gronov. et vulgg. *et stibi* Vet. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sic et solatis prosunt* Gronov. et vulgg.—5 Chiff. *valum et t. mammam unam*; Vet.

NOTÆ

rum dolorem: 'Murium capitum cinis in melle mixtus, et illinitus per decem dies, facit oculorum claritatem.'

^j *Multoque magis gliris*] Sextus Platon. c. 19. de glires, tit. 2. 'Ad claritatem oculorum: 'Glires et sorices combusti, et cinis eorum melli admixtus, si inde quotidie mane gustent, sanabuntur.'

^k *Aut muris sylvestris*] Marcellus Empir. c. 8. p. 61. 'Muris agrestis, id est, qui in campis invenitur,' &c.

^l *Et adeps soricis combusti*] Vide Notas et Einend. num. 31.

^m *Dicemus in metallis*] Lib. xxxiii. c. 33.

ⁿ *Id est, Sole correptis*] Hæc verba hactenus in editis libris desideraban-

tur, quæ ex Regionum codicum 1. et 2. et ex Colb. 3. penu depromimus. Festus: 'Solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur.' Hoc tantum. De hoc genere morbi Celsus 1. 3. 'Si quis exustus in Sole est, huic in balneum prostinus eundum est,' &c.

^o *Viperam vivam*] Marcellus Empir. c. 8. p. 61. 'Vipera viva mittitur in vas novum fictile, et adjicitur ei succi fœniculi cyathus unus, et thuris granum unum. Deinde vas obturatur argilla, et circumlinitur, et in furnum ferventem mittitur, atque illico excoquitur, donec cinis fiat. Hoc de experimento hypochyses caliginesque potenter atque mirifice purgat.'

rum et caligines inungere, utilissimum est. Medicamentum id echion vocatur.^p Fit et collyrium^q e vipera, in olla putrefacta, vermiculisque enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum sale: quem lingendo claritatem oculorum consequuntur, et stomachi totiusque corporis tempestivitates.^{b 6} Hic sal et pecori datur salubritatis causa, et in antidotum contra serpentes additur. Quidam et viperis utuntur⁷ in cibis. Primum omnium occisæ⁸ statim salem in os adjubent, donec liquescat:^r mox quatuor digitorum⁹ mensura utrimque^c præcisa, exemtisque interaneis, discoquunt in aqua, aut oleo, sale, anetho, et omnibus¹⁰ aut statim vescuntur, aut pane colligunt,^d ut sæpius utantur. Jus^s præter supra dicta pediculos e toto corpore expellit, pruritusque etiam summæ cutis. Effectum ostendit et per se^e capitis viperini cinis. Utilissime¹¹ oculos inungit.¹² Itemque adeps^t viperinus. De felle non audacter¹³ suascrim quæ præcipiunt, quoniam, (ut suo loco docuimus,)^u non aliud est serpentium venenum. Anguium adeps^v ærugini

^b Commodam temperiem.

^c Et a capite et a cauda.

^d Aut panis e farina miscent, colliguntque in pastillos.

^e Solus, sine alio medicamento.

Dalec. unum et t. mira una.—6 Margo edd. Dalec. corporis temperiem ac seras ætates, e Diosc. corporis festivitates Marcellus ap. Diosc.—7 ⁶ Quidam et ut tollitur viperis utuntur Chiff. Quidam ut tollatur et v. utuntur alii. Lego, Quidam elephus ut tollatur, et v. utuntur. Dalec.—8 Vet. Dalec. occisis.—9 ⁶ Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps. Brotier. donec liquescat humor, quatuor digitorum Gronov. et al. vet. humor deest in Chiff. donec liquescat: quatuor digitorum edd. vet. et Gronov. Mox, Chiff. triumque, pro utrimque.—10 Vet. Dalec. et carnibus.—11 Vet. Dalec. cinis, quo utilissime.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. inungunt Gronov. et vulgg.—13 Chiff. audaciter.—

NOTÆ

^p Echion vocatur] A viperis, quas ἔχεις Græci vocant.

^q Fit et collyrium] Marcellus Empir. c. 8. p. 61.

^r Donec liquescat] Addunt libri hæc tenus editi, donec liquescat humor: quam postremam vocem Mss. exemplarium nullum agnoscit.—⁶ De viperarum esu ad vitæ longitudinem, vide quæ diximus ad lib. vii. 2. Ed. sec.

^s Jus] E viperinis carnibus coctis. Falso prodi a nonnullis, esu viperarum pediculos procreari, scribit Diosc. ii. 18.

^t Itemque adeps] Auctor Kiranidum lib. ii. p. 75. ⁶ Adeps eclidnæus visum acuit, et omnem hebetudinem oculorum. Diosc. item ii. 94.

^u Ut suo loco docuimus] Lib. xi. c. 62. ubi vide quæ diximus.

^v Anguium adeps] Q. Serenus c. 14.

mixtus ruptas oculorum^w partes sanat: et membrana sive senectus vernatione eorum exuta si affricetur, claritatem facit. Boæ¹⁴ quoque fel^x prædicatur ad albugines, suffusiones, caligines: adeps similiter ad claritatem.

Aquilæ, quam diximus^y pullos ad contuendum Solem experiri, mixto felle cum melle Attico inunguntur¹⁵ nubeculæ, et caligationes, suffusionesque oculorum. Eadem vis^z et in vulturino felle est cum porri succo, et melle exiguo. Item in gallinacei^a felle ad argema,¹⁶ et ad albugines ex aqua diluto: item ad suffusiones^b oculorum, maxi-



14 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Uluæ* Gronov. et vulgg.—15 Chiffi. *unguntur*.—16 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Item in g. felle alligato ad argema* Gronov.

NOTÆ

de oculorum dolore mitigando, p. 133. ‘Anguibus ereptos adipēs æruginē misce: Hi poterunt ruptas oculorum jungere partes.’

^w *Ruptas oculorum*] Ruptas tuniculas vocat ipse xxviii. 47. Λαγώφθαλμον Græci appellant, ut testatur Celsus vii. 7. cum in aliqua curatione oculorum imprudenter cutis exciunditur, ut oculus non contegatur. Tunc enim revulsa superiore gena oculo aperto sicut lepores dormiunt. Oculorum cicatrices sanari æruginē scribit etiam Diosc. v. 92.

^x *Boæ quoque fel*] Vide Notas et Emend. num. 32. ‘Boa’ serpens est aquatilis, inquit Festus, quem Græci ὕδρον vocant, a quo icti obturgescunt.

^y *Aquilæ, quam diximus*] Lib. x. c. 3. De ea refert plane similia Ælianus Hist. Anim. i. 42. Item Sextus Platon. ii. 1. de aquila, tit. 1. ‘Ad suffusionem oculorum:’ ‘Aquilæ felle mixto cum melle Attico inunges.’ Plinius Valer. i. 15. Marcellus Empir. cap. 8. pag. 60. et Dioscor. ii. 96.

^z *Eadem vis*] Approbant hoc me-

dicamentum e vulture Q. Serenus, Sextus Platon. Galenus κατὰ τόπους, iv. 8. pag. 456. Plinius Valer. i. 18. aliique. Sed pro porri succo marrubii succum asciscunt: hoc est, pro πρώσῳ πρώσιον. At perinde est: nam, ut alihi ex Celso diximus, congeneres habent ea facultates: ut succedanea videri medicamenta possint. Et vero Plinius ipse Valer. i. 20. porri succo per se inuncto, leucomata et caligines oculorum tolli prodidit.

^a *Item in gallinacei*] Marcellus Empir. c. 8. p. 68. et Auctor Kiraudum, p. 116.

^b *Item ad suffusiones*] Q. Serenus c. 14. de oculorum dolore mitigando, p. 133. ‘Fel quoque de gallo molitum simplice lymphæ Exacuet plures demta caligine visus.’ Expressius multo Marcellus Empir. cap. 8. pag. 68. quem consule. At non felli modo, sed et sanguini hæc vis inest, atque adeo major, si fides vetustæ inscriptioni apud Gruterum, pag. 71. ΟΥΑΛΕΡΙΩ ΑΠΡΩ ΓΡΠΑΤΙΩΤΗ ΤΥΦΛΩ ΕΡΗΜΑΤΙCΕΝ Ο ΘΕΟC ΕΛΘΕΙΝ ΚΑΙ ΛΑΒΕΙΝ ΑΙΜΑ ΕΞ ΑΛΕΚΤΡΥΟΝΟC ΑΕΤΚΟΥ ΜΕΤΑ ΜΕΛΙΤΟC ΚΑΙ

me candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, duntaxat rubrum, lusciosis illini monstrant. Laudant et gallinæ^c fel, sed præcipue adipem, contra pusulas^{17 d} in pupillis. Has¹⁸ scilicet ejus rei gratia^e saginant. Adjuvat mirifice et ruptas oculorum tuniculas, admixtis schisto et hæmatite lapidibus. Fimum quoque^f earum duntaxat candidum, in oleo vetere corneisque pyxidibus asservant, ad pupillarum albugines. Qua in mentione significandum est, pavones fimum suum resorbere tradi, invidentes^g hominum utilitatibus. Accipiter decoctus in rosaceo^h efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorumⁱ putatur: item fimi ejus cinis cum Attico melle. Laudatur et milvi jecur. Fimum quoque^j columbarum¹⁹ ex aceto ad ægilopas.²⁰

et vulgg.—17 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *lusciosis illinendum* . . . *pusulas* Gronov. et al. vett. *gallinacei fel* Chiffli.—18 *Nec* Chiffli.—19 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Fimum columbarum* edd. vett. et Gronov.—20 ‘Chiffli. *ad alopecia*: lego, *ad alopecias*.’

NOTÆ

ΚΟΛΑΤΡΙΟΝ ΚΥΝΤΡΙΨΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΡΕΙΣ ΗΜΕΡΑΣ ΕΠΙΧΡΙΘΑΙ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΚΑΙ ΑΝΕΒΛΕΨΕΝ ΚΑΙ ΕΛΗΛΥΘΕΝ ΚΑΙ ΗΥΧΑΡΙΣΤΗΣΕΝ ΔΗΜΟCΙΑ ΤΩ ΘΕΩ. Valerio Apro militi cæco oraculum Deus reddidit: veniret, et acciperet sanguinem ex gallinaceo candido, admixtoque melle collyrium faceret, quo per triduum oculos liniret. Et vidit, et venit, et publice Deo gratias egit. Addit marmorea tabula, id Antonino Pio Principe contigisse.

^c *Laudant et gallinæ*] Habdarrahmannus cap. 40. pag. 128. ‘Gallinarum fel, oculis inditum, eorum remouebit lacrymationem, et curabit illos.’ Gallinæ candidæ fel ad oculorum vitia emendanda laudat Dioscor. 11. 96.

^d *Contra pusulas*] *φλυκτίδας* et *φλυκταίνας* Medici pusulas vocant, quæ fiunt quoties, facta exulceratione, aut sine ea, in summa cornea tuniula, tenuissima membrana sublimis, et in

altum surgens, medium humorem conceperit ac seruarit. Marcellus in Diosc. 1. 130. De hoc morbi genere multa Aëtius vii. 29. p. 260.

^e *Has scilicet ejus rei gratia*] Ut adipem colligant.

^f *Fimum quoque*] Marcellus Empir. c. 8. p. 68.

^g *Invidentes*] Ad pupillarum albugines fimum cum prodesse significat. Quinetiam, si Sexto Platonico credimus, 11. 7. ‘Pavonis fimus potatus caducus mirabiliter sanat.’ Ad epilepsiam linguæ pavonum ac Insciniarum a Lampridio in Elagabalo commendantur.

^h *Accipiter . . . in rosaceo*] In unguento susino Marcellus Empir. c. 8. p. 59. et Sextus Platon. 11. 3. de accipitre, tit. ‘Ad suffusionem et caliginem oculorum.’

ⁱ *Omnium vitiorum*] Quæ scilicet oculum male afficiunt.

^j *Fimum quoque*] Vide Notas et Emend. num. 33.

Similiter ad albugines et cicatrices. Fel anserinum, sanguis anatum contusis oculis, ita ut postea œsypo^{21 k} et melle inungantur. Fel perdicum¹ cum mellis æquo pondere: per se vero,^m ad claritatem. Hippocratis putant auctoritate adjici,²² quod in argentea pyxide id servari jubent. Ova perdicum in vase æreo decocta cum melle ulceribus oculorum et glaucomatis medentur. Columbarum,ⁿ turturum, palumbium, perdicum sanguis oculis cruore suffusis eximie prodest. In columbis masculæ²³ efficaciorum putant. Vena autem sub ala^o ad hunc usum



Dalec.—21 Ita Harduin, et recentt. e Diosc. et Gal. *hyssopo* Gronov. et al. vett.—22 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad claritatem dorcados, Hippocratis, ut putant, auctoritate adjicitur* Gronov. et vulgg. Mox, *pyxide adservari*

NOTÆ

^k *Ita ut postea œsypo*] Non *hyssopo*, ut prius legebatur. Sic ipse initio hujus sectionis, ‘ut omnia œsypo illinantur.’

¹ *Fel perdicum*] Q. Serenus c. 14. p. 133. Sextus Platon. 11. 5. de perdice, tit. 2. Auctor Kiranidum pag. 131. Marcellus Empir. cap. 8. pag. 60. ‘Perdicis fel mixtum melli Attico caliginem tollit, si oculis assidue infundatur, sed cum modo et æquali mensura.’ Adde et Diosc. 11. 96.

^m *Per se vero*] Vide Notas et E-mend. num. 34.

ⁿ *Columbarum*] Diosc. 11. 97. Celsus vi. 6. sub finem, Plinius Valer. 1. 15.

^o *Vena autem sub ala*] Galenus de Fac. Simp. Med. x. 2. pag. 277. Sextus Platon. 11. 10. de columba, tit. 2. ‘Ad sanguinem in oculis ex ictu:’ ‘Columbæ sanguis recisus, deinde infusus, optime facit. Debebit autem vena aperiri quæ in ascella ejus est: imponitur et sanguis in laula, et melle decocto mixta supra oculos, optime facit.’ Marcellus Empir. c. 8. p. 67. ‘Sanguis columbarum de

loco pennarum, eo momento quo penna avellitur, oculis, dum adhuc tepet, debet infundi, qui ictu aliquo vulnerati, aut sanguine suffusi fuerint. Album quoque ovi incocti, cum croco trito, oculis superpositum, et lana alba succida involutum, medetur.’ Eadem ferme repetit idem p. 69. Vide quæ diximus xi. 89. Ex hoc porro loco ambigi non immerito potest, num Habdarralmanum scriptorem Arabem interpretes Echellensis satis intellexerit, qui sic Latine reddidit, c. 36. p. 121. ‘Sanguis radicis plumarum pullorum columbarum, qui adhuc ad volatum se non elevarunt, instillatus in oculos, quibus accidit rubedo, aut percussio, proderit illis, et curabit.’ Cum pro ‘radice plumarum’ alas dixisse auctor jure videri possit. Simili fere verborum amage, Theod. Priscianns 1. 10. ‘de oculorum causis.’ ‘Si cæsi,’ inquit, oculi, ‘aut percussi, maculam sanguineam cum dolore procurant, iis columbi matre subducti repentinus sanguis infusus prodest quam maxime, si de pennis molliori-

inciditur, quoniam suo calore utilior est. Superponi oportet splenium^p e melle decoctum lanamque succidam ex oleo ac vino.²⁴ Earundem avium sanguis nyctalopas sanat: et jecur ovium:²⁵ atque (ut in capris diximus)^q efficacius fulvæ. Decocto quoque ejus oculos abluere²⁶ suadent: et medulla dolores tumoresque illinere.²⁷ Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. Turturis fimum^r albugines extenuat: item cochlearum cinis: fimum cenchridis:²⁸ accipitrum generis^s hanc Græci faciunt. Argema ex melle omnibus, quæ supra scripta sunt, sanatur. Mel utilissimum^t oculis, in quo sunt apes immortuæ. Ciconiæ^u pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus: item qui draconis caput habeat. Hujus adipe et melle, cum oleo vetere, incipientes caligines discuti tradunt. Hirundinum pullos^v plena Luna excæcant, restitutaque eorum acie capita comburuntur:²⁹



Vet. Dalec. *pyxida id servari* Chiffi.—23 Chiffi. *masculis*.—24 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Superimponi . . . aut vino* Gronov. et vulgg. *decocto . . . ac vino* Chiffi. *e melle decocto subito*, &c. Dalec.—25 Vet. Dalec. *ovis*.—26 Chiffi. *oculis adluere*.—27 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illinunt* Gronov. et al. vett.—28 Chiffi. *item cocleri fimum: cinis cenchridis*.—29 Vet. Dalec. *comburunt*.—

NOTE

bus exprimatur: ubi liquor tenuis tepidus infundendus est: item si in eadem hora ovium lana infusa superponatur.⁷

^p *Superponi . . . splenium*] Panniculus, seu fascia, qua frons oculive unguento illiti obtendantur, splenium vocatur. Item emplastrum ipsum, seu linteam, lanave qua excipi solent illinive medicamenta, quæ fronti vel oculis superponantur. Martialis II. 29. 'Et numerosa linunt stellantem splenia frontem: Ignoras quis sit? splenia tolle, leges.'

^q *Ut in capris diximus*] Lib. XXVIII. cap. 47. 'Id quoque referre arbitrantur, ut rutili coloris fuerit.' Al-

bam tamen ovem Marcellus Empir. anteponit cap. 8. p. 71. 'Jecur ovillum,' inquit, 'id est, ovis candidæ, discoctum, cum aqua madefactum, contritumque, et oculis superpositum, nyctalopas purgat.'

^r *Turturis fimum*] Marcellus Empir. c. 8. p. 68.

^s *Accipitrum generis*] Tinnunculum diximus appellari x. 52.

^t *Mel utilissimum*] Marcellus Empir. c. 8. p. 57.

^u *Ciconiæ*] Marcellus Empiricus, loc. cit.

^v *Hirundinum pullos*] Sextus Platon. II. 12. de hirundine, tit. 4. Auctor Kiranidum p. 135. Marcellus

hoc cinere cum melle utuntur ad claritatem, et dolores, ac lippitudines, et ictus.

Lacertas ^w quoque pluribus modis ad oculorum remedia assumunt. Alii viridem includunt novo fictili: ac lapillos qui vocantur cinædia,^{30x} quæ et inguinum tumoribus alligari solent, novem signis signantes,³¹ et singulos detrahunt ^y per dies. Nono emittunt lacertam: lapillos servant ad oculorum dolores. Alii terram ^z substernunt lacertæ viridi excæcatæ,^a et una in vitreo vase annulos³² includunt e ferro solido vel auro: cum recepisse visum lacertam apparuit³³ per vitrum, emissa ea, annulis contra lippitudinem utuntur. Alii capitis cinere pro stibi³⁴ ad scabritias.^b Quidam viridem longo collo in sabulosis nascentem comburunt, et incipientem epiphoram inungunt: item glaucomata. Mus-

30 Chiff. *zenichia*. Mox, *quæ* deest in cod. Dalec.—31 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *novem singulos signis* Gronov. et al. vett.—32 Vet. Dalec. *annellos*.—33 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *apparuerit* Gronov. et al. vett.—34 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Chiff. *cum stibio* Vet. Dalec. *pro stibio* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

Empir. totidem verbis, loc. cit. et Plinius Valer. I. 18. E Græcis Galenus de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 311.

^w *Lucertas*] *Σαύρας, des Lézards*.

^x *Qui vocantur cinædia*] In Reg. 1. *Zenidia*. Reg. 2. et Chifflet. *Zenichia*. Male. Meminit horum lapillorum auctor Kiranidum Elem. 10. pag. 36. ‘Kinædius piscis marinus Habet lapides duos in capite. Habet autem et alios duos in tertio spondylo vel nodo dorsi versus caudam, qui est potentissimus.’ De his lapidibus ipse Plinius rursus inferius xxxvii. 56.

^y *Et singulos detrahunt*] Extrahunt e fictili, et recondunt ad usum.

^z *Alii terram*] Ad verbum hæc quoque Marcellus Empir. cap. 8. pag.

57.

^a *Excæcatæ*] Non oculis erutis, sed punctura acus, sen scalpelli sectione humoribus evocatis: quos deinde per se, nullo remedio adhibito, natura repararit, visumque reddiderit. Vide tom. v. Ephemered. German. sive Miscellan. Curios. Observ. 126. p. 163.

^b *Ad scabritias*] Sive ad scabiem oculorum. ‘Scabiem adesse dicimus,’ inquit Aëtius VII. 75. pag. 279. ‘quando oculi ulcerosi, rubei, et valde prurientes fiunt, genæque rubescunt, lacrymaque salsa et nitrosa distillat.’ Celsus VI. 6. tit. ‘Ad oculos scabros:’ ‘Si vero scabri oculi sunt, quod maxime in angulis esse consuevit,’ &c.

telæ etiam oculis punctu erutis,^c aiunt visum reverti, eademque quæ in lacertis et annulis³⁵ faciunt. Serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse, si serpens viva dimittatur. Lacrymantibus^d sine fine oculis, cinis stellionis capitis cum stibi eximie medetur. Aranei muscarii^e tela, et præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora, in splenio aliquo,^f ita ut³⁶ a puero impube et capiatur et imponatur, nec is triduo se ostendat ei cui medeatur,³⁷ neve alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. Albugines quoque^g dicitur tollere inunctione araneus candidus, longissimis ac tenuissimis pedibus, contritus in oleo vetere. Sed is etiam, cujus crassissimum textum est, in contignationibus fere, adalligatus panno, epiphoras sanare traditur. Scarabæi viridis^h natura contuentium visum exacuit. Itaque gemmarum sculptores contuitu eorum³⁸ⁱ acquiescunt.

XXXIX. Aures purgat^j fel pecudis cum melle: canini lactis^k instillatio^l sedat dolorem. Gravitatem^l adeps

—35 Vet. Dalec. *cum annulis*.—36 Ita ex codd. Harduinns et recentt. *stibio . . . telæ . . . per frontem (super frontem Vet. Dalec.) ad duo tempora, ita ut Gronov. et vulgg. tempora in splenio aliquo, ita ut Chiffi.*—37 Chiffi. *qui medebitur*.—38 Vet. Dalec. *ejus*.

NOTÆ

^c *Mustelæ oculis punctu erutis*] Hoc est, punctu excæcatis. Cave enim orbis oculorum totos erutos putes.

^d *Lacrymantibus*] Marcellus Empir. c. 8. p. 67. 'Caput stellionis combustum, et tritum, et melli Attico admixtum, oculos lacrymosos inunctione assidua siccat, et sanat.'

^e *Aranei muscarii*] Qui telas muscis in parietibus tendit.

^f *In splenio aliquo*] Hæc tria verba adjecimus ex omnium Mss. fide, Reg. 1. 2. aliisque.

^g *Albugines quoque*] Iisdem verbis Marcellus Empir. c. 8. p. 68.

^h *Scarabæi viridis*] Marcellus Em-

pir. c. 8. p. 61. 'Scarabæus coloris smaragdini tantum beneficii oculis præstare dicitur, ut visionem ei acutissimam reddat, qui eum contemplatus fuerit assidue.'

ⁱ *Contuitu eorum*] Sic Mss. omnes. A singulari numero transit ad numerum multitudinis. Ut supra hoc c. 'Landant et gallinæ fel, sed præcipue adipem . . . Has scilicet ejus rei gratia saginant.'

^j *Aures purgat*] Totidem verbis Plinius Valer. 1. 9. et Marcellus Empiricus c. 9. p. 75.

^k *Canini lactis*] Auctores proxime laudati, totidem syllabis: 'instillatio,' &c.

cum absinthio et oleo veteri: item adeps^m anserinus. Quidam adjiciunt succum cepæ et allii,ⁿ pari modo. Utuntur et per se^o ovis formicarum. Namque et huic animali est² medicina: constatque ursos^p ægros hoc cibo sanari. Anserum, omniumque avium³ adeps præparatur, exentisque venis omnibus patina novo fictili operta in Sole, subdita aqua ferventi liquatur: saccatusque lineis saccis, et in fictili novo repositus loco frigido: minus putrescit addito melle. Murium cinis^q cum melle instillatus, aut cum rosacco decoctus, aurium dolores sedat. Si aliquod animal^r intraverit, præcipuum remedium est murium fel aceto dilutum. Si aqua^s intraverit, adeps anserinus cum cepæ succo. Gliris detracta^t pelle, intestinisque exentis, disco-

//////////

CAP. XXXIX. 1 Chiff. *instillatus*.—2 Vet. Dalec. *inest*.—3 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *anserum quoque et omnium avium* Gronov. et al. vett. Mox, *cum præparatur ex-*

NOTE

¹ *Gravitatem*] Plinius Valer. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 9. pag. 76. et Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 7. 'Ad eos qui minus audiunt.'

^m *Item adeps*] Sextus Platon. 11. 11. de anseri tit. 2. Marcellus Empir. loc. cit. Q. Serenus cap. 13. p. 132.

ⁿ *Et allii*] Diximus xx. 23.

^o *Utuntur et per se*] Hoc est, sine alio medicamento, nulla re iis admixta, sed solis adhibitis. Marcellus Empir. cap. 9. p. 82. 'Ova formicarum contrita, et auribus instillata, quamvis obtusos auditus adaperire creduntur.' Et Plinius Valer. 1. 12. 'Ad surdos, et qui graviter audiunt:' 'Ova formicarum contrita surditatem aurium quam vetustissimam sanabunt.'

^p *Constatque ursos*] Lib. viii. cap. 41. 'Ursi, cum mandragoræ mala gustare, formicas lambunt.' Vide Sextum Empiricum, Pyrrh. Hypot. 1. 14. pag. 12.

^q *Murium cinis*] Auctor Kirani-

dum, pag. 86. et Plinius Valer. ad verbum, 1. 9.

^r *Si aliquod animal*] Q. Serenus cap. 13. p. 132. 'Si vero incautas animal penetraverit aures, Proderit admixto pavidi fel muris aceto. At si lymphâ nocens pervaserit, anseris aptus Immittetur adeps, ceparum non sine succo, Qui gravis est oculis, sensum tamen oribus anget.' Sic etiam Plinius Valer. ad verbum, loc. cit.

^s *Si aqua*] Sextus Platon. loc. cit. Plinius Valer. et Q. Serenus locis citatis. E Græcis Galenus κατὰ τόπους, iii. 1. p. 391.

^t *Gliris detracta*] Marcellus Empir. cap. 9. p. 83. Plinius Valer. 1. 9. 'Gliri detrahitur pellis, et intestina ejusdem decoquantur in vase novo cum mellis heminis tribus, usque ad tertias, atque ita servantur: cum opus est, strigili medicamentum tepefactum infunditur.' Prævit utrisque Scribonius Largus Compos. Med. c. 5. ad aurium dolorem, num. 39.

quitur melle in vase novo. Medici⁴ malunt e nardo decoqui usque ad tertias, atque ita asservari: deinde, cum opus sit, strigili^u tepefacta⁵ infundere. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari: aut si terreni^v vermes cum adipe⁶ anseris decocti infundantur. Item ex arboribus^w rubri oleo triti exulceratis et ruptis auribus præclare medentur. Lacerti inveterati in os pendentium addito sale, contusas,⁷^x et ab ictu læsas aures sanant: efficacissime

emptis venis . . . novo fictili patina aperto Vet. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinius et recentt. *intestinis exemptis d. melle in v. novo, sed medici* Gronov. et vulgg. *intestinisque* codd. Dalec. et Chiff. *cum melle* Vet. Dalec. *sed deest* in codd. Dalec. et Chiff. *novo, Medici* Franz.—5 Vet. Dalec. *tepefactum*.—6 Ita ex codd. Harduinius et recentt. *aut si vermes terræ cum adipe* Chiff. *vermes adipe* Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. *cum edd.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contusi* Gronov. et al. vett. Mox, *ictu mi-*

NOTÆ

^u *Strigili]* Scribonius Largus loc. cit. ‘Succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.’ Hieronym. Mercur. Practicæ 1. 40. ‘Strigil est instrumentum una parte conchatum, qua humor in aurem immititur.’ Depictam strigilem vide apud Laur. Pignorium de Servis, pag. 46. descriptam apud Apuleium in Floridis: ‘Honestam strigileculam’ appellat, ‘recta fastigatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut et ipsa in manu capulo motaretur, et sudor ex ea rivulo laberetur.’ Nempe in balneis strigili ferrea corporis sordes andoremque detergebant. Per tubulationem quippe ligulæ dilabebatur sudor. Ligulam autem vocat partem superiorem incurvam, quod sit non absimilis ligulæ, oblonga, fornicata. Et hæc strigilis parte Medici utebantur. Scribonius Largus Compos. 39. ‘Ad auriculæ tumorem . . . prodest herbæ urceolaris succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.’ Plinius xxv. 103. ‘Omnis autem succus strigili calefactus infunditur.’

^v *Aut si terreni]* Dioscor. 11. 72. Γῆς ἔντερα . . . ἐψηθέντα σὺν χηνελφ στέατι, διαθέσεις ὧτων ἐγχυματιζόμενα θεραπεύει. *Vermes terreni decocti cum anserino adipe, et instillati, affectis auribus medentur.* Q. Serenus cap. 13. p. 132. de aurium vitiis: ‘Si vero obtusa sensus remoretur in aure, Lumbricos terræ, seumque ex ansero ranco Excoque: sic veterem poteris depellere morbum.’ Marcellus Empir. cap. 9. p. 75. ‘Terreni vermes, cum anseris adipe vel cum oleo decocti, sine dubio medentur auribus purulentis.’ Et pag. 79. ‘Terreni vermes cum adipe anseris decocti infunduntur auribus ad jam deplorata vitia.’ Sic etiam Plinius Valer. 1. 9.

^w *Item ex arboribus]* Q. Serenus loc. cit. ‘Annosa rubros si legeris arbore vermes, Ex oleo tere: sic tepidos infunde dolenti.’ Marcellus Empir. cap. 9. p. 80. ‘Vermes ex qualibet arbore, rubri coloris, contriti cum oleo, et infusi, dolores aurium sedant.’

^x *Contusas]* Sic Reg. 2. non, ut

autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam distincti. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim⁸ repens, tactuque contrahens se: oniscon Græci⁷ vocant,⁶ alii tylon: efficacem narrant² ad aurium⁹ dolores, in cortice Punici mali decoctum, et porri succo. Addunt et rosaceum, et in alteram aurem infundunt. Illam autem, quæ non arcuatur,⁵ sepa Græci³ vocant, alii sco-

⁶ His etiam nominibus oniscon Græci vocant, quanquam diversi sit generis.

⁵ Quæ sine flexu tractuque decurrit.

scras aures Chiffli.—8 Chiffli. *arguatum*.—9 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *efficaciter sanat aurium* Gronov.

NOTÆ

editi, *contusi*. Mox vero in Reg. 1. et Chiffli. *ab ictu miseræ aures*.

⁷ *Oniscon Græci*] Oniscon etiam, inquit, sic Græci vocant, *πολύποδα* scilicet, sive *multipedam*. Differunt tamen. Aliud enim millepeda pilosa est, quæ sinuatim repit; aliud oniscos, sive tylos, quem Cælius Aurel. 1. 4. porcellionem vocat, multipedam alii, et cutionem. Illa eruca est hirsuta, quæ olera vitesque rodit: *une chenille*. Iste, qui et *τύλος* et *cutio*, a callosa et compactili cute, appellatur, *une cloporte*, in locis fere humidis nliginosisque, et sub vasis aquariis repertus. Ob gentilitatem, ut Plinii verbis utar, affinitatemque nominum, utriusque simul natura tractatur: quod ipsi familiare esse jam sæpius observavimus, ac sibi solenne esse præ se ipse fert. Quod vero in ea Indicis parte, quam referemus inferius in Notis et Emend. num. 32. ex utroque genere conflare unum videtur, vel eo mihi nomine suppositivum sapere, non genuinum Plinii factum ea videtur.

² *Efficacem narrant*] De onisco seu porcellione affirmare id vere licet.

Marcellus Empir. cap. 9. p. 75. 'Bestiolæ multipedes, quæ contractæ in globulos complicantur, in oleo excoc-tæ, infusæque auribus, statim prosunt.' Et pag. 76. 'Cutiones bestiolæ sunt multipedes, cute dura et solida, quæ tactæ complicant se in orbem pilulæ rotundissimæ similem: Polypodas Græci appellant. Hæ complures coc-tæ cum oleo molli in vase ferreo remedio sunt auribus laborantibus, si inde curentur.' Scribonius Largus c. 5. Ad aurium dolorem: Compos. 39. 'Item bestiolæ multorum pedum, quæ tactæ conduplicant se in orbem pilulæ rotundissimæ similem, (*κατοικιδλους ὄνους*, aut *πολύποδας* Græci hoc genus animalium vocant,) oleo domestico complures infervefactæ vase ferreo, bene faciunt.' E Græcis vero Dioscor. 11. 37. *Καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ λείοι σὺν ῥοδί-νῳ θερμαιθέντες ἐν κελύφῃ ῥόδας, καὶ ἐν-σταγέοντες, ἀρμόζουσιν. Tritæ et in cortice mali Punici addito rosaceo calfactæ ad aurium dolores efficaciter instillantur.*

³ *Sepa Græci*] Σηψ nomen est vagum, venenatis plurimis attributum,

lopendran, minorem,¹¹ perniciosamque. Cochleæ,^b quæ sunt in usu cibi, cum myrrha, aut thuris polline appositæ, item minutæ, et latæ, fracturis aurium^c illinuntur cum melle. Senectus serpentium,^d fervente testa usta, instillatur¹² rosaceo admixto, contra omnia quidem vitia efficax, sed contra graveolentiam præcipue:¹³ aut si purulentæ sunt, ex aceto: melius cum felle caprino vel bubulo, aut testudinis marinæ. Vetustior^e anno eadem membrana non prodest, nec imbre perfusa, ut aliqui putant. Item aranei^f sanies cum rosaceo, aut per se in lana, vel cum croco, auribus prodest: gryllus¹⁴ cum sua terra effossus et illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, majorem magi, quoniam retro ambulet, terramque terebret, stridat¹⁵ noctibus. Venantur eum formica circumligata¹⁶ capillo, in cavernam ejus conjecta, efflato prius pulvere ne sese condant: ita formicæ complexu extrahitur. Ventris gallinaceorum^h membrana, quæ abjici solet, inveterata et in vino trita, auribus purulentis calida infunditur, gallinarum quoque adeps. Est et quædam pinguitudo blattæ,ⁱ si ca-



et vulgg. Mox, cum cortice Vet. Dalec.—10 Chiff. *arguatur*.—11 Vet. Dalec. *majorem*.—12 Cod. Dalec. *illinitur*. Mox, Chiff. *admixta*.—13 Dalec. *præcipue instillatur*. Mox, Chiff. *et si purulenta sint*.—14 Vet. Dalec. *ac gryllus*.—15 Chiff. *stridet*.—16 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiff. *circumligato*

NOTE

quorum vis est *σηπτική*. Hæc scolopendra tertia est, quam fuse describit, visam a se et observatam, Constantinus in Lexico, verbo *Σκολόπενδρα*.

^b *Cochleæ*] Totidem verbis Plinius Valer. 1. 9. Cochleas Africanas ad dolores aurium ex plaga, cum mica thuris seu polline, commendat etiam Archigenes apud Galenum *κατὰ τόπος*, III. 1. p. 398.

^c *Item . . . fracturis aurium*] Galenus de Facult. Simp. Med. XI. 1. pag. 310. Plinius Valer. ad verbum 1. 9.

^d *Senectus serpentium*] Totidem ver-

bis ac syllabis Plinius Valer. 1. 9.

^e *Vetustior*] Plinius Valer. loco citato.


^f *Item aranei*] Marcellus Empir. c. 9. p. 80. 'Aranei triti humor expressus, et rosa liquidâ, quantum videbitur, immixtus, lavaque molli madefacta, auriculæ insertus, continuo dolorem relevat.'

^g *Gryllus*] *Ἐτ γρύλλος* Græce: nostris, un grillon.

^h *Ventris gallinaceorum*] Plinius Valer. iisdem verbis, 1. 9. et Marcellus Empir. c. 9. p. 81.

ⁱ *Est et . . . blattæ*] Plinius Valer. loc. cit. 'Blattæ etiam sine capite et

put avellatur: hanc tritam una cum rosaceo auribus mire prodesse dicunt, sed lanam, qua incluserint, post paulum extrahendam. Celerrime¹⁷ enim id pingue transire in animal, fierique vermiculum. Alii binas^j ternasve in oleo decoctas efficacissime auribus mederi scribunt, et tritas in linteolo imponi contusis. Hoc quoque animal inter pudenda est: sed propter admirationem naturæ, priscorumque curæ,¹⁸ totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerunt. Molles, quas in oleo decoctas verrucis efficaciter illini experti sunt. Alterum genus mylæcon^{19 k} appellavere, circa molas fere nascens. Has capite detracto attritas, lepras sanasse, Musa¹ et Picton in exemplis reliquerunt. Tertium genus^m et odoris tædio invisum, exacuta clune, cum pisselæo sanare ulcera alias insanabilia, strumas, panos, diebus viginti uno impositas, percussa, contusa, cacoëthe, scabiem, furunculosque, detractis pedibus et pennis. Nos hæc etiam audita²⁰ fastidimus. At hercule Diodorusⁿ et in morbo regio et orthopnoicis se id dedisse tradit cum resina et melle. Tantum potestatis habet ea ars pro medicamento dandi quicquid velit. Humanissimi eorum cinerem crematarum servandum ad hos



Gronov. et al. vett.—17 *Celebre* Chiffi.—18 Vet. Dalec. et cod. ejusdem,

NOTÆ

pedibus et alis tritæ et illitæ linteolo contusis auribus imponuntur. Blat-
tarum hoc genus fœdum est, nauseo-
sumque animal, noctu magis quam
interdiu in cellis vinariis apparet,
circa latrinarum ora, in balneis, ni-
ginosisque ædium partibus, gryllos
referens, qui noctibus æstate strid-
ent. Vide Matthiolum in Dioscor.
II. 35. p. 340. Lux istis adversissi-
ma, ita ut si noctu lumen inferatur
repente, celerrimo cursu refugiant.
'Lucifugæ blattæ' Maroni. Est et
blatta alioqui, teste Paulo Diac. in
Glossis, vermis purpureum genus,
ipsaque adeo purpura: qua de accep-

tione vocis Gothofredum vide, in
Cod. Theod. lib. x. tit. 20. pag. 513.
et 514.

^j *Alii binas*] Plinius Valer. loc. cit.
et Diosc. II. 38.

^k *Alterum . . . mylæcon*] Μυλικολ,
sive μύλοικοι, quod in pistrinis gigan-
tuntur.

¹ *Musa*] De Antonio Musa dixi-
mus XIX. 38. Vide Notas et Emend.
num. 35.

^m *Tertium genus*] Descriptum a no-
bis priore loco, ex Matthiolo.

ⁿ *Diodorus*] Ita libri omnes. Forte
rectius, *Diodotus*.

usus in cornea pyxide censuere, aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.²¹ Infixa utique^o corpori illitas extrahere constat. Mel utilissimum auribus quoque^p est, in quo apes emortuæ sunt.

XL. Parotidas^q comprimit columbinum stercus vel perse, vel cum farina hordeacea aut avenacea. Noctuæque^r cerebrum vel jecur cum oleo infusum auriculæ, aut parotidi:^r multipeda^s cum resinæ tertia parte illita: grylli sive illiti, sive adalligati. At reliqua morborum genera medicinasque ex iisdem animalibus, aut ejusdem generis, sequenti dicemus volumine.



curam.—19 Alii ap. Dalec. *mylicon*.—20 Cod. Dalec. *auditu*.—21 Vet. Dalec. *aut asthmaticis*.

CAP. XL. 1 Vet. Dalec. *auriculæ a parotide*.

NOTE

^o *Infixa utique*] Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. et Plinius Valer. III. 49.

^p *Mel . . . auribus quoque*] Ut oculis dictum est prodesse, sup. cap. ‘Mel utilissimum oculis, in quo sunt apes immortuæ.’

^q *Parotidas*] Totidem verbis Plinius Valer. I. 13. et Marcellus Empir. c. 15. p. 107. et 110.—‘IV. Reg. 6. 25. ubi ‘venumdata’ dicitur ‘quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis,’ intellige columbinum intestinum cum suo stercore.’ *Ed. sec.*

^r *Noctuæque*] Iidem auctores prox-

ime appellati. Et Scribonius Largus Compos. Medic. c. 6. ad parotidas, num. 43. ‘Ad parotidas convenit noctuæ cerebellum butyro mixtum,’ &c.

^s *Multipeda*] Plinius Valer. loc. cit. Marcellus Empir. c. 15. p. 109. ‘Multipedes cutiones, qui in stercore nascuntur, quique contacti in globulos complicantur, adjecta tertia parte resinæ, validissime triti, et malagmatis vice impositi, incipientes parotidas aperiunt, et expurgant: maturatas vero persanant.’

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXIX.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Tam sterilis gratiæ, tantæque difficultatis in promendo]* Hæc, quæ sunt planissima, quæque totidem omnino syllabis apicibusque repræsentant vetusta exemplaria omnia, Reg. 1. 2. Chiffi. aliaque, miror neglecta ab editoribus Plinianis, ut tenebras nobis hoc loco meras offunderent, his verborum ambagibus, *quam steriles gratiæ, difficultates in promendo.*

2. Ibid. *Quoniam Tyndareum revocasset ad vitam]* Ita restitimus id nomen ope codicis Regii 2. cui suffragatur et is quem Pintianus vidit: in utroque enim *Tyndareum*, non *Tyndaridem*, ut in editis, legitur. De hoc Tyndareo, præter Hyginum, ut diximus in Notis prioribus, meminere Tzetzes, Chiliad. x. Hist. 349. vs. 720. de Æsculapio: *Νεκρούς ἀνέπλασαν αὐτὸν τινὰς ἀναζωῶσαι, Τυνδαρέων, Ἰππόλυτον, σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις. Mortuos finxerunt quosdam ab eo excitatos, Tyndareum, Hippolytum, aliosque non paucos.* Zenobius in Paræmiis Cent. i. num. 47. ubi de Æsopo: *Οὕτω γὰρ θεοφιλῆς ἐγένετο ὁ Αἰσωπος, ὡς μυθεύεται αὐτὸν ἀναβιῶναι, ὡς Τυνδαρέου, καὶ Ἡρακλῆν, καὶ Γλαῦκον. Hic adeo cu-*

rus Diis extitit, ut revocatum in vitam hunc fabulentur, vcluti Tyndareum, Herculem, Glaucum. Apollodorus de Diis lib. iii. ex diversis auctoribus eorum nomina colligit, qui revocati ad vitam ab Æsculapio ferebantur. Capanem ac Lyncrgum Stesichorus proferebat: Eriphylen et Hippolytum, is qui Naupactica conscripsit: Tyndareum, Panyasis: qui Orphenum sunt secuti, Hymenæum: Mnesagoras denique, Glancum Minois filium.

3. CAP. II. *Prodicus, Selymbriae natus, e discipulis ejus]* Nempe e discipulis Hippocratis. Ita libri omnes, etiam Mss. Dalecampius tamen *Herodicus* emendabat, ex nescio quo Plutarchi loco, quem, si vidit, præpostere haud dubie intellexit. Herodicum enim Hippocrates habuit non discipulum, sed artis magistrum. Testis Joan. Tzetzes Chiliad. vii. Histor. 155. vs. 959. *Ὁ μέγας, ὁ καὶ δεύτερος, γέγονεν Ἰπποκράτης. Ὁν ὁ πατήρ Ἡρακλειδᾶς τὰ ἱατρῶν διδάσκει. Ὁ ἐκ τῆς Σελυβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ. Scripsisse hunc Herodicum de diæta, τὰ περὶ δίαιταν, auctor est Eustathius, in Iliad. i. p. 763.*

4. CAP. V. *Qui quæ inter initia*

scripsit, illo mox recedente a vita, ad sua placita mutavit] Hermolai hæc manu reficta. In Parm. *Seque inter initia scripsit. Illo, &c.* In Reg. 2. Pintiani codice: *seque inter initia ascripsit illi: mox procedente vitia sua et placita mutavit.* Conjectura Pintiani, mox procedente avaritia. Nostra: *Seque inter initia ascripsit illi: mox recedentis a vita, sua ad placita mutavit.* Primum sese Asclepiadeum professus est: illius deinde mortui placita mutavit ad sua. Sensimus nos postea id jam occupasse Gronovium.

5. Ibid. *Anima statim nostra negotiari*] Sic Mss Reg. 1. 2. aliique, non, ut editi, *animas statim nostras*; neque, ut Gronovius conjiciebat, *animæ statum vel fatum nostræ negotiari.* Sic alio mercaturæ genere negotiari dixit Colum. lib. XII. in Præfat.

6. CAP. VI. *L. Æmilio, M. Livio Coss.*] Sic est apud Cassiod. et Zonaram, *L. Æmilius Paulus, M. Livius Salinator.* In quibusdam Plinii exemplaribus, *M. Julio*, corrupte, pro *Livio*. Sic etiam apud historicum Livium lib. XXII. p. 219. cum *L. Æmilio Paulo, M. Lælius Consul* fuisse dicitur, cum *Livius* scribi oporteat.— '*L. Æmilio, Luc. Julio*] Veterem scripturam regii codicis 8686. et Chiffletiani, quæ est optima, quamvis abbreviata, fide integra representamus. Libri editi habent, *L. Æmilio, M. Livio Coss.* Atque ita etiam Cassiodorus et Zonaras. Prave: nam plebeia fuit gens Livia, nec consulti gerendo habilis. Apud Livium historicum XXII. cum *L. Æmilio Paulo M. Lælius Consul* legitur: pari errore. Nos, veteris scripturæ optimæ secuti vestigia, ita legendum esse conjicimus, *L. Æmitio, L. Julio Coss.* quoniam Juliae gentis prænomina nummi veteres tantum tria exhibent: Cæii, Lucii, et Sexti.' *Ed. acc.*

7. CAP. VIII. *Inquisitio per parietes*

agitur] Formulam hic aliquam juris latere Jureconsulti alias eruditi, virique critici, falso arbitrati sunt. Quare librorum omnium, etiam conditivorum, ut Reg. 1. 2. Colb. Chiff. &c. constantissima lectione neglecta, alii *per parentes*, ut Dalecampius, alii *per partes*, ut Pithæus Advers. II. 19. p. 444. et seq. Gronovius, *per patrias*: alii aliter censuerunt: nemo ex iis probabili sententia, quam nos omnino perspicue, ut quidem remur, ex simplici, nec petita longius Plinianæ orationis interpretatione erimus. Inquisitores ejusmodi, qui per parietes captabant candidatorum sermones, ὠρακονοστὰς Græci vocabant, quibus Cyrus primum usus dicitur a Xenophonte Παῖδ. lib. VIII. De his etiam Plutarchus, περὶ πολυπραγμ. Idem Græcis deinde πευθῆνες, Curiosi a Latinis sequiore ævo nuncupati: de quibus multa Gothofredus in Cod. Theod. lib. VI. tit. 29. 'de curiosis,' p. 193. et 194. Item 'Auriculares,' in Chronico Novalicensi v. 3. 'Hic denique mittens auriculares et præcones, qui lustrarent civitates et castella, ne homines inconsulte loquerentur de eo.' Vide præter ista quæ diximus in Notis ad Themistium Orat. I. p. 375. In Gallia vulgo appellamus, *des écoutes*, ab auscultando: item *des espions*.

8. Ibid. *De exilio vero nonnisi XLV. electis viris datur tabella*] Sic Reg. 2. cod. cum Chiff. In Reg. 1. *nonnisi de XLV. electis viris.* Descivere ab his editionum, quæ hactenus in manus venerunt, concinnatores: qui cum ita scripsere, *nonnisi die XL. quinque electis viris*, non in Plinianum modo contextum novam scripturam, sed et in forum vetus Romanum novam judiciorum formam invexerunt.

9. Ibid. *Non magis hæc Urbi timuit Cato, ut equidem credo, quam reginas*] Nusquam magis consentiens conspiciamusque omnium exemplarium, etiam Mss. fides, quam in hujus vocis

scriptura. Nihilominus Salmasius, in Præf. ad librum de homonymis, p. 52. sic emendat, *quam resinas*: tum multa de resinata juventute affert, quæ ante eum Dalecampius commodiore loco protulerat, quoniam ab isto quem tractamus prorsus abhorret: ut vel nostra per se interpretatio arguit, qua nihil est planius, nihil ad scriptoris mentem accommodatum magis: præsertim quod nihil adhuc attingere se Plinius profitetur eorum quæ urbi timuit, ac Reipublicæ, in quibus resinæ: extremo duntaxat hoc cap. ab eo delibanda.

10. CAP. IX. *Postes a nubentibus attingi*] Sic Mss. sane omnes, Reg. 1. 2. Colb. aliique. Rectius tamen fortassis *cingi*, auctore Plutarcho, in Quæst. Rom. p. 271. Ἐρίφω δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρός. *Novæ nuptæ mariti januam lana coronat.* Quo et Lucanus respexit, solennes nuptiarum ritus describens, II. 355. 'Festa coronato non pendent limine sarta, Infulaque in geminis discurrat candida postes.' *Attingi* tamen hand penitus aspernandum: cum ritus ille tangendi postes lana ea fieri potuerit, qua colus instructa, quam novæ nuptæ secum deferebant, eodem auctore Plutarcho loc. cit.

11. Ibid. *Sanguinem in naribus sistit cum oleo rosaceo: et alio modo indita auribus*] Geminum adhibendæ lanæ succidæ modum edocet: primum ut in naribus: alterum, ut in aure indatur. Sic etiam Q. Serenus c. 35. p. 148. 'Lana oleo madefit, sed nondum lota, rosato: Hæc datur in nares, vel claudit densius aures.' Explanatus paulo Marcellus Empir. c. 10. p. 85. 'Lana succida conjicitur in nares cum oleo rosaceo: et auriculæ de lana succida obturantur, et ita sanguis profloens continetur.' Ita verbis fere totidem Plinius Valer. I. 26. Frustra igitur contra consensum omnium exemplarium ex dubiæ fidei vetusto codice profert Dalecampius

alteram lectionem, *et alio modico indito in auribus.* Allium in aure indere quid juvet ad sistendum sanguinem, conijcere hand proclive est. Utitur hac forma loquendi Plinius rursum inferius, c. 11. 'Et alio modo lutea ovorum,' &c.

12. CAP. X. *Et in linteo succatur*] Libri omnes, tum editi, tum Mss. *siccatur*, manifesto errore, cujus vel ipsa æsypi concinnatio admonet: sed et auctores Græci pariter ac Latini. Nam Diosc. II. 84. pingue illud, quod supernatat, excolatum, elui aqua jubet, confricarique, ut candidius reddatur: Ἐνιοὶ δὲ διηθήσαντες τὸ λίπος, πλύνουσιν ἐν ὕδατι ψυχρῷ ταῖς χερσὶν ἀνατρίβοντες . . . γίνεται δὲ ὁ τοιοῦτος λευκότερος. Sic etiam auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 1003.

13. Ibid. *Ulvera non oculorum modo sanat, sed oris etiam et genitalium, cum anserino adipè*] Ita Mss. omnes, librique publici. At si Dioscoridem audimus, qui hæc ceteroqui verbis totidem representat, *sed auris* potius scribendum sane fuerit. Sic enim ille II. 84. Πρὸς τε τὰ ἐν ὠσὶ καὶ ἐν αἰδοῖσι σὺν χημέφω στέασι.

14. CAP. XI. *Ad ignem sacrum candido ovorum trito cum amylo*] Plinius Valer. non *trito* videtur, sed *trino* legisse, vel terno. Nam III. 34. 'Igmi sacro medendo:' 'Ovorum trium,' inquit, 'candidum cum amyli pari mensura imponitur.'

15. Ibid. *Sic et lientericis*] Sic restitimus ex indubitata conjectura, non uno argumento mixta. Nam neque *lienticis*, quod libri hactenus editi præferunt, vox est nota Plinio, qui lienosos semper, aut splenicis vocat: neque lienosus prodesse hoc medicamentum potest, quod nunc affertur: lientericæ, quod genus aliquod dysentericæ est, mire prodest. Theod. certe Priscianns II. 2. 18. cui titulus est, 'de dysentericis, vel nentericis,' (ubi 'lientericis' legi oportere per-

spicum est, cum de lienteria eo capite sermo sit, ac nominatim ea appellatur,) 'ova his in aceto cocta sorbilia convenire' plane asseverat. Quamobrem, ob affinitatem morbi, hoc loco cœliacis dysentericisque, de quibus proxime antea sermo fuit, lienterici commode subnectuntur. Denique in Reg. eod. 1. *Sic et in lienterici*, in Reg. 2. et Colb. 3. *Sic et lientericis*, diserte scribitur, ex quo *lientericis* fingi oportere, facilis conjectura est. Nec minus felix in emendandis Notis, quæ falso Tironi ac Senecæ ascribuntur apud Gruterum, p. 180. 'Sinteria. Sinteriacus. Dissenteria. Dissenteriacus.' Lege: 'Lienteria. Lienteriacus. Dysenteria. Dysenteriacus.'

16. Ibid. *Scabiem corporum ac prurritum oleo et cedria mixtis tollunt*] Addit et Marcellus Empir. c. 4. p. 40. sed imprudenter scilicet, verbis illis *e vino*, quæ clausula est superioris sententiæ, in hanc transductis. 'Ex vino,' inquit, 'et oleo, et cedria, prurritum scabiemque capitis tolli manifestum est, si ungetur assidue.'

17. Ibid. *Torminibus . . . medentur ova bina cum allii spicis quatuor, &c.*] In libris hactenus editis, cum aliis piscis, perinde quasi cum piscium ovis gallinæ ova permiscenda censuerit. Sincera lectio quibusdam ante nos ex conjectura suboluit: quibus tamen conjecturam stabilirent, argumenta deerant. Suppeditat ea nobis auctor haud pœnitendus qui e Plinianis floribus maximam vim in suos hortos transtulit. Marcellus Empir. c. 27. p. 192. 'Caniculos ex aceto coctos,' inquit, 'allii spicas quatuor purgatas, ova incocta duo simul contere, adjice vini veteris heminam, et fervefactum medicamen dysenterico da bibendum.' Et p. 195. 'Dysenterico, et torminoso, et ei qui jam corruptum sanguinem egerit, saluberrimum medicamentum est tale. Allii spicæ quatuor, et ova duo incocta in unum

teruntur: hisque additur vini veteris sextarius, et coquitur ad tertias,' &c.

18. CAP. XIV. *Genitæ Manæ catulo res divina fit*] Prius legebatur, *Genito mane catulo*, contra codicum Mss. Reg. 1. 2. ceterorumque probatissimorum fidem, in quibus totidem plane apicibus ea lectio conspicua est quam representamus. Confirmat egregie emendationem Plutarchus de Quæst. Rom. p. 277. *Διὰ τὴν τῆ καλουμένην Γενετῆ Μάνη κόνα θύουσι; Cur ei quæ Genitæ Manæ vocatur canem immolant?* Nempe ut Græci Lucinæ, sic *Genitæ Manæ* Romani canem immolabant, pro iis quæ domi nascerentur, *ὑπὲρ τῶν οἰκογενῶν*, inquit Plutarchus, loc. cit. et p. 280. Hanc esse arbitror Maniam Deam Matrem Larum, cui olim pro familiarum sospitate pueri nactabantur, ut refert Macrobius Saturn. i. 7. p. 221. eandemque Deam Menam ab Augustino appellatam de Civit. Dei iv. 11. Et qui puerorum natalibus præesse Dii credebantur, 'Genitales Deos' prisca ætas vocavit. In nummo Crispinæ Augustæ, apud Tristan. tom. i. p. 750. GENITALIBVS. DIS.

19 CAP. XVII. *Item suffitu eorum abigere sanguisugus adhærentes, &c.*] Hæc hactenus ita divulsa distractaque fuere: ut ab iis vocibus, *sanguisugus adhærentes*, novæ periodi sumeretur initium: ac præpostera interpunctione, non sanguisugas adhærentes faucibus, sed aspidas, de quibus antea proxime sermo fuit, suffitu cimicum abigi, sensus foret. Errorem Marcellus Empiricus retexit c. 6. p. 121. 'Ad eos,' inquit, 'qui sanguisugas insci devorant, cimicum in carbonibus positorum fumus remedio est, si ore hianti et faucibus apertis excipiatur; ejici enim et expelli devoratas sanguisugas hac ratione certissimum est.' Certior quoque auctor Columella vi. 18. p. 228. 'Remedia ad haustam hirudinem: . . . Potest

etiam per fistulam deusti cimicis nidor immitti, qui ubi surperponitur igni fumum emittit, et conceptum nidorem fistula usque ad liru'dinem perfert, isque nidor depellit hærentem,' &c.

20. CAP. XXI. *Draconum adipem venenata fugiunt: item, si uratur, ichneumonum: fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos*] Hoc loco maxime grassata est interpolatorum audacia inscitiaque: sic enim in libris hactenus editis legebatur: *Draconum adipem venenata fugiunt: item virus ichneumonum: et cutis cinere in aceto perunctos*. Quæ ne Ædipus quidem intelligat. In Reg. 1. *et urticis tritis*. At in Reg. 2. diserte ac plane: *Draconum adipem venenata fugiunt: item urature ichneumonum: fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos*. In quibus sinceræ lectionis aperta vestigia.

21. Ibid. *Aiunt enim præcavere*] In libris hactenus editis, *præcavere*. Qui interpolaverunt, adjecto etiam vocabulo, *futura præcavere*, rescripserunt. Nos codicum auctoritatem secuti, Reg. 1. et 2. *præcavere*: cui voci quæ vis subsit, aperuimus xx. 4.

22. Ibid. *Ternis digitis utrimque amputatis*] Ita Reg. codices 1. 2. et Cliff. Editi, *quaternis*. Sed utrumlibet legas, exclamat Dalecampius fabulosum esse, quod utrimque certa mensura amputari extrema oporteat, uno scilicet Dioscoride in consilium ejus rei adhibito. At censuit tamen ita Andromachus senior, Neronis Medicus, apud Galenum de Antid. 1. 6. p. 876. Censuit et Damocrates ibidem, c. 15. p. 893. E cervice enim ternos digitos, e cauda amplius paulo præcidi jubet: *τῶν μὲν κεφαλῶν ἀπόκοπον ὡς τρεῖς δακτύλους, Μικρῶ τε πλείους τῶν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς μερῶν, Πρῶτον κεφαλὰς μὲν, εἶτα τὰς οὐρὰς τότε*. Censuit et Galenus ipse, c. 8. ejusdem operis, p. 878. *Ἀτταρκες δ' ἐπὶ τῶν μεγάλων ἐχιδνῶν τὸ ἀφαιρηθῆσόμενον ἐκατέρωθεν εἶναι δακτύλων δ'*.

Sufficit in magnis viperis id quod amputabitur utrobique quaternos æquare digitos. Quod iterum repetit, de Theriac. ad Pison. c. 13. p. 950.

23. CAP. XXVI. *Et pedibus suspensum in supcro limine*] In libris hactenus editis, addita vocula una, alteraque corrupta, *suspensum sursum in superliminari*. Reg. 1. 2. et Cliff. *superlimine*. Plinius xxxii. 16. *stellam marinam affixam limini superiori dixit: 'superum limen,' Plautus in Bacchid*.

24. CAP. XXVII. *Ore minimo sub albo*] In quibusdam Mss. *subalbo*, mendose. Error enim arguitur ex Nicandro, ita rhagion phalangion describente in Theriac. p. 51. *Ἔργα δέ τοι σύνταο περιφράξιο φάλαγγος, Σήματα δ' ἐν βρυχμοῖσιν· ἐπεὶ β' ὁ μὲν αἰθαλόεις ῥῶξ Κέκληται, πισσῆεν, ἐπασσύτερος ποσιν ἔρπων· Γαστέρι δ' ἐν μεσάτρῃ ὄλοοῖς ἔσκληκεν ὄδοῦσι*. Hoc est, *Garræo interprete: Nunc attende notas et tubera dira phalungis Pestiferi: piceo distinguitur ille colore, Qui Rhox nomen habet, pedibusque frequentibus: alvo Os illi in media, duo exitabile dente*. Et Scholiastes in eum locum: *τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀδόντας κατὰ τὴν μέσην τὴν γαστέρα ἔχει*.

25. CAP. XXXII. *Quidam ob id edendum dederunt*] Ita libri omnes, etiam Mss. Interpolatoris cuiuspiam conjectura est inutilis, quam Dalecampius ex vetusto nescio quo exemplari affert, *quam ob id bibendum*. Nam reclamant præterea auctores vetusti: Plinius Valer. 11. 50. *'Cinis capitis canini,' inquit, 'illitus abigit aquæ pavorem: aut caput canis devoratum.'* Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 21. *'Ad canis rabidi morsus: 'Caput rabidi canis et jecur coctum dato ei qui morsus fuerit, sanat.'*

26. CAP. XXXV. *Porrigines felle ovillo cum creta Cimolia, linito capite, &c.*] Hæc mihi potior lectio visa est, Regii codicis 1. auctoritate stabilita,

quam Clissetiani, aut Regii 2. in quibus *prurigines* scribitur. Quamquam et his posterioribus exemplaribus suffragantur auctores duo, sed non diligentissime omni ex parte castigati. Marcellus Empir. c. 4. p. 40. 'Prurigines capitis discutit fel ovillum cum creta Cimolia, donec arescat: mirum est.' Totidemque verbis Plinius Valer. 1. 4. Sed *porrigines* utrobique scribi censemus oportere.

27. CAP. XXXVI. *Murina pellis*] Ex hoc Plinii loco Plinius alter Valer. 1. 1. et Marcellus Empir. c. 1. p. 36. sunt corrigendi: cum in libris editis apud utrumque legatur 'Murenarum pellium,' pro 'murinarum:' nequedum enim de piscibus, sed de terrestrium animalium medicinis tractatio nunc instituitur.

28. Ibid. *Adepsque earundem alitum cum rosaceo. Cochleæ matutino pascentis arundine caput præcisum, . . . adalligant capitis doloribus licio*] In libris hactenus vulgatis, *Adepsque . . . cum rosaceo coctus. Matutino pascentis hirundinis caput, &c.* In vetere Dalecampii exemplari, *Matutino nascentis:* utrumque insulse. In Reg. 2. *coctæ matutina pascentis harundine, &c.* quoniam vox ea *arundo* in libris veteribus quandoque aspiratur, etsi aliter Macrobius monet fieri oportere. Nosram emendationem ita stabiliunt veteres scriptores duo, nihil ut esse certius queat. Primum Marcellus Empir. c. 1. p. 36. 'Cochleæ matutinum rorem pascentis caput arundine præciditur, et in linteolo licio alligatur, colloque suspenditur: continuo medetur.' Et Plinius Valer. 1. 1. de capitis ægritudinibus et medela: 'Cochleæ matutino se pascenti caput arundine præciditur, et in linteolo licio alligatur, colloque suspenditur.'

29. CAP. XXXVII. *Æsypum cum myrrha specillo illitum*] Prius *penicillo* legebatur. In Reg. 2. cod. *speciclo*. Marcellus Empir. *specillo*. 'Glabris

palpebris,' inquit, c. 8. p. 70. 'pilos induces, si æsypo quod sub armis ovium nascitur, adjecta myrrha, pariterque in mortario trita, specillo calido loca pilis nuda perduxeris.'

30. Ibid. *Lucertæ viridis fel in vino albo Sole coactum ad crassitudinem mellis in æreo vase*] In Chiff. cod. *Sole decoctum*, hand ita sincere. Marcellus Empir. c. 8. p. 70. 'Pili si oculis molesti erunt potenter uteris hoc medicamine. Lacertæ viridis fel misce cum vino albo, quantum sufficere existimaveris, et mitte in vas æreum, positumque ad Solem, tamdiu agita, donec crassitudinem mellis habeat: atque ex eo loca pilorum vulsorum ungue.'

31. CAP. XXXVIII. *Cum Attico melle cinis et adeps soricis combusti tritus lacrymosis oculis plurimum confert: stibis quid est, dicemus in metallis*] Posteriora hujus sententiæ verba quale delitescat in antecedentibus mendum per se indicant. Itaque, tametsi codices omnes Mss. vulgatæ huic scripturæ suffragantur, nihilominus *adeps soricis cum stibi* legi oportere pertendimus; sequitur enim statim, *stibis quid est, dicemus*. Quæ verba quo spectent, nisi de stibi actum sit in priore orationis parte, dici non potest.

32. Ibid. *Boæ quoque fel*] In libris hactenus editis, *ululæ quoque fel*, reclamantibus licet libris omnibus, Reg. 2. Chiff. aliisque, tum hoc loco, tum in Indice hujus libri ac sequentis; nam *boæ* vel *boræ* ubique diserte legimus; cum toto hoc libro mentio ejus nulla fiat, ubi ab hoc loco discesseris. Neque vero ad medicinas avium transgressura oratio sumere dicendi initium ab *ulula* debuit, sed ab *aquila* potius, quæ vulcerum regina dicitur, uti statim fiet. In Indice sane utriusque libri mox appellati nomina continentur animalium, ex quibus in ipso voluminis corpore medicinæ repetuntur: in his post viperam *boæ*

appellatur, ut in hoc cap. in qua ver-
samur. Quamobrem utriusque illius
Indicis partem eam, quæ nomina
animalium complectitur, numerum-
que medicinarum ex eis, neque initio
hujus operis referre operæ pretium
visum est, et quod ab aliquo potius,
vetusto tamen, consarcinate con-
textam, quam a scriptore ipso, tum
censehamus, et alihuc suspicamur,
haud levibus inducti argumentis, et
quod aptiora eo loco viderentur ea
quæ inseruimus, quibus tota series
operis conspicua fit; neque amplius
differre fas, cum et ad emendationem
nostram constabiliendam id præclare
faciat, et premi quicquam, quod vere
Pliniano e fonte manasse cniptiam
possit videri, religio sit: idcirco
alieno potius loco intexi oportere
censuimus, quam omnino nullo. Ita-
que in Indice libri XXIX. hæc addun-
tur in fine, quæ ex codicibus Reg. 1.
2. et Colb. 2. summa fide repræsen-
tamus, nunquam antehac edita:

Medicinæ ex pecude XXII. et se-
quente libro, LV. LXXVII.
Mulis, VI. et sequente libro, III. IX.
Cane, XVI. et sequente libro, XLI.
LVII.
Cane rabioso, III. et sequente libro,
II. V.
Ichneumone, I.
Mure araneo, II. et sequente libro,
III. V.
Glire, II. et sequente libro, VI. VIII.
Sorice, IV. et sequente libro, II. VI.
Mustela, XIX. et sequente libro XXV.
XLIV.
Stellione, IV. et sequente libro, XII.
XVI.
Herinaceo, V. et sequente libro, XIII.
XVIII.
Hystrice II. et sequente libro, I. III.
Lacerta, XIII. et sequente libro, XXX.
XLIII.
Salamandra, I. et sequente libro, III.
IV.
Cochlea, XXVII. et sequente libro,

LXXIV. CI.
Aspide, IV. et sequente libro, III. VII.
Basilisco, IV.
Dracone, VI. et sequente libro, XXI.
XXVII.
De Vipera, XIV. et sequente libro
XXI. XXXV.
Hydro, I.
Bova, IV. et sequente libro, III. VII.
Enhydride, I. et sequente libro, II.
III.
Serpentibus ceteris, VII. et sequente
libro, VIII. XV.
Scorpione, IV. et sequente libro, II.
VI.
Arancorum, et phalangiorum genera
XI. Medicinæ ex eis IX. et sequente
libro, XXV. XXXIV.
Gryllo, sive tauro, I. et sequente li-
bro, VII. VIII.
Scolopendra, sive multipeda, sive
millepeda, sive centipeda, sive
onisco, sive tylo, medic. I. et se-
quente libro, XXI. XXII.
Admiratio naturæ nihil sine usu gig-
nentis.
Limace, I. et sequente libro, III. IV.
Eruca, I. et sequente libro, II. III.
Verme terreno, II. et sequente libro,
XXII. XXIV.
Verme ex arboribus, et sequente li-
bro, IV. V.
Ex volucris: Aquila, IV. et se-
quente libro, III. VII.
Vulture, IX. et sequente libro, IX.
XVIII.
Gallinaceo, XXI. et sequente libro,
XXXV. LVI.
Gallina, X. et sequente libro, XXI.
XXXII.
Ovis, XXII. et sequente libro, XLIII.
LXV.
Anser, IX. et sequente libro, XV.
XXIV.
Cycno, I. et sequente libro, V. VI.
Corvo, II. et sequente libro, IV. VI.
Cornice, I. et sequente libro, II. III.
Accipitre, II. et sequente libro, II. IV.
Milvo, II. et sequente libro, VI. VIII.
Cenchreide, II.

- Ciconia, II. et sequente libro, I. III.
 Anate, II. et sequente libro, XIV. XVI.
 Pico Martio, I.
 Turture, IV. et sequente libro, V. IX.
 Ulula, I. et sequente libro, I. II.
 Bubone, II. et sequente libro, V. VII.
 Vespertione, IV. et sequente libro, IX. XIII.
 Apibus, V. et sequente libro, VIII. XIII.
 Buprestis, III. et sequente libro, III. VI.
 Pityocampis, III. et sequente libro, IV. VII.
 Naturæ benignitatem etiam fœdis animalibus inseruisse magna remedia.
 Scarabæo, IX. et sequente libro, VIII. XVII.
 De genere cantharidico, Medic. ex his, V. et sequente libro, XI. XVI.
 Cimice, IX. et sequente libro, VII. XVI.
 Musca, VII. et sequente libro, V. XII.
 Locusta, IV. et sequente libro, IV. VIII.
 Attelebis, I.
 Formicis, III. et sequente libro, V. VIII.
 Adjuncta hæc similiter ad calcem Indicis libri xxx. quæ nunc primum ex iisdem codicibus Mss. exhibemus :
 Medicinæ ex pecude, et LV. et priore libro, XXII. LXXVII.
 Lana, XXV. et priore libro, XXX. LV.
 GEsypo, XX. et priore libro, XXXII. LII.
 Mulis, III. et priore libro, VI. IX.
 Caballis, III. et priore libro, I. IV.
 Cane, XLII. et priore libro, XVI. LVII.
 Cane rabioso, II. et priore libro, III. V.
 Mure, XXVIII. et priore libro, XIV. XLII.
 Mure araneo, III. et priore libro, II. V.
 Glire, VI. et priore libro, II. VIII.
 Sorice, II. et priore libro, IV. VI.
 Mustela, XXV. et priore libro, XIX. XLIV.
 Stellione, XII. et priore libro IV. XVI.
 Herinaceo, XIII. et priore libro, V. XVIII.
 Hystrice, I. et priore lib. II. III.
 Lacerta, XXX. et priore libro, XIII. XLII.
 Salamandra, III. et priore libro, I. IV.
 Cochlea, LXXIV. et priore libro, XXVII. CI.
 Aspide, et priore libro, IV. VII.
 Dracone, XXI. et priore libro, VI. XXVII.
 Vipera, XXI. et priore libro XIV. XXXV.
 Bova, III. et priore libro, IV. VII.
 Enhydride, II. et priore libro, I. III.
 Amphisbæna, III. et priore libro, IV. VII.
 Serpentibus ceteris VIII. et priore libro, VII. XV.
 Scorpione, II. et priore libro, IV. VI.
 Araneorum et phalangiorum genera XI. Medicinæ, XXV. et priore libro, IX. XXXIV.
 Gryllo, sive tauro, VII. et priore libro, I. VIII.
 Troxalide, III.
 Phryganione, I.
 Scolopendra, sive multipeda, sive millepeda, sive onisco, sive tylo, XXI. et priore libro, I. XXII.
 Admiratio naturæ nihil sine usu gignentis.
 Limace, III. et priore libro, I. IV.
 Eruca, II. et priore libro, I. III.
 Verme terreno, XXII. et priore libro, II. XXIV.
 Verme ex arbore, IV. et priore libro, I. V.
 Verme ex herba, IV.
 Herpete, I.
 Ricino, III.
 Ex volucris :
 Aquila, III. et priore libro, IV. VII.
 Vulture, IX. et priore libro, IX. XVIII.
 Ossifraga, VI.
 Galliuaceo, XXXV. et priore libro,

XXI. LVI.
 Gallina, XXII. et priore libro, X.
 XXXII.
 Ovis, XLIII. et priore libro, XXII.
 LXV.
 Commageno, V. et priore libro, IV.
 IX.
 Cyeno, V. et priore libro, I. VI.
 Corvo, IV. et priore libro, II. VI.
 Cornice, II. et priore libro, I. III.
 Accipitre, II. et priore libro, II. IV.
 Milvo, VI. et priore libro, II. VIII.
 Grue, I.
 Ciconia, I. et priore libro, II. III.
 Ibide, III.
 Anate, XIV. et priore libro, II. XVI.
 Ardeola, I.
 Palumbe, XIV. et priore libro, VII.
 XXI.
 Galerita, IV.
 Cuculo, I.
 Pico Martio, I.
 Turture, V. et priore libro, IV. IX.
 Turdis, III.
 Merola, II.
 Hirundine, XXIV. et priore libro, IX.
 XXXIII.
 Ulula, I. et priore libro, I. II.
 Upupa, I.
 Bubone, I.
 Passere, I.
 Gulgulo, III.
 Vespertione, IX. et priore libro, IV.
 XIII.
 Cicada, I.
 Apibus VIII. et priore libro, V. XIII.
 Bupresti, III. et priore libro, III. VI.
 Pityocampis, IV. et priore libro, III.
 VII.
 Naturæ benignitatem et sædis animalibus inseruisse magna remedia.
 Scarabæo, VIII. et priore libro, IX.
 XVII.
 Blattis, XII. et priore libro, VII. XIX.
 De generibus cantharidum: Medicinæ ex his, XI. et superiore libro, V. XVI.
 Cimice, VII. et priore libro, IX. XVI.
 Musca, V. et priore libro, VII. XII.
 Locustis, IV. et priore libro, IV. VIII.

Formicis, V. et priore libro, III. VIII.

33. Ibid. *Finum quoque columbarum ex aceto ad agilopas*] Sive, ut in Reg. 2. *ad agilopia*. Inepta enim Chiffletiani codicis lectio est, *ad alopecia*: nec paulo deterior Dalecampii emendatio, *ad alopeccias*. Est enim capitis vitium alopecia, non oculorum, quorum in appellandis sanandisque morbis hoc cap. Plinius nunc totus habitat. Sic etiam Marcellus Empir. quem Plinii simiam alterum in medicina jure dixeris, cap. 8. pag. 71. 'Ægilopia,' inquit, 'emendat finus columbinus ex aceto coctus, et illitus. Cicatrice quoque oculorum et albugines mire detergit.'

34. Ibid. *Per se vero, ad claritatem Hippocratis putant auctoritate adjici, &c.*] Ita restituimus hunc locum, secuti codices Reg. 1. 2. et eum quem Pintianus vidit. Prius legebatur: *per se vero ad claritatem dorcados. Hippocratis (ut putant) auctoritate adjicitur*: eum in Mss. iis, et *dorcados*, et vocula *ut*, et postrema vocis *adjicitur* syllaba desit. Sed haud paulo lepidius est, quod Parmensis editionis curatores, pro *dorcados, Hippocratis, Dioscoridis et Hippocratis*, edidere. Credo, ut ciucem Criticis figerent, parsque una saltem vel ex hoc loco uno Dioscoridem Plinio vetustiore esse omni ope contenderet.

35. CAP. XXXIX. *Has capite detructo attritas lepras sanasse, Musa et Picton in exemplis reliquerunt*] Hic mendum subesse remur, etsi constans ea sit editorum omnium librorum scriptura. Nam in Reg. 1. *Muscum Pyceten* in Reg. 2. *Museum pycetem*, legimus: plane ut *Muscus* sive *Musca*, pycetæ, hoc est, pugilis, fuisse nomen videatur, quem liber Exemplorum forte inscriptus, qualem Hygini fuisse in Auctorum Indice dicemus, eo medicamento sanatum prodiderint. Sic 'Enthymum pycetam' Plinius appellat VII. 48. Suboluit mendum istud et antea Pin-

tiano. Non placet interim Gronovii conjectura legentis, *Musa cum Pitanao*, Apollonio videlicet, de quo nos in Auctorum Indice. Abhorret enim ea ratio appellandi auctores, sola patria indicata, ab ingenio et consuetudine Pliniana.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXX.

I. (1.) **M**AGICAS vanitates sæpius quidem antecedente operis parte,¹ ubicumque causæ locusque poscebant, coarguimus, detegemusque etiamnum: in paucis tamen digna res est, de qua plura dicantur, vel eo ipso quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe, plurimisque sæculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem² sola artium tres alias^a imperiosissimas humanæ mentis complexa in unam se redegit.³ Natam primum e medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremque medicinam:⁴^b ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum



CAP. I. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *antecedentis operis parte* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *etiamnum in paucis tamen*.—2 Chiffli. *quandoque*. Mox, *humanæ menti* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *redegit* Gronov. et vulgg. Mox, *Natam primum Medicina n. dubitant: specie* Chiffli. *ac specie salutis* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sanctioremque quam medicinam* al. vett. et Gronov.

NOTÆ

- ^a *Tres alias*] Medicinam, Religio- Mss. Reg. Colb. Th. Chiffli. recte.
nem, Astrologiam. Perperam in editis hactenus libris,
^b *Sanctioremque medicinam*] Sic *sanctioremque quam medicinam*.

genus. Atque ut hoc quoque suggesserit,⁵ miscuisse artes mathematicas, nullo non avido futura de sese sciendi, atque ea e cælo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigii⁶ adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium prævaleat, et in Oriente regum regibus⁷ imperet.

II. Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre, ut inter auctores convenit. Sed unus hic^d fuerit, an postea et alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiæ sectas clarissimam utilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic et Aristoteles.^e Hermippus, qui de tota ea arte diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum ejus positis, explanavit, præceptorem, a quo institutum diceret, tradidit Azonacem;^f ipsum vero^g quinque

Mox, ad quam maxime e adlegat cod. Dalec. adligat Vet. Dalec.—5 Vet. Dalec. suggessit; alii vett. ap. Dalec. successit.—6 Vet. Dalec. fastigium.—7 Cod. Dalec. legibus.

CAP. II. 1 Ita cod. Reg. Brot. 1. Agonacen Vet. Dalec. Agoneten Chiffli.

NOTE

^c *Regum regibus*] Parthorum regibus solenne id fuisse, ut se Regum Reges, βασιλεῖς βασιλέων, inscriberent, non auctores modo, sed et Arsacidarum nummi testantur. Magos ibi rerum potitos, post Cyrum et Cambysen, tradit Justinus lib. 1.

^d *Sed unus hic*] Arnobius quatuor ejus nominis viros agnoscit: Suidas quintum adjicit. Magiæ inventorem Chamum aliqui voluit fuisse, Noëmi filium, qui cum ad Persas transisset, Zoroastrem se dici voluerit. Fuisse huic filium Chus, patris artium hæredem ac nominis, Zoroastrem quoque cognominatum. A quo deinde, quicumque Magiæ studio se dedidit, Zoroastris quoque sibi nomen asceverunt. Eusebium vide, lib. x. de Præpar. pag. 484. et, qui quæ recon-

ditoris doctrinæ sunt de hoc argumento egregie tractat, Virum Cl. Danielelem Huëtium, in Demonstr. Evang. p. 74. et seq.


^e *Sic et Aristoteles*] Ἐν τῷ Μαγικῷ, ejus libri auctorem Aristotelem Laërtius facit in Proœmio, pag. 1. et 2. Eo in libro de Zoroastre agi, textis quoque est Suidas. Sed is, in Ἀντισθένης, ab aliis Aristoteli quidem, Antistheni vero ab aliis, Rhodoni denique a nonnullis librum eum asseri prodit. Sed ut ut est, et ejus libri auctoris, et Eudoxi error ex ratione Chronologica aperte arguitur. Obiisse enim Platonem scimus Olympiadis 108. anno primo, Urbis conditæ cccvvi. a Diluvio vix annis bis mille.

^f *Azonacem*] Mss. Agonacem.

^g *Ipsum vero*] Zoroastrem.

millibus^b amorum ante Trojanum bellum fuisse. Mirum hoc imprimis, durasse memoriam artemque tam longo ævo, commentariis non intercidentibus, præterea nec claris nec continuis successionebus² custoditam. Quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet, qui soli cognominantur, Apusorum, et Zaratumⁱ Medos, Babyloniosque^j Marmarum, et Arabantiphocum, aut Assyrium Tarmoëndam, quorum nulla extant monumenta?³ Maxime tamen mirum est, in bello Trojano tantum de arte ea silentium fuisse Homero, tantumque operis ex eadem in Ulyssis erroribus,^c adeo ut totum opus non aliunde constet. Siquidem Protea^k et Sirenium cantus apud eum non aliter intelligi vo-

^a Totque opera ex arte magica recitari in Ulyssis erroribus.



—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *successoribus*.—3 Chiffi. *habent, qui soli nominantur, Apusorum et Zaratum Medos, Babyloniosque Marmarum, et Araban Tiphocum, aut Assyrium Tarmoëndan*. Codd. Regg. Brot. 1. 2. etiam *Apusorum*. Reg. Brot. 5. et Editio princeps, *Apulorum*. Al. *Apusorum*. Cod. Dalec. *Marmaridum*. Hæc ultima clausula, *quorum n. e. monumenta*, non legitur in Chiffi. *Babyloniumque Marmuridum, et Arabem Hippocum, Assyrium vero Zarmocnidam, &c.*

NOTÆ

^b *Quinque millibus*] Hunc Hermippi errorem secutus est Hermodorus Platon. de disciplinis, teste Laërtio in Proœmio, p. 1. Secuti et alii, apud Plutarch. de Iside, p. 369. Verum a Diluvio ipso ad captam usque Trojam ne mille quidem ac ducentos annos intercessisse docent periti omnes Chronographicæ scientiæ artifices. Suidas quingentis duntaxat annis bello Trojano priorem Zoroastrem facit.

ⁱ *Zaratum*] Forte Παζάρην, *Pazatam*, cujus cum Osthæne et Zoroastre meminit Diogenes Laërtius in Proœmio, p. 1.

^j *Babyloniosque*] Vide Notas et E-mend. num. 1.

^k *Siquidem Protea*] ‘Vultus mutantem Protea,’ ut Horatius cecinit. De eo multa Maro Georg. lib. iv. De Sirenibus et Circe pleni pariter, poetarum libri. Cur Proteus multiformis fingatur, disce ex Diod. Siculo

Bibl. lib. i. p. 56.—‘At apud Homerum reipsa Circe natura ipsa est, fœcunda parens ciborum, ad opipare epulandum. His qui se ingurgitant, porcorum similes fiunt. Circes palatium hic ipse mundus universus est; hoc est, istud quod incolimus, Terræ hemisphærium. Circem Homerus *δολεσσαν, dolosam*, vocat Odys. 1. 33. quoniam dulcedine ciborum ad intemperantiam sensim inducit. Ancillas sive ministras quatuor habere dicitur Odys. K. 348. Quatuor eæ sunt anni tempestates. Mensam eæ instruunt pane, carnibus, et vino; Odys. M. 29. sq. His postquam usus est temperate Ulysses, misit ei Circe benignum ventorum afflatum ad discessum; quod idem fuit ac si vates diceret, non prius solvisse navem, aut opipare vivere desiisse Ulysssem, quam vento secundo uti posset. Cir-

lunt: Circe utique et Inferum evocatione¹ hoc solum agi.² Nec postea quisquam dixit, quonam modo venisset Telmessum^m religiosissimam urbem, quando transisset ad Thessalas matres,⁴ⁿ quarum cognomen diu obtinuit in nostro orbe alienæ gentis. Trojanis itaque temporibus⁵ Chi-

^b *Magiæ solum opus declarari.*

//////////

Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et inferorum . . . agi. Nec . . . Thessalas urbes* Gronov. et vulgg. *Thessaliæ urbes, quæ* al. ap. Dalec.—5 Chiffi. *aliena gente. Trojanis utique temporibus.* Vide Nic. Heinsii Advers. p. 181. Mox, cum Chir. n. c.

NOTÆ

ces nomen Homero placuit, ut illud sagæ tribueret, quoniam nosset Marsos Italiæ populos, a Marso Circes filio ortos, ut dictum est VII. 2. incantandi arte pollere. De Sirenibus Homericis diximus ad III. 9. Proteus dein Homericus, Homo est universim spectatus, qualis ante nos fuit, qualis est modo, qualis est post nostram ætatem futurus: unde et a Virgilio dicitur nosse ‘omnia vates Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.’ Senex ille quidem, nam ab ævo condito durat: idem marinus, quippe variis jactatus curis, veluti in mari nautæ: idem immortalis, ἀθάνατος, Odys. Δ. pag. 385. neque enim moritur genus humanum, sed semper durat: maris profunda novit, Neptuni minister, quoniam maria pernavigat: eidem inde filia Εἰδοθήη, quæ rerum experientia est. Circa ipsum phocæ, variæ sortis et conditionis homines: gravem spirantes nidorem maris, quippe fœda multa et spurca patrantes. Dormit ipse, cum Sol medium cælum ascendit; cum fortuna nititur prospera, tunc quiescit. Fit leo primum, deinde draco, et panthera, et sus; et aqua liquida, et arbor excelsa; quoniam alius alias imitatur feras, dum indomitis cupiditatibus obsequitur, et aliorum quidem fortuna dilabitur, aliorum cres-

cit, instar excelsæ arboris. Nihil apud Homerum magiæ tribuendum, totum in Odyssea allegoricum est, et ad mores pertinet. De situ Phari, quæ Protei sedes, ex ejusdem Homeri sententia diximus ad II. 87.’ *Ed. sec.*

¹ ‘*Et Inferum evocatione*] Ita Chiffi. codex, pro *Inferorum*, ut est in vetustis edd. Ulysses quidem Circe invitavit ad descensum in Inferos: quod fuit idem ac si vates diceret, natura curiosum fuisse Ulysses fata sua prænoscenti, Odys. K. 40. Propterea fingitur ille dicere, Odys. Δ. 163. sibi necesse fuisse, χρείω, ad inferos se conferre, ubi Tiresiam Thebanum fatidicum consuleret. Fingi istud ab Homero oportuit, ut Ulysses ex Tiresia disceret, fuga sibi, post interfectos in Ithaca tot viros nobiles, esse consulendum, Δ. 127. Eam vero fugam non oportuit post eadem narrari, cum finis et scopus poematis sit, oppressio muletata; ac proinde ea animadversione in sceleratos claudi poema debuerit.’ *Ed. sec.*

^m *Telmessum*] Urbem in Cariae confinio Lyciæque positam, de qua V. 28. ‘qua in urbe excellit Aruspicum disciplina,’ inquit Cicero de Divin. I. 91.

ⁿ *Thessalas matres*] Sagas et veneficas. Vide Notas et Emend. num. 2.’

ronis^o medicinis contenta, et solo Marte fulminante, miror equidem Achillis⁶ populis^p famam ejus in tantum adhæsisse, ut Menander quoque, literarum subtilitati sine æmulo genitus, Thessalam cognominaret⁷ fabulam, complexam ambages fœminarum^q detrahentium Lunam. Orphea putarem e propinquo^r primum intulisse, ad vicina usque, superstitionem ac medicinæ profectum,⁸ si non expers sedes ejus tota Thrace magices fuisset.

Primus, quod extet,⁹ ut equidem invenio, commentatus de ea Osthanes,^s Xerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit,^t comitatus: ac¹⁰ velut semina artis portentosæ sparsisse, obiter infecto, quacumque commeaverat, mundo. Diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnesium. Quod certum est, hic maxime Osthanes ad rabiem, non aviditatem modo scientiæ ejus, Græcorum populos egit. Quanquam animadvertat¹¹ summam literarum claritatem gloriamque ex ea scientia antiquitus

//////////

esset, et, &c. Vet. Dalec.—6 Herm. Barb. *illis*.—7 Ita eodd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cognominarit* Gronov. et vulgg. —8 Ita ex eodd. Harduinus et recentt. *protulisse, ad vicinia* (nempe, Mariam) *usque superstitionem* (lego, *super institutionem*) *medicinæ profectum* Chiffli. *Dalec. ad vicinus usque superstitiones, &c.* Gronov. et al. vett. *ad vicinos, &c.* Vet. Dalec. Mox, *Thracia* Vet. Dalec.—9 Ita ex eodd. Harduinus et recentt. *quod extat* Vet. Dalec. *primus extat* Gronov. et vulgg.—10 Voc. *ac* deest in cod. Dalec. Mox, *sparsit* in eodem codice; *is sparsit obiter infecto, quacumque commemorant mundo* Chiffli.—11 Cod. Dalec. *animadvertam*; Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *animadverto*; Brotier. *tacite, anim-*

NOTÆ

^o *Chironis*] Achillis ille magister fuit, et ipse Thessalus, auctorque medicinæ.

^p *Achillis populis*] Thessalis, quibus imperitavit. Unde dux Thessalus a Seneca appellatur, non semel. 'Mac-tanda virgo est Thessali busto ducis.' 'Emicuit ingens umbra Thessalici ducis.'

^q *Fœminarum*] Thessalarum inprimis hoc opus fuit. Horatius Epod. v. 'Quæ sidera excantata voce Thessala Lunamque cælo deripit.' Vide quæ diximus II. 9.

^r *E propinquo*] E Thracia, ubi genitus Orpheus.

^s *Osthanes*] Ὀσθάνην μάγον memorat Tatianus Orat. contra Græcos, p. 172. Libri omnes Mss. aspirant, *Hosthanes*. Hunc Xerxis comitem fuisse Laërtius pariter innuit in Pro-cæmio, p. I.

^t *Quod is Græciæ intulit*] Olymp. LXXV. anno primo, trajecit in Græciam, qui annus Græcorum navali ad Salaminam victoria, et clade Persarum, insignis fuit.

et pæne semper petitam. Certe Pythagoras,^u Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendam navigavere, exiliis verius, quam peregrinationibus, susceptis. Hanc reversi prædicavere: hanc in arcanis habuere. Democritus Apollobechen Coptiten,^{12 v} et Dardanum^w e Phœnice illustravit; voluminibus Dardani in sepulcrum¹³ ejus petitis, suis vero^x ex disciplina eorum editis; quæ recepta ab aliis hominum, atque transisse per memoriam, æque ac nihil in vita, mirandum est. In tantum fides istis fasque omne deest, adeo ut ii qui cetera in viro illo probant, hæc ejus esse opera¹⁴ inficientur. Sed frustra. Hunc enim maxime affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes effloruisse, medicinam dico, magicenque,^y eadem ætate illam Hippocrate, hanc

//////////

advertat.—12 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Apollo bechen coptitem* Chiff. *Apolloniceum Captidenem* Gronov. et vulgg. Reines. Varr. Lectt. 1. 25. p. 104. mavult, *Apollonidem Horapionem*, e Theophilo Antioch. lib. 11. ad Antol.—13 Vet. Dalec. a sepulchro. Mox, idem Vet. ab aliis, atque transisse per hominum memoriam.—14 Cod. Dalec. hanc ejus esse operam.—15 Chiff. magicis.—16 ‘A

NOTÆ

^u *Certe Pythagoras*] De hac Pythagoræ profectioe, Laërtius in Pythag. l. viii. p. 214. Clemens Alex. Strom. l. i. p. 302. et 304. aliique. De Empedocle, idem Laërtius in ejus Vita lib. viii. p. 230. A Democrito in Ægyptum ad Sacerdotes, in Persidem ad Chaldaeos, ad Gymnosophistas usque in Indiam, peregrinationem esse susceptam Laërtius ipse narrat in ejus Vita lib. ix. p. 246. et Clemens Alex. loc. cit. p. 303. Platonicæ similiter peregrinationis mentio apud Laërtium in ejus Vita lib. iii. p. 71. eis *Ἀγυπτον παρὰ τοὺς προφῆτας*, et apud ipsum Platonem in Phædone, referente Clem. Alex. loc. cit. pag. 302.

^v *Apollobechen Coptiten*] A Copto Ægyptiæ Thebaidis oppido, unde et Coptites præfectura dicta. Vide Notas et Emend. num. 3.

^w *Et Dardanum*] A quo Dardaniæ appellatæ artes, scilicet Magicæ. Meminit hujus Apuleius cap. 7. de Leontopodio, et cap. 16. de Gentiana.

^x *Suis vero*] Auctor est Clemens Alex. Strom. lib. i. p. 303. Democritum, Babylonii scriptoris, cui Acicari nomen fuit, columnam interpretatum esse, ac suis operibus intextuisse: *Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους λόγους πεποίηται. Λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἐρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίους συντάξει συγγράμμασι.*

^y *Magicenque*] Quam nos Magiam vocamus. Sic ipse Geometricen appellat xxxv. 35. 9. quam nos Geometriam dicimus. Et Theologicen pariter dixere veteres, quam nos Theologiam nuncupamus. Hieronymus Epist. 155. ad Paulam Urbicam: ‘Pro Logica nostri Theologicen sibi vindic-

Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Græciæ bellum,^z quod gestum est a CCC. Urbis^a nostræ anno. Est et alia magices¹⁵ factio, a Mose^b et Janne et Lotape ac Judæis¹⁶ pendens, sed multis millibus annorum post



Mose et Janne et Lotape ac Judæis] Ita, et totidem literis Ms. Reg. 1. Tantum pro *Janne* habet *Janno*. Ms. Reg. 5. habet quoque *Lotape ac Judæis*. In Editione principe, *Jane* et *Jotapata*. Patet hic agi de Janne qui cum Mambre Mosei restitit, ut videre est apud D. Paulum Ep. 11. ad Timotheum, III. 8. Male emendatum in plurimis Plinii editionibus, *Janne et Jotape Judæis*. Pessime eruditus Hardinius in altera sua editione, *etiamnum et Lotapea Judæis*. Miror quoque enim testari se in his secutum esse Mss. codices et vetustissimas editiones. Minime autem mirum est Mosem a Plinio inter magos recenseri. Quam ignari fuerint Romani rerum Mosaicarum ac Judaicarum demonstravi in Notis et Dissertationibus ad Tacitum Hist. v. 3. Brotier. a *Mose et Janne et Jotape Judæis* edd. vet. Gronov. et Harduin. 1. *Jochabela* Joseph. et Vet. Dalec. *Jochabeda* Hieronymus. Harduini ed. alteram sequuntur Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

cant:’ sic enim habent libri Mss. non, ut editi sine ullo sensu, *theoricen*. In libris Hieronymi nunquam Theologiam dici reperias, sed Græce *θεολογίαν*.

^z *Græciæ bellum*] De quo diximus **XXIX. 2.**

^a *A CCC. Urbis*] Ante Christum anno 454.


^b *A Mose*] Multiplex hic Plinii *σφάλμα* deprehenditur. 1. Quod sanctissimum vatum Mosem in magorum numero reponit. 2. Quod Jannem, vel Jannem, Mosis in Ægypto antagonistam, de quo Paulus II. Tim. 2. pro Judæo habet. 3. Quod *Jotape*, (sic enim libri omnes habent, non *Jochabel*, ut fingit Bochartus de Animal. I. 2. 53. p. 645.) pro Jambre scripserit. Nam de Janne et Jambre, scriptoribus Ægyptiis, atque iisdem magis, qui Mosei restiterunt, Eusebius Præpar. lib. IX. p. 411. ex Numenio Pythagorico. Plinium secutus est Apuleius loco antea cit. ubi, insignes magos aliquot recitaturus, ait: ‘Ego ille sum Carinondas, vel Damigeron, vel is Moses, vel Jannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel quicum-

que alius post Zoroastrem et Osthaneum inter magos celebratur.’ Nos, quibus compertum est magicas artes et incantationes apud Judæos vetitas fuisse, quam Plinius magiæ speciem Judaicam vocat, hanc fuisse existimamus Ægyptiam; Ægyptiorumque magos, qui Pharaonis jussu adversus Mosen portenta edidere, perperam cum Mose Plinium confudisse.— Hic secuti sumus Mss. codices omnes et vetustissimas edd. in quibus totidem literis et apicibus scriptum est, uti edidimus. Primum hic et *Janne* pro *etiamnum* ed. Basileensis exhibet an. 1535. Cum autem *etiamnum a Judæis, Mose, et Lotapea pendens factio* dicitur a Plinio, perseverantem eam usque ad sua tempora indicat, et veluti particulam sectæ Judaicæ, eidem addictam Numini, quod Moses et edocti a Mose Judæi colerunt. Itaque designat hic Plinius quosdam de ‘circumstantibus Judæis exorcistis,’ quorum mentio est in Actis, XIX. 13. quorum princeps sua ætate in Cypro fuerit Judæus nomine Lotapeas. Nam in Cypro hanc factionem viginisse testatur. Et est certe Lotapeas nomen

Zoroastrem. Tanto recentior est Cypria.^c Non levem et Alexandri magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.

III. Extant certe et apud Italas gentes vestigia ejus in duodecim tabulis^d nostris, aliisque argumentis, quæ priore^e volumine exposui. DCLVII. demum^f anno Urbis, Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso coss. senatusconsultum factum est, 'ne homo^g immolaretur:' palamque fuit in tempus illud sacri podigiosi celebratio.²

IV. Gallias utique^h possedit, et quidem ad nostram memoriam. Namque Tiberiiⁱ Cæsaris principatus sustulit



CAP. III. 1 Ita codd. Harduin. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Extant itaque et apud . . . quæ priori* Gronov. et vulgg. Mox, DCL. Chiff. --2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata* Gronov. et al. vet. *palamque fit in tempus illud ut sacra prodigiosa.* Celebratio Gallias, &c. Chiff.

NOTÆ

Hebræum, אֶת-הַמֶּלֶךְ : quod hominem significat, *Qui involvens se, operit se.* Vim exorcismorum autem Plinius, homo athenus, magicæ arti ascribit.' *Ed. sec.*

^c *Cypria*] Quæ sit hæc Magorum factio, incertum. De Paphiæ Veneris sacerdotibus libentius id acceperim, quam, ut quidam nungantur, de Christiana lege publicata ibi a Divo Apostolo Barnaba.

^d *In duodecim tabulis*] Quarum verba retulit xxviii. 4.

^e *Quæ priore*] Non proximo, sed anteriore, nempe octavo et vicesimo, c. 4.

^f *DCLVII. demum*] Vide Notas et Emend. num. 4.

^g *Ne homo*] Vide quæ dicta sunt xxviii. 3. Violavit igitur hoc Senatusconsultum Cæsar Dictator, cujus jussu viri duo in Campo Martio a Pontificibus et Salio, velut in sacrificio, ἐν τρόπῳ τῶν ἱερουργίας, inquit Dio lib. xliiii. p. 226. jugulati im-

molatique sunt, ἐσφάγησαν, ἐτόθησαν.

^h *Gallias utique*] Æquior Gallis Solinus hoc loco, quam Plinius, videtur: etsi hunc ubique fere ille transcribit: quod enim de iis asseverate Plinius, hoc Solinus timide pronuntiat, nec obstringens fidem. 'Infamatur,' inquit de Gallis agens cap. 21. p. 41. 'ritu incolarum, qui, ut aiunt, veri enim periculum ad me non recipio, detestabili sacrorum ritu, injuria religionis, humanis litant hostiis.' Dionysio Halic. creditur Plinius Antiq. Rom. lib. 1. p. 30. Lactantius Divin. Instit. 1. 21. 'Galli Esu atque Teutatem humano errore placabant. Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latialis Jupiter etiamnunc sanguine colitur humano,' &c.

ⁱ *Namque Tiberii*] De Druidis Tiberii jussu pulsus obscure duntaxat Tranquillus egit, et generatim, vel externarum carimoniarum, vel Mathematicorum, hoc est, Astrologorum

Druidas eorum, et hoc¹ genus vatium medicorumque. Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgressa, et ad naturæ inane persecta?^{a 2} Britannia hodieque eam attonite celebrat tantis cærimoniis, ut dedisse Persis videri possit. Adco ista toto mundo consensere, quanquam discordi et sibi ignoto. Nec satis³ æstimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere^j monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.

v. (II.) Ut narravit Osthanes, species ejus plures sunt. Namque et aqua,^k et sphaeris, et aëre,^l et stellis, et lucernis, ac pelvibus, securibusque, et multis aliis modis divina pro-

^a Ubi naturæ fines, ultra quos inane, seu verius nihil est.



CAP. IV. 1 Vet. Dalec. et hos.—2 Cod. Dalec. hanc comm. artem O. quo transgressam: et ad n. i. persectam; Vet. Dalec. persecta in Britanniam, quæ hodie eam, &c.—3 Ita eodd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Non satis Gronov. et al. vett.

CAP. V. 1 Ita eodd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et ex aqua et ex sphaeris et ex aëre Gronov. et al. vett. Mox, divina promit

NOTÆ

nomine, designatis. 'Externas cærimonias,' inquit in Tiberio, cap. 36. . . . 'compescuit . . . Expulit et Mathematicos,' &c. Dio quoque, lib. LVII. pag. 612. ait Tiberii jussu magos, astrologos, aliosque, qui quocumque nomine divinationes exercebant, necatos esse. Tacitus Annal. II. 'Facta de Mathematicis Magisque Italia pellendis Senatusconsulta.' Verum in Claudio Tranquillus multo expressius, cap. 25. 'Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit.' Nempe quod Tiberius non obtinuerat, Claudius perfecit. De Druidarum moribus Cæsarem vide de Bello Gall. lib. VI.—'Cum vero Plinius h. l. Druidas vates medicosque, alibi Magos, aliterve appellat, ostendit eos nonnisi Magos fuisse, qui ex Magice

et Astrologia, aliisque studiis, medicinam exercebant.' Ed. sec.


^j Qui sustulere] Tertull. tamen in Apolog. c. 9. 'Ecce in illa religiosissima Æneadarum urbe piorum est Jupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine.' Sed de gladiatoribus, opinor, agit, non de sacrificiis.

^k Namque et aqua] Ex aqua ὕδρομαντεία appellatur: ex sphaeris, sive pila, σφαιρομαντεία: ἀερομαντεία, ex aëre, in quo dæmon invocatus varias formas effingit, quæ requisita denuntiant: ἀστερομαντεία, ex stellis: λυχνομαντεία, e lucernis: ex pelvibus, lebetibusve, λεκανομαντεία: ἀξίνομαντεία, ex securibus. Singularum rationes, quo quæque modo fiant, expedire, non est ingenii aut instituti nostri. Vide Boissardum de Divinat. c. 5. p. 15. et seq.

mittit: præterea umbrarum, Inferorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaque comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Primumque imperare Diis concupivit, nec quicquam generosius valuit.² Nemo unquam¹ ulli artium validius favit. Ad hæc, non opes ei defuere, non vires, non discentis³ ingenium, aliaque^m non patiente mundo.^b Immensum et indubitatum exemplum est falsæ artis, quam⁴ dereliquit Nero: utinamque Inferos potius et quoscumqueⁿ de suspicionibus suis Deos consulisset, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas:^o nulla profecto sacra, barbari licet ferique ritus, non mitiora, quam cogitationes ejus, fuissent. Sævius^p sic nos replevit umbris.

VI. Sunt quædam magis perflugia, veluti lentiginem habentibus non obsequi numina, aut cerni. Obstet forte¹ hoc in illo? Nihil membris deficit. Nam dies eligere certos liberum erat: pecudes vero, quibus non nisi ater colos esset, facile. Nam homines² immolare etiam gra-

^b *Aliaque quæ vix mundus ferre poterat.*—^c *Non alia, quæ mundus ægre feribat.*
Ed. sec.



Chiff. *divinationes promittit* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *voluit* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *discendi* Gronov. et al. vett. Mox, *non alia* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quod*.

CAP. VI. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut cerni non possint*. Forte Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hominem* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

¹ *Nemo unquam*] Vide multa in ref, qui rei conjurationis in ipsum eam rem apud Sueton. in Nerone, forent.

c. 31.

^m *Aliaque*] In Mss. Reg. Colb. Chiff. *quæ non alia patiente mundo*.

ⁿ *Et quoscumque*] Vel genios malos, dæmonasque.

^o *Inquisitiones eas*] Quæ fieri in civibus solebant, ut dæmonum ope resciri-

^p *Sævius*] Necessis illata, quos sibi esse infestos suspicabatur.

^q *Obstet forte*] Ita Chiff. recte. Figura est, quam Rhetores *πρόληψιν* vocant. Obstetisse arbitramini lentiginem faciei, quominus cerneret Deos Nero magicis incantationibus

tissimum. Magus ad eum Tiridates^{3r} venerat, Armeniacum de se triumphum afferens, et ideo provinciis³ gravis. Navigare noluerat, quoniam exspuere in maria,⁴ aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum adduxerat.⁵ Magicis etiam cœnis eum initiaverat. Non tamen^t cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras: sed in his veneficas artes pollere, non magicas. Quærat aliquis, quæ sint⁶ mentiti veteres magi, cum adolescentibus nobis visus Apion, grammaticæ artis, prodiderit cynocephaliam^u herbam, quæ in Ægypto vocaretur osyrites,⁷ divinam, et contra omnia veneficia: sed si tota erueretur, statim eum qui eruisset mori: seque evocasse umbras ad percunctandum Homerum, quam patriam,⁸ quibusque parentibus genitus esset; non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.

VII. (III.) Peculiare vanitatis sit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur, tot modis a rerum natura damnatas, cæcitate perpetua, tenebris etiamnum aliis defossas, sepultisque similes. Nullis æque credunt extis, nullum religionis capacius judicant animal: ut si quis cor ejus^v recens palpitansque devoret,¹ divinationis

//////////

facile hominem alii ap. Dalec.—3 Mithridates Chiff. —4 Chiff. in mari.—5 Idem codex, abduxerat.—6 Quæret al. quæ sunt cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. vocetur osipitis sunt. Mox, veneficia utilem Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sed si ea erueretur . . . qua patrii Gronov. et vulgg.

CAP. VII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. devoravit Gronov. et al. vett. Mox, divinationem rerum Vet. Dalec.

NOTÆ

evocatos? At nihil membris defuit. ‘Statura fuit pæne justa,’ inquit Traquillus in Nerone, c. 51. ‘vultu pulchro magis quam venusto,’ &c.

^r Tiridates] Victus a Corbulone, duce Neronis in Armenia, Roman venit: Armeniæ tamen regnum ei datum a Nerone ipso, ex tribunali, refert Dio lib. LXIII. p. 718.

⁴ Et ideo provinciis] Per quas iter cum comitatu suo agebat.


^t Non tamen] Dio lib. LXIII. pag. 718.

^u Cynocephaliam] Egimus de ea xxv. 80. Osireostaphien, hoc est, Osiridis sepulcrum, appellat Apuleius c. 86.

^v Ut si quis cor ejus] Auctor Kira-

et rerum efficiendarum eventus promittant. Dente talpæ vivæ exemto, sanari dentium dolores adalligato affirmant. Cetera² ex eo animali placita eorum suis reddemus locis. Nec quicquam probabilius invenietur, quam muris aranei morsibus adversari³ eas, quoniam et terra orbitis (ut diximus)^w depressa adversatur.

VIII. Cetero¹ dentium doloribus (ut iidem narrant) medetur canum qui rabie perierunt capitem cinis crematorum sine carnibus, instillatus ex oleo cyprino per aurem, cujus e parte doleant. Caninus dens sinister maximus, circumscarificato^a eo qui doleat: aut draconis os e spina: item enhydridis.^b Est autem serpens masculus et albus. Hujus maximo dente circumscarificant. At in superiorum dolore duos superiores adalligant, e diverso inferiores. Hujus adipem perunguntur, qui crocodilum captant. Dentes scarificantur ossibus² lacertæ e fronte Luna plena exemptis, ita ne terram attingant. Colluunt caninis^c dentibus decoctis in vino ad dimidias partes. Cinis eorum^d pucros tarde dentientes adjuvat cum melle. Fit eodem modo et dentifricium. Ca-



—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Cetero* Gronov. et al. vett.—3 Chiffi. *adversario*.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. 1. 2. 3. et recentt. *Ceterum* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd.

NOTÆ

nidum, p. 104. 'Si quis autem cor ejus (talpæ videlicet) adhuc ea repante, seu palpitante, transglutierit, præscientiam accipiet futurorum, et eorum quæ in sæculo fuerint.

^w *Ut diximus*] Lib. anteriore, cap. 27. extrema.

^a *Circumscarifato*] Mss. omnes, *circumscarifato*: et mox, *circumscarifant*, et *scarifantur*.

^b *Item enhydridis*] Plinius xxxii. 26. 'Enhydris vocatur a Græcis coluber in aquis vivens.'

^c *Colluunt caninis*] Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 21. 'Ad dentium dolorem:' 'Dentem canis combure,

et cinerem ejus in vini hemina decoque, et ex eo gargarizet, et sanabitur.'

^d *Cinis eorum*] Sextus Platon. loc. cit. tit. 26. 'Ut dentes sine dolore crescant:' 'Dens canis combustus, et cum melle tritus, gingivas reprimat.' Appendi solum præcipit Haddarralmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 26. de cane, p. 102. 'Canis dens, qui caninus dicitur, appensus collo pueri, cujus adhuc non eruperunt dentes, pelle aliqua involutus, facilem reddit eorum eruptionem absque dolore ullo, aut nocuimento.'

vis dentibus^e cinis e murino fimo inditur, vel jecur laceratarum aridum. Anguinum cor si mordeatur, aut alligetur, efficax habetur. Sunt inter eos, qui murem bis in mense jubeant³ mandi, doloresque ita cavere.⁴ Vermes terreni^f decocti in oleo, infusique auriculæ,⁵ cujus a parte doleant, præstant levamentum. Eorundem cinis,^g exesis dentibus conjectus, ex facili cadere eos cogit: integros dolentes illitus juvat. Comburi autem oportet in testa.^h Prosunt et cum mori radice in aceto scillite⁶ decocti, ita ut colluantur dentes. Is quoqueⁱ vermiculus, qui in herba, Veneris labro appellata,⁷ invenitur, cavis dentium inditus mire prodest. Nam erucæ^{8j} brassicæ ejus contactu cadunt. Et e malva cimices infunduntur auribus cum rosaceo. Arenulæ,^k quæ inveniuntur in cornibus cochlearum, cavis dentium inditæ, statim liberant dolore. Cochlearum inanium cinis cum myrrha^l gingivis prodest: serpentis cum sale in olla exustæ cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus. Anguinæ vernationis membrana^a cum oleo tædæque resina calefacta, et auri alterutri infusa: adjiciunt aliqui thus et

^a *Senecta seu pellis quam angues vere exiunt.*

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *scarificant et ossibus Gronov. et al. vett.*—3 Chiff. *jubent.*—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *caveri Gronov. et vulgg.*—5 Chiff. *in oppositam aurem.*—6 Idem codex: *testo. Prosunt . . . scillicio.*—7 Vet. Dalec. et codex ejusdem, *quæ Veneris labrum appellatur*; alii vett. ap. Dalec. *Veneris labrum appellata.*—8 Cod. Dalec. et

NOTE

^e *Cavis dentibus*] Q. Serenus c. 15. p. 314. 'Exesos autem dentes si forte quereris, Ure fimum muris, patulis ethiantibus adde: Prodest et pulvis lumbrici corpore tosto.' Sic etiam Plinius Valer. i. 36. et Marcellus Empir. c. 12. p. 93.

^f *Vermes terreni*] Galenus de Fac. Simp. Med. xi. 1. p. 314. Marcellus Empir. c. 12. p. 94. iisdem verbis.

^g *Eorundem cinis*] Q. Serenus loco proxime allato. Marcellus Empiricus loc. cit. Plinius Valer. i. 36.

^h *In testa*] Marcellus Empir. *in testa Delph. et Var. Clas.*

ta candenti.

ⁱ *Is quoque*] Dictum id jam superius, xxv. 108.

^j *Nam erucæ*] Vide Notas et E-mend. num. 5.

^k *Arenulæ*] Totidem verbis Plinius Valer. i. 36. et Marcellus Empir. c. 12. p. 94.

^l *Cochlearum . . . cum myrrha*] Pro myrrha mel adhibet Marcellus Empir. c. xi. p. 89. 'Cochlearum,' inquit, 'inanium exustarum cinis cum melle, gingivis impositus, mire prodest, si sit hæc assidua curatio.'

Plinius.

12 C

rosaceum : eadem cavis indita, ut sine molestia cadant, præstant. Vanum arbitror esse, circa Canis ortum angues candidos membranam eam exuere,⁹ quoniam nec in Italia visum est, multoque minus credibile in tepidis regionibus¹⁰ tam sero exui. Hanc autem vel inveteratam cum cera celerime dentes evellere tradunt. Et dens anguium adalligatus dolores mitigat.¹¹ Sunt qui et araneum animal ipsum sinistra manu captum, tritumque in rosaceo, et in aurem infusum, cujus a parte¹² doleat, prodesse arbitrentur. Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva,¹³ adacto dente vel gingiva scarificata, projectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt. Item fimo^m corvi lana adalligato, vel passerum cum oleo calefacto, et proximæ auriculæ infuso, prurimum quidem¹⁴ intolerabilem facit, et ideo tolerabilis est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

IX. (IV.) Oris saporemⁿ commendari affirmant, murino cinere cum melle si fricentur dentes. Admiscent quidam^o marathri radices. Penna vulturis si scalpantur dentes, acidum halitum faciunt. Hoc idem hystricis spina fecisse, ad firmitatem pertinet. Linguae ulcera^p et labrorum hirundi-

^b Osse, quod medullam fistulae in morem includit, integro.

//////////

Chiff. *urucæ*.—9 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. esse, *Canis ortu angues c. membranam exuere* Gronov. et vulgg. *esse, circa Canis ortum . . . m. eam exuere* Chiff. *anguis candida membrana exui* cod. Dalec.—10 Chiff. *regionum*.—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *minuit* Gronov. et vulgg.—12 Vet. Dalec. *a cujus parte*.—13 Vet. Dalec. *fibula sola*. Mox, *tacto dente* cod. Dalec.—14 Vet. Dalec. *sed prurimum id quidem*.

NOTÆ

^m *Item fimo*] Marcellus Empiricus c. 12. p. 95. ad verbum. Sextus Platon. 11. 6. de corvo, tit. 3. 'Ad dentium dolorem : 'Cavo denti fimum si imposueris, dentem rumpit, et tollit dolorem.'

ⁿ *Oris saporem*] Plinius Valer. 1. 29. et 30. et Marcellus Empir. c. 11.

p. 88.

^o *Admiscent quidam*] Auctores proxime laudati.

^p *Linguae ulcera*] Sextus Platon. 11. 12. de hirundine tit. 2. 'Ad linguae vulnera, et labiorum : 'Hirundines in melle vel mulso,' &c. Plinius Valer. 1. 30.

nes in mulso decoctæ sanant. Adeps anseris^a aut gallinæ, rimas. Œsypum cum galla: araneorum telæ candidæ, et quæ in trabibus parvæ texuntur. Si ferventia^r os intus exusserint,^c lacte canino statim sanabitur.¹

X. Maculas in facie^a œsypum, cum melle Corsico, quod asperrimum habetur, extenuat. Item scobem^b cutis in facie cum rosaceo impositum vellere; quidam et butyrum addunt. Si vero vitiligines sint,^r fel caninum prius acu compunctas. Liventia^c et sugillata pulmones arietum pecudumque, in tenues consecti membranas, calidi impositi, vel columbinum fimum. Cutem in facie adeps anseris, vel gallinæ custodit. Lichenas^d et murino fimo ex aceto illinunt, et cinere^e herinacci ex oleo. In hac^f curatione prius nitro ex aceto faciem soveri præcipiunt. Tollit ex facie^g vitia et cochlearum, quæ latæ et minutæ passim inveniuntur, cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit, smectica vi:^h et ideo causticis commiscetur, psorisque, et lentigini illinitur. Invenioⁱ et formicas Herculanæ appellari,² quibus tritis adjecto sale exiguo,

^c Si calidiore jure vel carne os exustum fuerit.



CAP. IX. 1 Chiff. excusserint . . . sanabuntur.

CAP. X. 1 Cod. Dalec. vel lentigines sint.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. psorisque et lepris et lentigini . . . ap-

NOTÆ

^a Adeps anseris] Plinius Valer. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 11. pag. 88.

^r Si ferventia] Vide Notas et Emend. num. 6.

^a Maculas in facie] Totidem verbis Marcellus Empir. c. 19. p. 130.

^b Item scobem] Marcellus Empiricus, loc. cit.

^c Liventia] Sextus Platon. cap. 6. de ariete, tit. 4. 'Ad livores et sugillationes;' 'Pulmo arietis concisus minutatim, et impositus, statim sanat: et nigras cicatrices ad candorem perducit: et a calceamentis læ-

sos pedes sanat.'

^d Lichenus] Marcellus Empir. cap. 19. pag. 130. Plinius Valer. II. 56.

^e Et cinere] Plinius Valer. loc. cit.

^f In hac] Marcellus Empir. cap. 129. et Plinius Valer. loc. cit.

^g Tollit ex facie] Marcellus Empir. cap. 19. pag. 130.

^h Smectica vi] Abstergendi, purgandique vi, a σμήχω, detergo.

ⁱ Invenio] Totidem verbis Marcellus Empir. cap. 19. pag. 129. Hisce formicis Herculanearum nomen inditum ex re fuisse suspicamur, quod sint ceteris grandiores et atriores.

talia vitia sanentur. Buprestis animal est rarum^j in Italia, simillimum scarabæo longipedi. Fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat. Hæc cum hircino sevo illita lichenas ex facie tollit septica vi, ut supra dictum est.^k Vulturinus sanguis, cum chamæleonis albæ (quam herbam esse diximus)^l radice et cedria³ tritus, contactusque brassica, lepras sanat: item pedes locustarum cum sevo hircino triti. Varos adeps^m gallinaccus cum cepa tritus et subactus. Utilissimum et in facie mel, in quo apes sint immortuæ. Præcipue tamenⁿ faciem purgat atque crugat cygni adeps. Stigmata^o delentur columbino fimo ex aceto.

XI. Gravedinem^p invenio finiri, si quis nares mulinas^r osculetur. Uva et faucium^q dolor mitigatur fimo agnorum, priusquam herbam gustaverint, in umbra arefacto. Uva succo^r cochleæ acu transfossæ illita, ut cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum^s cinere cum melle: sic et



pellati edd. vett. et Gronoviana. Al. ap. Dalec. *appellari*.—3 Chiffi. *et geria*.

CAP. XI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nares murinas* Gronov. et

NOTÆ

^j *Buprestis . . . rarum*] Frequens in Africa, auctore Luciano in Dipsadibus. Egimus de eo XXII. 36.

^k *Ut supra dictum est*] Lib. XXIX. cap. 30. ubi de cantharidibus, pityocampis, et buprestis: 'Efficacissimæ omnes ad lepras lichenasque.' Et paulo antea: 'Vis earum adurere corpus, crustas obducere.'

^l *Quam herbam esse diximus*] Lib. XXII. cap. 21.

^m *Varos adeps*] Vide Notas et Emend. num. 7.

ⁿ *Præcipue tamen*] Q. Srenus cap. 12. pag. 131. 'Cynæos adipēs hilari misceto Lyæo, Omne malum prepere maculoso ex ore fugabis.'

^o *Stigmata*] Marcellus Empir. cap. 19. pag. 130.

^p *Gravedinem*] Græcis κόρυζα, *humoris a capite fluxio*, sive pituita, quæ nares claudit, vocem obtundit, iussim siccam movet. *Fluxion, rheumne*. Celsus IV. 2. Vide Notas et Emend. num. 8.

^q *Uva et faucium*] Iisdem verbis Marcellus Empir. cap. 14. pag. 102.

^r *Uva succo*] Marcellus Empir. loc. cit. 'Succo cochleæ acu transfossæ illita uva sanatur, ita ut ipsa cochlea in fumo postea suspendatur.'

^s *Hirundinum*] Marcellus Empir. cap. 14. pag. 99. 'Hirundinum exustarum cinis usque ad periculum laboranti uvæ, cum melle mixtus, potenter illinitur.' Sextus Platon. II. 12. de hirundine, tit. 1. 'Ad faucium doctorem.'

tonsillis ² succurritur. Tonsillas et fauces lactis ovilli gargarizatio adjuvat. Multipeda trita, fimum columbinum ¹ cum passo gargarizatum, etiam cum fico arida ac nitro impositum extra, asperitatem faucium et destillationes leniunt. Cochleæ ^u coqui debent illotæ; ³ demtoque tantum terreno conteri, ^a et in passo dari potui. ⁴ Sunt qui Astypalæicas efficacissimas putent, et smegma earum. ⁵ Lenit et gryllus infricatus: aut si quis manibus, ^v quibus eum contriverit, tonsillas attingat.

XII. Anginis ^a felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur: cerebro noctuæ, cinere hirundinis, ^b ex aqua calida potio. Hujus medicinæ auctor est Ovidius poëta. Sed efficaciores ^c ad omnia quæ ex hirundinibus monstrantur pulli sylvestrium. Figura nidorum ^d eas deprehendit. Multo tamen ^e efficacissimi ripariarum pulli. Ita vocant in riparum cavis nidificantes. Sunt qui cujus-

^a Excussa terra quæ cochleis adhæserit.

vulgg.—2 Chiff. melle siccato et tonsilis.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. cum fico arido ac nitro impositum extra. Asperitatem... leniunt cochleæ: coqui debent in lacte Gronov. et vulgg.—4 Chiff. pote.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. efficacissime putant, et in iis smegma earum Gronov. et vulgg. efficacissimas putant, et missima Chiff. et ex aliis smegma Vet. Dalec. et in iis similimas cod. Dalec.

NOTÆ

¹ Fimum columbinum] Marcellus Empir. cap. 14. pag. 102. 'Fimum columbinum, ficus aridas, et nitrum tundes, eaque mixta extrinsecus appones: hoc medicamentum asperitatem faucium, destillationemque castigat.'

^u Cochleæ] Vide Notas et Emend. num. 9.

^v Aut si quis manibus] Q. Serenus cap. 17. pag. 135. 'Quos autem vocitant tolles, attingere dextra Debebis, qua gryllus erit prensante peremptus.' Festus: 'Tolles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur.' Marcellus Empir. cap. 15. pag. 106. 'Si quis gryllum

manu contriverit, et ad tonsillas, vel suas vel alterius, tenens ter applicerit, tactu illo tumorem sanabit.'

^a Anginis] Totidem verbis Plinius Valer. 1. 52.

^b Cinere hirundinis] Dioscor. 11. 80. et Marcellus Empir. cap. 15. pag. 105.

^c Sed efficaciores] Plinius Valer. loc. cit.

^d Figura nidorum] Describitur ea a Plinio x. 49. his verbis: 'Alterum genus hirundinum est rusticarum et agrestium,' &c.

^e Multo tamen] Iisdem fere verbis Marcellus Empir. cap. 15. pag. 107. et Plinius Valer. 1. 52.

cumque^f hirundinis pullum edendum censent, ne toto anno metuatur¹ id malum. Strangulatos^g cum sanguine comburunt in vase, et cinerem cum pane aut potu dant. Quidam et mustelæ cineris² pari modo admiscent. Sic et ad strumæ remedia dant: et comitialibus quotidie potu. In sale quoque servatæ hirundines ad anginam una drachma bibuntur: cui malo et nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam³ illini anginis, efficacissimum putant. Alii XXI. tritasⁱ in aquæ mulsæ hemina dari per arundinem, quoniam dentibus tactis nihil prosint. Tradunt^j et murem cum verbenaca excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse. Et corrigiam^k caninam ter collo circumdatam: fimum columbinum vino et oleo permixtum. Cervicis nervis et



CAP. XII. 1 Cod. Dalec. ut toto anno non metuatur; Chiffi. ut toto anno metuatur.—2 Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. cineres.—3 Millepedam Vet. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. vitis Gronov. et al.

NOTÆ

^f *Sunt qui cujuscumque*] Corn. Celsum designat, cujus hæc oratio IV. 4. ‘Vulgo audio, si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari: servatumque eum ex sale, cum is morbus urget, comburi, carbonemque ejus contritum in aquam mulsam, quæ potui datur, infricari, et prodesse. Id eum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quicquam periculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerim, tamen inserendum huic operi meo credidi.’ Sic etiam Plinius Valer. loc. cit.

^g *Strangulatos*] Plinius Valer. loc. cit.

^h *Millepedam*] Oniseon sive porcellionem intellige, de quo XXI. 39. Dioscor. II. 38. de eo genere: Διαχρισθέντες δὲ μετὰ μέλιτος συναγχοῦς ὄφελουσι. Illiti cum melle angina correptis prosunt.

ⁱ *Alii XXI. tritas*] Plinius Valer. I. 52. cui lemma inscriptum, ‘Angi-

næ medendo:’ ‘Millepedæ,’ inquit, ‘numero viginti et una, tritæ in aquæ mulsæ hemina, aut aceti, melle addito, decoquantur, donec lentescat totum quod coquitur, et sic imponitur.’ Et in alio genere morbi Marcellus Empir. eodem medicamento usus, cap. 35. pag. 240. ‘In locis humidis,’ inquit, ‘et sordidis, sub lapidibus inveniuntur bestiolæ multipedes, quæ contactæ contrahuntur, et rotundantur: ex his bestiolæ XXI. contritæ cum optimo melle, et ex aqua potui per fistulam datæ, paralyticis medentur: ideo autem per fistulam potandæ sunt, ne dentibus noceant, quos si contigerint, nigrescant.’

^j *Tradunt*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 109. et Plinius Valer. I. 45.

^k *Et corrigiam*] Auctores proxime citati. Usus est ad anginam curandam canino fimo Galenus, ipso teste, Simpl. lib. x.

opisthotono ex milvi nido surculus viticis⁴ adalligatus auxiliari dicitur.

(v.) Strumis^m exulceratis mustelæ sanguis : ipsa decocta in vino : non tamen sectisⁿ admovetur. Aiunt et cibo^s sumtam idem efficere. Vel cineri ejus sarmentis combustæ miscetur axungia. Lacertus viridis adalligatur : post dies XXX. oportet alium adalligari. Quidam cor ejus^o in argenteo vasculo servant, ad fœminarum strumas. Veteres cochleæ^{6p} cum testa sua tusæ illinantur, maxime quæ fructectis adhærent. Item cinis^q aspidum cum sevo taurino imponitur. Anguinus^r adeps mixtus oleo : item anguium cinis ex oleo illitus, vel cum cera.⁷ Edisse quoque^s eos medios, abscisis utrimque extremis artubus, adversus strumas prodest : vel cinerem bibisse in novo fictili ita crematorum : efficacius multo inter duas orbitas occisorum. Et gryllum illinire cum sua terra effossum suadent : item fimum^t columbarum per se, vel cum farina hordeacea, aut avenacea⁸ ex aceto. Talpæ^u cinerem ex melle illinire.



vett.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aiunt et in cibo Gronov. et vulgg.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. servant. Ad fœminarum strumas veteres cochleæ Gronov. et al. vett. ad fœminas Chiffi.—7 Chiffi. mistus oleo, vel illitus, vel cum cera.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. avenaceæ Gronov. et vulgg.

NOTÆ

¹ *Surculus viticis*] Sic Reg. 1. 2. Th. et alii : non *vitis*, ut editi.

^m *Strumis*] Sextus Platon. cap. 20. de mustela tit. 2. Marcellus Empir. cap. 15. pag. 109. et Plinius Valer. III. 29.

ⁿ *Non tamen sectis*] A Chirurgo sanare eas vel sic conante.

^o *Quidam cor ejus*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 107. 'Contra strumas et fœminis et maribus utilissimum est, si cor lacertæ viridis, lupino argenteo clausum, in collo suspensum semper habeant.'

^p *Veteres cochleæ*] Plinius Valer. III. 29. 'Strumis profligandis : 'Cochleæ cum suis testis tusæ ad hoc fa-

ciunt optime, quæ salicibus adhærent.'

^q *Item cinis*] Plinius Valer. loc. cit.

^r *Anguinus*] Plinius Valer. loc. cit.

^s *Edisse quoque*] Plinius Valer. loc. cit.

^t *Item fimum*] Idem medicamentum et ad parotidas adhibitum est, lib. sup. cap. 39. sub finem. Sic quoque Plinius Valer. III. 29.

^u *Talpæ*] Sextus Platon. cap. 22. de talpa, tit. 2. 'Ad glandulas.' Marcellus Empir. ad verbum, cap. 15. pag. 109. et Plinius Valer. loc. cit.

Alii jecur ^v ejusdem contritum inter manus illinunt, et triduo non abluunt. Dextrum quoque pedem ejus remedio esse strumis affirmant. Alii præcidunt ^w caput, et cum terra a talpis excitata tusum digerunt in pastillos, pyxide ⁹ stan-nea, ^x et utuntur ad omnia quæ intumescunt, et quæ apostemata vocant, quæque in cervice sint: vescique suilla tunc vetant. Tauri vocantur ^y scarabæi terrestres, ricino similes: nomen cornicula dedere. Alii pediculos terræ vocant. Ab his quoque terram egestam illinunt strumis, et similibus vitiis, et podagris. Triduo non abluunt: prodestque hæc medicina in annum. Omniaque his ascribunt, quæ nos in gryllis retulimus. ¹⁰ Quidam et a formicis ^z terra egesta sic utuntur. Alii vermes ^a terrenos totidem, quot sint strumæ, adalligant, pariterque cum his arescunt. Alii viperam circa Canis ortum circumcidunt, ut diximus, ^b dein mediam comburunt. Cinerem eum dant ¹¹ bibendum ter septenis diebus, quantumprehenditur ternis digitis: sic strumis medentur. Aliqui vero ^c circumligant eas lino, quo

//////////

—9 Vet. Dalec. *pastillos, conduntque pyxide.*—10 Sic quidam: *podagris. Triduo non abluunt: omniaque his adscribunt, quæ nos in gryll. retulimus. Prodestque hæc med. in annum;* Vet. Dalec. *podagris, triduoque non abluunt. Prodest hæc medicina, &c.*—11 Ita cod. Reg. Brot. 2. *comburunt, dein cinerem eum dant*

NOTE

^v *Alii jecur]* Sic auctores proxime appellati.

^w *Alii præcidunt]* Plinius Valer. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 15. pag. 108. Nec dispar e talpa medicina laudatur ab auctore Kiranidum, p. 104. ad parotidas, scrofulas, et quævis apostemata.

^x *Pyxide stannea]* Subintellige, conduntque: quam vocem non prætermisere auctores proxime appellati.

^y *Tauri vocantur]* Nihil hi commune habent cum Lucanis scarabæis, nostrisque cervulis volucris, de quibus dictum est XI. 31. quanquam ita Scaligero, Dalecampioque, et Constantino visum: nam *ταυροειδής* scarabæus erat tantum bovis in mo-

rem *δικέρος*, bicornis, ut tradit Horus Hieroglyph. I. 10. pag. 14.

^z *Quidam et a formicis]* Hoc remedium ad scabiem pruritusque retulit Q. Serenus cap. 7. p. 128. 'Proderit ex oleo pulvis, quem congerit alte Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.'

^a *Alii vermes]* Plinius Valer. III. 29. ad verbum.

^b *Ut diximus]* Hoc est, ternis utrimque, sive et a capite et a cauda digitis amputatis, ut dictum est XXI. 21.

^c *Aliqui vero]* Plinius Valer. totidem verbis loc. cit. Et huc pertinet, quod habet Marcellus Empir. cap. 15. p. 108. 'Caput viperæ linteolo colli-

præligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur. Et millepedis^{12d} utuntur, addita resinæ terebinthinæ parte quarta: quo medicamento omnia apostemata curari jubent.

XIII. Humeri doloribus^e mustelæ cinis cum cera medetur. Ne sint alæ^f hirsutæ¹ formicarum ova pueris infricata præstant. Item mangonibus, ut lanugo tardior sit pubescentium, sanguis e testiculis agnorum, qui castrantur: qui evulsis pilis illitus et contra virus proficit.

XIV. Præcordia^g vocamus uno nomine exta in homine: quorum in dolore^h cujuscumque partis, si catulus lactens admoveatur, apprimaturque his partibus, transire in eum morbus dicitur. Idque in exenterato,¹ perfusoque vino¹ deprehendi, vitiato viscere illo quod doluerit hominis:² et obrui^j tales religio est.^a Hi quoque, quos Melitæos voca-

^a Et terra obrui mortuos catulos e religione est.



edd. ante Brotier.—12 Et millepedis Vet. Dalec.

CAP. XIII. 1 Gronov. et al. ante Harduin. ne sint male hirsutæ.

CAP. XIV. 1 Idque exenterato cod. Dalec. Mox, profusoque vino Gronov. et vulgg. proscissoque vino Chiff. perfusoque vino codd. Harduini, et Dalec. item Vet. Dalec. edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Vet. Dalec. homini.—3 Ita codd. Dalec. Regg. Brot. et Editio princeps. Transireque morbos

NOTÆ

gatum, colloque suspensum, tolles optime sanat, aut prohibet innasci synanchen.⁷

^d Et millepedis] Plinius Valer. ad verbum loc. cit.

^e Humeri doloribus] Marcellus Empir. c. 18. p. 127. ‘Humeri dolorem mustelæ exustæ cinis tritus, et cum cera permixtus ac subactus, et ceroli more impositus, mire sanat.’ Pro cera ovum adhibet Plinius Valer. t. 55.

^f Ne sint alæ] Vide Notas et Emend. num. 10.

^g Præcordia] Plinius Valer. n. 15. ‘Universum,’ inquit, ‘præcordia appellamus, quæ aliqui in plura dividunt vocabula, vocantes modo stomacium, ubi in causa sit, interdum

jecur, interdum præcordia.’

^h Quorum in dolore] Plinius Valer. n. 15. ad verbum. Marcellus Empir. cap. 27. pag. 196. ‘Ut explorari possit ex latentibus morbis, qui sit ille qui vexat infirmum, comprehendique qualitas vitii et pars viscerum possit, catulus feræ canis lactens die ac nocte cum eo qui laborat accumbat. Is postea sectus inspicitur, translatusque in eo morbus haud difficile notatur: ita tamen ut æger ei lac de suo ore frequenter infundat.’

ⁱ Perfusoque vino] Ita Mss. Reg. et Th. non profuso, ut editi. Marcellus Empir. loc. cit. infundi lac jubet: idem, c. 21. p. 151. exenteratum catulum perfundi vino.

mus, stomachi dolorem sedant applicati sæpius. Transire^k morbos³ ægritudine eorum intelligitur, plerumque et morte.

(VI.) Pulmonis quoque vitiis⁴ medentur et mures, maxime Africani, detracta cute in oleo et sale decocti, atque in cibo sumti. Eadem res et purulentis vel cruentis exscreationibus medetur.

XV. Præcipue vero¹ cochlearum cibus stomacho: in aqua eas suffervefieri intacto corpore earum oportet, mox et in pruna torreri, nihilo addito,^m atque ita e vino garoqueⁿ sumi, præcipue Africanas. Nuper hoc compertum plurimis prodesse. Id quoque observant, ut numero impari sumantur.¹ Virus tamen earum gravitatem halitus facit. Prosunt^o et sanguinem exscreantibus, demta testa tritæ in

//////////

Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Pulmonum vitiis* Gronov. et vulgg.

CAP. XV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

^j *Et obrui*] Plinius Valer. loc. cit. de catulo ægris appposito, ‘Quo defuncto,’ inquit, ‘obruï moris est.’ Marcellus Empir. cap. 27. pag. 196. ‘Eum tamen catulum, cum fuerit exsectus, obrui oportet.’ Ipse noster inferius, cap. 20. ubi eandem medicinam repetit, ‘mori,’ inquit, ‘et humari debere eos obrutos terra.’ Q. Serenus cap. 25. de præcordiis sanandis, p. 141. ‘Quin etiam catulum lactentem apponere membris Convenit: omne malum transcurrere fertur in illum: Cui tamen extincto munus debetur humani, Humanos quia contactus mala tanta sequuntur,’ &c.

^k *Transire*] Marcellus Empir. loc. cit. ‘Nec ab re est, si triduo idem catulus vivens cum ægro maneat: vitium enim ægri transire in eum usque adeo certum est, ut moriatur catulus, hominemque morbis latentibus relevet.’

¹ *Præcipue vero*] Totidem verbis Plinius Valer. n. 15.

^m *Nihilo addito*] Sic Mss. omnes. Plinius Valer. has voces neglexit, cum ceteras summa fide transcriberet.

ⁿ *Atque ita e vino garoque*] Marcellus Empir. cap. 20. pag. 141. ‘Stomacho laboranti cochleæ prosunt, si in aqua ferveant, et sic carbonibus torreatur, atque ita ex œnogaro sumantur, impari numero.’ Et pag. 308. ‘Cochleas, sed veras Africanas, conditas ex sale, et pauco olei coctas, sed non purgatas, qui jejuno ternas aut quinas quotidie et frequenter sumserit, rarissimo stomachi dolore vexabitur. Certe si carbonibus tostæ sumantur, melius prosunt.’

^o *Prosunt*] Marcellus Empir. c. 16. p. 120. ‘Ad exscreationem cruentam remedium sic: Cochleæ elixatæ teruntur, et ex aqua calida a jejuno bibuntur. Neenon ad idem cochleæ

æquæ potu. Laudatissimæ^p autem sunt Africanæ: ex his Solitanæ:^q Astypalaïcæ, et Siculæ² modicæ, quoniam magnitudo duras facit et sine succo: Balearicæ, quas cavaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur. Laudatæ^r et ex insulis, Caprearum.³ Nullæ autem cibus gratæ, neque veteres, neque recentes.^b Fluviatiles^s et albæ virus habent: nec sylvestres^t stomacho utiles,⁴ alvum solvunt. Item omnes minutæ. Contra marinæ^u stomacho utiliores: efficacissimæ tamen in dolore stomachi. Laudatiores^v traduntur quæcumque vivæ⁵ cum aceto devoratæ. Præterea sunt quæ aceratæ^w vocantur, latæ, multifariam⁶ nascentes, de quarum usu suis dicemus locis. Gallinaceorum^x ventris membrana inveterata et inspersa potioni destillationes pectoris et humidam tussim, vel recens tosta, lenit. Cochleæ crudæ^y tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus si

^b Neque nimium veteres, neque nimium recentes.

recenti. *sumant* Gronov. et al. vett.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex in Solitanæ, Astyp. et Siculæ* Vet. Dalec. et Chiiff. τδ et non legitur in ed. Gronov.—3 Cod. Dalec. *nascuntur laudatæ, et ex insulis Caprearum.* Mox Chiiff. *Nullis autem, &c.* Vet. Dalec. *Nullæ autem earum cibus.*—4 Gronov. et al. vett. *nec non sylvestres stomacho inutiles;* Vet. Dalec. non agnoscit, *nec non.*—5 Vet. Dalec. *stomachi quæcumque latiores traduntur vivæ.*—6 Ita codd. Harduini et Chiiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *late, multifariamque* Vet. Dalec. *late, multifariamque* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

illota ex aqua marina coquantur, et devorantur.⁷

^v *Laudatissimæ*] Dioscor. II. 11. laudat impense Sardonias, Africanas, Astypalaïcas, Siculas, Chias, et quæ in Alpibus Liguriæ nascuntur.

^q *Ex his Solitanæ*] Ex Africanis, inquit, laudatissimæ Solitanæ. Plinius, IX. 82. de cochleis: 'Africanæ,' inquit, 'quibus sæcunditas: Solitanæ, quibus nobilitas.' Vide quæ ibi diximus in Notis.

^r *Laudatæ*] Inter quæ nascuntur in insulis, est, inquit, etiã aliqua commendatio earum quæ nascuntur in Capreis, Tiberii principis arce nobilibus ut dictum est III. 12.

^s *Fluviatiles*] Dioscor. II. 11. 'Ο δὲ

ποτάμιος βρωμώδης, *olidi gustus.*

^t *Nec sylvestres*] Vide Notas et Emend. num. 11.

^u *Contra marinæ*] Diosc. II. 11.

^v *Laudatiores*] Subintellige ex antecedentibus, in dolore stomachi. Vide Notas et Emend. num. 12.

^w *Quæ aceratæ*] 'Ακέραιοι, *integræ, perfectæ.* Aceratarum porro cognomen nusquam alibi nobis occurrit: latarum sæpius.

^x *Gallinaceorum*] Probat hoc medicamentum Marcellus Empir. c. 16. p. 116. Probat et Plinius Valer. I. 58.

^y *Cochleæ crudæ*] Plinius Valer. loc. cit.

sorbeantur, tussim sedant. Destillationes sedat et canina cutis cuilibet digito circumdata. Jure perdicum stomachus recreatur.

XVI. Jocineris¹ doloribus medetur mustela sylvestris in cibo sumta, vel jocinera ejus. Item viverra^a porcelli modo inassata. Suspiriosis multipedæ, ita ut ter septenæ in Attico melle diluantur, et per arundinem^b bibantur. Omne enim vas earum nigrescit contactu. Quidam torrent ex his sextarium in patina, donec candidæ fiant: tunc melle miscent. Alii centipedam² vocant, et ex aqua dari jubent.³ Cochleæ in cibos^c his⁴ quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut quibus vertigines fiunt, ex⁵ passi cyathis tribus singulæ contritæ cum sua testa et calefactæ, in potu datæ diebus plurimum novem. Aliqui singulas^d primo die dedere, sequenti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto unam. Sic et suspiria emendant et vomicas.^e Esse animal locustæ simile sine pennis, quod troxalis^f Græce vocetur, Latinum nomen non habeat,⁶ aliqui arbitrantur: nec pauci auctores hoc esse⁷ quod gryllus



CAP. XVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Jocinerum* Gronov. et al. vett.—2⁴ Chiffi. *centum pedum*; puto gloss. *ταὴν centipedam.* Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et ex aqua calda dari* Gronov. et al. vett.—4 Cod. Dalec. *cibis, his*; Vet. Dalec. *cibos dantur his.*—5 Al. ap. Dalec. *vel ex.*—6 Ita ex codd. Harduini et recentt. Ita quoque Ælian. Hist. Anim. vi. 19. *tryxalis . . . vocatur . . . habet* Gronov. et al. vett.—7 Ita ex codd. Harduini et recentt. *ut aliqui auctores arbitr. alii nec pauciores hoc esse* Vet. Dalec. *ut aliqui*

NOTÆ

^a *Item viverra*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. ii. 5. et Marcellus Empir. c. 22. p. 156. ‘Viverra tosta,’ inquit, ‘porcelli lactentis modo inassata, et cibo data, mire jocineroso succurrit.’

^b *Et per arundinem*] Ne dentibus noceant, quos alioqui nigrore inficerent, ut diximus cap. 12.

^c *Cochleæ in cibos*] Totidem verbis Marcellus Empir. c. 3. p. 39. et 40. et Plinius Valer. ii. 15.

^d *Aliqui singulas*] Marcellus Empir.

loc. cit. et c. 20. p. 152.

^e *Et vomicas*] Marcellus Empiric. c. 3. p. 40. ‘Sic etiam ad suspiria et vomitus prodest.’ Sic vomica iterum Plinius xxix. 17. pro vomitione dixit. Et mox hoc ipso cap. pro purulentis exscreationibus, ut quidem videtur.

^f *Quod troxalis*] Sic in Indice scribitur ea vox, ex Mss. Reg. 1. et 2. et Coll. 3. quem Indicem exscripsimus in Notis et Emend. ad lib. xxix. num. 32. Sic etiam Ælianus Hist.

vocetur. Ex his XX. torreri jubent, ac bibi e mulso contra orthopuceas, sanguinemque exspuentibus. Est qui cochleis illotis protropum infundat, vel marinam aquam, ita decoquat, et in cibo sumat: aut si tritæ cum testis suis sumantur cum protropo: sic et tussi medentur. Vomicas privatim^s sanat mel in quo apes sint demortuæ.⁸ Sanguinem^h rejicientibus pulmo vulturinus vitigineis lignis combustus, adjecto flore mali Punici ex parte dimidia, item cotoneorum liliorumque iisdem portionibus potus⁹ mane atque vesperi in vino, si febres absint. Si minus, ex aqua in qua cotonea decocta sint.¹⁰

XVII. Pecudis^a lienⁱ recens magicis præceptis super dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, 'lieni se remedium facere.' Post hoc jubent eum in pariete dormitorii^b ejus tectorioⁱ includi,^j et obsignari annulo, terque novies carmen dici. Caninus^k si viventi eximatur et in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam^l recentem superilligant. Alii duum^m dierum² catuli ex aceto scillitico dant igno-

^a Agni.

^b Cubiculi.

arbitrantur, nec pauciores hoc esse edd. vett. et Gronov.—8 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *emortuæ* Gronov. et vulgg.—9 Vet. Dalec. *flos potus*.—10 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *si febris absit . . . sunt* Gronov. et vulgg.

CAP. XVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hæc jubent . . . tectore* edd. vett. et Gronov.—2 Ita Chiffli. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *superalligant. Alii duum dierum* Franz. *supcralligant.*

NOTE

Anim. VI. 19. Καὶ μὴ σιωπῶσαν πρωξάλιδα, nec silentem troxalida: strepere eam, ut gryllum, significat.

^s Vomicas privatim] Plinius Valer. III. 23. 'Apostemata interiora vomicas vocamus . . . Vomicas sanat privatim mel in quo sint apes demortuæ.' Plinius noster libro sup. c. 11. 'Puris et sanguinis exscreationes' vocat, quas iste vomicas loc. cit.

^h Sanguinem] Iisdem fere verbis Plinius Valer. I. 61. et 64.

ⁱ Pecudis lien] Marcellus Empir.

ad verbum, cap. 23. pag. 166. et Plinius Valerianus II. 18.


^j Tectorio includi] Calce, vel gypso, vel denique luto. De tectorii voce diximus XXVIII. 71. Vide Notas et Emend. num. 13.

^k Caninus] Anctores proxime appellati, et Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 1. 'Ad splenem.'

^l Quidam] Sextus Platon. loc. cit. 'Quidam incisum fissumque catulum supra splenem ponunt.' Catulum is integrum, lienem solum alii alligari

ranti, vel herinacci, lienem.ⁿ Item cochlearum^o cinerem cum semine lini et urticæ addito melle, donec persanet.³ Eo liberat^p et lacerta viridis, viva in olla ante cubiculum dormitorium ejus cui medeatur⁴ suspensa, ut egrediens revertensque attingat manu: cinis e capite bubonis cum unguento: mel in quo apes sint mortuæ: araneus, et maxime qui lycos vocatur.^q

XVIII. Upupæ cor^r in lateris doloribus laudatur, et cochlearum^s cinis in ptisana decoctarum, quæ et per^t se illinuntur. Canis rabiosi calvariæ cinis² potioni inspergitur. Lumborum dolori stellio transmarinus, capite ablato et intestinis, decoctus³ in vino cum papaveris nigri denarii pondere dimidio, eo succo bibitur. Lacertæ virides,¹ decisis



Alii duorum dierum Gronov. et vulgg.—3 Chiffi. persanent.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. medetur Gronov. et al. vett.—5 Chiffi. lycus. ‘Araneus . . . qui lycos vocatur’ Est araneus lupus, de quo dictum supra xi. 28. At cum Dioscorides ii. 68. dicat araneum, quem raptorem, aut lupum, alii nominant, cum emplastro subactum, ἀράχνη . . . συμμαλαχθεῖσα σπληνίφ, et linteolo inductum, ac fronti, aut temporibus, impositum, tertianas febres sanare; forte Plinius σπλήνιον, emplastrum, pro splene lieneve, late, accepit. Certe, ut multis experimentis certum scio, araneis magna vis est adversus tertianas aliasque febres. Immo et gravissimæ febres pilulis telæ araneorum mirum in modum sunt sanatæ.’ Brotier.

CAP. XVIII. 1 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. quæ per Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Chiffi. cibus.—3 Vet. Dalec. stellionis trans-

NOTÆ

præcipiunt.

^m *Alii duum*] Marcellus Empir. c. 23. pag. 167. et Plinius Valer. ii. 18.

ⁿ *Vel herinacci lienem*] Marcellus ac Plinius Valer. locis cit. Item Haddarrahanus Ægyptius cap. 32. pag. 113. sed adhibita simul cautione, quæ minime sit aspernanda: ‘Ad curandum splenem,’ inquit, ‘recipe herinaecum, jugula coram laborante splene: accipe splenem ejus, ponito in clibano, sed remotum ab igne: relinque donec exsiccabitur, et arescet. Quo facto præbe edendum ex illo splene laboranti, at non multum: quia tantum diminuetur splen patientis, quantum comedit ex splene herinaeci. Quare cave ne totum devo-

ret, ne pereat.’

^o *Item cochlearum*] Marcellus ac Plinius Valer. locis cit.

^p *Eo liberat*] Plinius Valer. loc. cit. et Marcellus Empiricus cap. 23. pag. 166.

^q *Qui lycos vocatur*] Sive lupus. De hoc genere arancorum xi. 28. Vide Notas et Emend. num. 14.

^r *Upupæ cor*] Plinius Valer. i. 55. ‘Ad laterum dolorem:’ ‘Upupæ caro (lege cor) in cibo laudatur.’ Sic enim Mss. omnes.

^s *Et cochlearum*] Marcellus Empir. c. 24. p. 169. et Plinius Valer. loc. cit.

^t *Lacertæ virides*] Plinius Valer. ii. 45.

pedibus et capite, in cibo sumuntur. Cochleæ tres^u contritæ cum testis suis, atque in vino decoctæ cum piperis granis xv. Aquilæ pedes evellunt in aversum a suffragine,^c ita ut dexter dexteræ partis doloribus adalligetur, sinister lævæ. Multipeda quoque, quam oniscon appellavimus,^v medetur denarii pondere ex vino⁵ cyathis duobus pota. Vermem terrenum,^w catillo ligneo ante fissio et ferro vincto impositum, aqua excepta perfundere, et defodere, unde effoderis, magi jubent, mox aquam bibere catillo, mire id prodesse ischiadicis affirmantes.

XIX. (VII.) Dysentericos recreant femina pecudum^a decocta cum lini semine aqua pota. Caseus ovillus^b vetus, sevim ovium decoctum in vino austero. Hoc et ileo^c medetur, et tussi veteri. Dysentericis stellio transmarinus, ablatis intestinis et capite, pedibusque ac cute, decoctus æque^d et cibo¹ sumtus. Cochleæ duæ^e cum ovo, utraque cum putamine contrita, atque in vase novo addito sale et passi cyathis duobus, aut palmarum succo et aquæ cya-

^c *In contrariam partem atque est flexus pedum.*

marini, &c. decocti. Mox, idem Vet. eo succus bibitur.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aversum, ac suffraginem* cod. Dalec. *aversum a suffragine* Vet. Dalec. *adversum, &c.* Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. *vini.*

CAP. XIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

^u *Cochleæ tres*] Q. Serenus c. 26. de lumbis et renibus sanandis, p. 142. 'Aut tres ex vino cochleas fervere coges, Cumque suis domibus franges; piperis quoque grana Ter quinque adjicias; potique juvaberis illo.' Sic etiam Marcellus Empir. cap. 25. pag. 171. et Plinius Valer. loc. cit.

^v *Oniscon appellavimus*] Lib. xxix. cap. 39.

^w *Vermem terrenum*] Marcellus Empir. ad verbum, c. 25. p. 174. et Plinius Valer. 11. 45.

^a *Dysentericos . . . femina pecudum*]

Pulmoni vim parem Marcellus Empir. ascribit, c. 27. p. 190. 'Dysentericos,' inquit, 'recreat pulmo pependis, id est, ovis, decoctus cum lini semine, ita ut et caro manducetur, et aqua illa potetur.'

^b *Caseus ovillus*] Marcellus Empir. xxvii. 193. et Plinius Valer. 11. 26.

^c *Hoc et ileo*] Plinius Valer. 11. 33.

^d *Decoctus æque*] Ut jam dictum est ad lumborum dolorem, c. sup.

^e *Cochleæ duæ*] Marcellus Empir. loc. cit. et Plinius Valer. 11. 33.

this tribus suffervectis et in potu datis.² Prosunt^f et combustæ, ut cinis earum bibatur in vino addito resinæ momento. Cochleæ nudæ, de quibus diximus,^g in Africa maxime inveniuntur, utilissimæ dysentericis, quinæ combustæ cum denarii pondere dimidii acaciæ: ex eo cinere³ dantur cochlearia bina in vino myrtite, aut quolibet austero cum pari modo caldæ. Quidam omnibus Africanis ita utuntur. Alii totidem Africanas, vel latas infundunt^d potius. Et si major fluxio^{e+} sit, addunt acaciam fabæ magnitudine. Senectus anguium^h dysentericis et tenesmis in stanneo vase decoquitur cum rosaceo. Vel si in alio, cum stanno illiuitur.^f Jus e gallinacco iisdem medetur: sed veteris gallinaceiⁱ vehementius salsum jus alvum ciet.⁵ Membrana^j gallinarum tosta et data in oleo ac sale cœliacorum dolores mulcet. Abstineri⁶ autem a frugibus ante et gallinam et hominem oportet. Fimum columbinum^k tos-

^d *Clystere immittunt.*^e *Alvi fluxus.*^f *Ventri illiuitur.*

recentt. decoctusque et in cibo Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *subfervectis et in potu datis.*—3 Ita codd. Dalec. et Regg. Brot. 1. 2. *exque eo cinere* edd. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *fluitio.*—5 Ita ex codd. Harduinis et recentt. *medetur, sed veteris gallinacei vehementius. Salsum jus alvum ciet* Gronov. et vulgg. *medetur: sed veteris gallinacei salsum jus vehementius alvam ciet* Cliffil.—6 *Abstineri* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. in

NOTE

^f *Prosunt*] Galenus de Facult. Simp. Med. xi. 1. p. 309. Plinius Valer. ii. 27. et 33.

^g *De quibus diximus*] Lib. xxxix. c. 36. statim initio. Eadem ferme cœli Plinio tradit Galenus κατὰ τόπος, ix. 5. p. 616.

^h *Senectus anguium*] Iisdem fere verbis Marcellus Empir. c. 27. pag. 194. et c. 39. p. 202. Item Plinius Valer. ii. 24.

ⁱ *Sed veteris gallinacei*] Vide Notas et Emend. num. 15.

^j *Membrana*] Explicatius aliquanto Diosc. ii. 53. 'Quæ in gallinaceo,' inquit, 'interna ventriculi parte membrana substernitur, cornu instar

firma ac pellucida, quæque inter coquendum excoriari solet, arefacta, tritaque, et in vino pota, *στομαχικὸς*, stomachicis, confert.' Negat hoc esse verum Galenus de Fac. Simp. Med. xi. 1. p. 303. Contra Dioscoridi, Plinioque Marcellus Empir. subscribit, c. 27. p. 193. 'Membrana, quæ est in ventriculo gallinæ, siccata et trita, et cum vino austero cœliaco jejuno potui data medetur; ita ut ipsa gallina prius vel biduo abstineatur a cibo, et qui potionem accepturus est, ante diem frugis sit, et non cœnet.' Sic etiam Plinius Valer. ii. 26.

^k *Fimum columbinum*] Plinius Valer. loc. cit. ad verbum.

tum potumque. Caro palumbis in aceto decocta dysentericis et cœliacis medetur. Turdus inassatus cum myrti baccis dysentericis: item merulæ.¹ Mel, in quo apes sint immortuæ,⁷ decoctum.

XX. Gravissimum^m vitium ileos appellatur. Huic resistiⁿ aiunt discerpti vespertilionis sanguine: etiam¹ illito ventre subveniri. Sistit alvum^o primum cochlea,² sicut diximus^p in suspiriosis, temperata. Item cinis earum, quæ vivæ crematæ sint, potus ex vino austero. Gallinaceorum^q jecur assum, aut ventriculi membrana, quæ abjici solet,³ inveterata, admixto papaveris succo. Alii recentem torrent ex vino bibendam. Jus perdicum, et per se ventriculus contritus ex vino nigro. Item palumbus^r ferus, e posca decoctus. Lien pecudis tostus, et in vino tritus. Fimum columbinum^s cum melle illitum. Ossifragi^t venter

quo sint immortuæ apes edd. ante Brotier.

CAP. XX. 1 Vet. Dalec. *cumque etiam*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *subvenire*. S. *alvum et cochlea* Gronov. et al. vett.—3 Ita ex codd. Harduinius et recentt. *aut ventr. membra, quæ ab-*

NOTÆ

¹ *Item merulæ*] Celsus 11. 30. 'Quæ res alvum astringant: ' Merula, palumbus, &c.

^m *Gravissimum*] Quid sit ileos, Celsus explanat his verbis, 1v. 13. 'Inter ipsa vero intestina consistunt duo morbi, quorum alter in tenuiore, alter in pleniore intestino est. . . . Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χόρδαψον, plenioris εἰλεδν nominavit. A plerisque video nunc illum priorem εἰλεδν, (hos Plinius hoc loco sequitur,) hunc κωλικδν nominari. Sed prior modo supra umbilicem, modo sub umbilico dolorem movet. Fit ex alterutro loco inflammatio: nec alvus, nec spiritus infra transmittitur. Si superior pars affecta est, cibus: si inferior, stercus per os redditur,' &c. Idem 11. 8. 'Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est intra septimum diem, occidit.'

Delph. et Var. Clas.

ⁿ *Huic resisti*] Totidem verbis Marcellus Empir. c. 27. p. 194. et Plinius Valer. 11. 33.

^o *Sistit alvum*] Marcellus Empir. c. 27. p. 197.

^p *Sicut diximus*] Cap. 16.

^q *Gallinaceorum*] Plinius Valer. 11. 27.

^r *Item palumbus*] Celsus 11. 30. Marcellus Empir. c. 27. p. 192. decoqui ex passo jubet: e posca Plinius Valer. 11. 27.

^s *Fimum columbinum*] Marcellus Empir. c. 27. p. 126. et Plinius Valer. 11. 27.

^t *Ossifragi*] Marcellus Empir. cap. 20. pag. 143. 'Contra dolorem stomachi. . . . venter quoque ossifragi arefactus et potioni aspersus plurimum prodest.' Et p. 145. 'Ossifragi venter madefactus, appositusque his, ad stomachum, qui cibos non

Plinius.

12 D

arefactus et potus iis qui cibos non conficiunt utilissimus, vel si manu tantum teneant capientes cibum. Quidam adalligant ex hac causa, sed continuare non debent: maciem enim facit. Sistit et anatum^{4 u} muscularum sanguis. Inflationem discutit cochlearum cibus. Tormina^v lien^s ovi-um tostus, atque e vino potus: palumbus^w ferus ex posca decoctus: apodes ex vino: cinis ibidis sine pennis crematæ potus. Quod præterea traditur in torminibus, mirum est: anate apposita^x ventri transire morbum, anatemque emori. Tormina et melle curantur, in quo sunt apes immortalæ, decocto. Coli vitium^y efficacissime sanatur ave galerita assa in cibo sumta. Quidam in vase novo cum plumis exuri jubent, conterique in cinerem, bibique ex aqua cochlearibus ternis per quatrimum: quidam cor ejus adalligari femini: alii recens tepensque adhuc devorari. Consularis Asprenatum^z domus est, in qua alter e fratribus colo^a liberatus est, ave hac in cibo sumta, et corde ejus armilla au-

^a Coli dolore.



ficere solent Chiffi. cum ventriculi membrana, &c. Gronov. et vulgg.—4 Gronov. et al. ante Harduin. Sistit et anatum. Mox, Inflationes cod. Dalec. Inflammationem Chiffi.—5 Tormina sanat lien Gronov. et al. ante Harduin.—6 Vet.

NOTÆ

conficiunt, utilissimus est: vel etiam si tantum manu teneatur, plurimum juvat.' Plinius Valer. 11. 15. cui titulus, 'Præcordiorum dolori curando: 'Ossa fragi,' inquit, 'arefacta prosunt, etiamsi teneantur in manu, dum cibus sumitur.' Imperite: sive scriptoris id vitium sit, seu librariorum.

^u Sistit et anatum] Plinius Valer. 11. 27.

^v Tormina] Plinius Valer. 11. 22.

^w Palumbus] Plinius Valerianus loc. cit.

^x Anate apposita] Marcellus Empir. cap. 27. pag. 190. et Plinius Valer. 11. 22. Idem de rana ventri apposita Marcellus prodit, p. 196.

^y Coli vitium] Diosc. totidem ver-

bis, 11. 59. Q. Serenus c. 32. p. 146. 'de colo sedando: 'Mande galeritam vulnere quam nomine dicunt,' &c. Marcellus Empiric. c. 39 p. 202. 'Colo, et omnibus intestinorum doloribus, et tam hominibus, quam iumentis ex hac re laborantibus, efficacissime subvenit avis galerita, quæ Gallice alauda dicitur: sive ipsa assata in cibo sumatur, sive cum plumis suis combusta redigatur in cinerem: atque ex eo diligentissime trito terna cochlearia ex aqua calida potui per triduum dentur.' Et pag. 207. 'Corydalis avis,' &c.

^z Asprenatum] Ut ceteros sileam, Caio Caligula imperante, L. Nonius Asprenas Consulatum gessit.

rea incluso: alter sacrificio quodam, facto crudis⁶ laterculis ad formam⁷ camini, atque, ut sacrum peractum erat, obstructo sacello. Unum est ossifrago^a intestinum mirabili natura, omnia devorata conficienti. Hujus partem extremam adalligatam prodesse contra colum constat. Sunt⁸ occulti interaneorum morbi, de quibus mirum proditur. Si catuli,^b priusquam videant, applicentur triduo stomacho maxime ac pectori, et ex ore ægri suctum lactis accipiant, transire vim morbi, postremo exanimari, dissectisque palam fieri ægri⁹ causas. Mori et humari debere eos obrutos terra. Magi quidem,¹⁰^c vespertilionis sanguine contacto ventre, in totum annum caveri dolorem tradunt: aut in dolore,¹¹^d si quis aquam per pedes fluentem haurire sustineat.^b

XXI. (VIII) Murino fimo^e contra calculos illinere¹ ventrem prodest. Herinacei carnem jucundam esse aiunt, si capite percusso uno ictu interficiatur, priusquam in se urinam reddat: eos qui carnem²^f ederint, stranguriæ mor-

^b Aut si ventriculus dolet cuiquam, liberatur is, si aquam bibat, unde pedes laverit.



Dalec. facta sacello e crudis.—7 Ita eodd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in formam Gronov. et vulgg.—8 Sunt deest in Chiff.—9 Vet. Dalec. agritudinis.—10 Vet. Dalec. quidam.—11 Vet. Dalec. at presentem dolorem levare; Gronov. et al. ante Harduin. aut per dolorem; Chiff. aut in dolore.

CAP. XXI. 1. 'Ita eodd. Regg. 1. 2.' Brotier. illinire edd. ante Brotier.—2 Vet. Dalec. reddat et eos qui carnem tum.—3 Ita eodd. Harduinj et Chiff.

NOTÆ

^a Unum est ossifrago] Marcellus Empir. c. 39. p. 202. 'Unicum est intestinum ossifragi, miræ naturæ, quod omnia devorata citissime conficit: hujus pars extrema colligitur et reponitur: et, cum opus fuerit, ventri laborantis alligatur: remedio miro omnes intestinorum dolores citissime sedat.'

^b Si catuli] Vide quæ dicta sunt cap. 14. sunt enim his paria, ac plane gemina.

^c Magi quidem] Marcellus Empir.

c. 27. p. 190. et c. 28. p. 202.

^d Aut in dolore] Marcellus Empir. c. 28. p. 200. 'Si ventriculus perversatus fuerit alicui, aquam bibat, unde pedes laverit suos.'

^e Murino fimo] Diosc. II. 98. murino fimo calculos expelli ait, si cum thure et mulso bibatur. Plinius Valer. II. 39. Marcellus Empir. cap. 26. pag. 176. 'Ad urinæ difficultatem, murino fimo summitatem veretri, vel imum ventrem, illini prodest.'

^f Eos qui carnem] Marcellus Em-

bum contrahere minime posse. Hæc caro ad hunc modum occisi stillicidia in vesica³ emendat: item suffitus ex eodem.⁵ Quod si urinam^h in se reddiderit, eos qui carnem ederint stranguriæ morbum contrahere traditur. Jubent⁴ et vermesⁱ terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuos calculos: vel cochleas decoctas, ut in suspiriosis.^{5j} Easdem exemtas testis tritasque, tres in vini cyatho bibi, sequenti die duas, tertia die unam, ut stillicidium⁶ urinæ emendent. Testarum vero^k inaniam cinerem ad calculos pellendos. Idem hydri jecur bibi, vel cinerem scorpionum in pane sumi, vel si quis cum locusta edit.⁷ Lapillos^l qui in gallinaceorum vesica,⁸ aut in palumbium ventriculo, inveniuntur, conteri et potioni inspergi. Item membranam^m e ventriculo gallinacei aridam: vel, si recens sit, tostam. Fimum quoqueⁿ palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicæ. Similiter^o plumarum cinerem palumbium ferorum ex aceto mulso. Et intestinorum ex

//////////

cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *stillicidia vesicæ* Gronov. et vett. Mox, *ex eadem* Vet. Dalec.—4 *Jurat* cod. Dalec.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *uti suspiriosis*.—6 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *stillicidia* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *edat*.—8 Vet.

NOTE

pir. c. 26. p. 180. ‘Herinacei caro optime decocta, atque in cibo sumta, stranguriosis mire subvenit, et cito naturalem urinæ cursum relaxat.’

^g *Item suffitus ex eodem*] Ex felle fieri suffitus præcipit Habdarrahmanus Ægyptius c. 32. p. 114. ‘Felle herinacei cum pomorum corticibus si ter sub vestimenta suffimigabis laborantem dysuria, curabitur.’

^h *Quod si urinam*] Reddunt enim in desperatione urinam tabificam ac tergori suo carnique noxiam, ut dictum est VIII. 56.

ⁱ *Jubent et vermes*] Plinius Valer. 11. 39.

^j *Ut in suspiriosis*] De quibus diximus c. 16. Sic etiam Plinius Valer. loc. cit.

^k *Testarum vero*] Marcellus Empir. c. 26. p. 181. et Plinius Valer. loc. cit.

^l *Lapillos*] Marcellus Empir. c. 26. p. 176. ‘Contra calculum, et alias difficultates vesicæ, lapillum qui in gallinacei vesica, aut in palumbi ventriculo,’ &c. Totidem verbis pariter Plinius Valer. 11. 39.

^m *Item membranam*] Marcellus Empir. loc. cit.

ⁿ *Fimum quoque*] Q. Serenus c. 33. p. 146. Plinius Valer. loc. cit. ‘Vesicæ et calculo purgando:’ ‘Fimus lumborum in sorbitione ex faba fracta bibitur.’ Sic etiam Marcellus Empiric. c. 26. p. 181.

^o *Similiter*] Totidem syllabis Plinius Valer. loc. cit.

his^p cinerem cochlearibus tribus. E nido^q hirundinum glebulam dilutam aqua calida.⁹ Ossifragi^r ventrem arefactum. Turturis^s finum in mulso decoctum, vel ipsius discoctæ jus. Turdos quoque^t edisse cum baccis myrti prodest urinæ: cicadas^u tostas in patellis: millepedam oniscon^v bibisse: et in vesicæ^w doloribus decoctum agnorum pedum. Alvum ciet^x gallinaccorum discoctorum jus, et acria mollit. Ciet^y et hirundinum finum, adjecto melle subditum.

XXII. Sedis vitiis^a efficacissima sunt, œsypum: (quidam adjiciunt pompholygem^r et rosaceum:) canini capitis cinis: senecta serpentis ex aceto: si rhagades^b sint, cinis fimi canini candidi cum rosaceo; aiuntque inventum Æsculapii esse; eodemque et verrucas^z efficacissime tolli: mu-

Dalec. ventre.—9 Gronov. et al. ante Harduin. *cochlearibus tribus e nido hirundinum. Gryllum dilutum ex aqua calida. Chiff. dirutum ex aqua calida.*

CAP. XXII. 1 Chiff. *pompelium*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd.

NOTÆ

^p *Et intestinorum ex his*] Ex palumbis.

^q *E nido*] Vide Notas et Emend. num. 16.

^r *Ossifragi*] Diosc. II. 58. φίνις τὸ ὄρνειον, ὃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὀσσίφραγον· τοῦτου ἡ κοιλία κατ' ὄλιγον ποτιζομένη λίθους ἐξουρείσθαι ποιεῖν ἰστορεῖται. Marcellus Empir. c. 26. p. 180. 'Avis ossifragæ ventriculus salitus, ut servari possit, aut exustus, et in pulverem redactus, cum vini potione datus, urinam efficaciter provocat.'

^s *Turturis*] Galenus *Εὐπορ.* lib. III. p. 666. tom. x. Ἄλλο θραῦον λίθους... Τρυγόνος ὀρνέου κόπρον καύσας, παρέχει μετὰ μελικράτον, ποιεῖ γὰρ ἐξουρείσθαι τοὺς λίθους. *Turturis avis stercus combustum ex mulsa præbe; calculos enim per urinam ejicit.* Imponi ceroti modo, non bibi, præcipit Marcellus Empir. c. 26. p. 181. et Plinius Valer. II. 39.

^t *Turdos quoque*] Plinius Valer. loc. cit.

^u *Cicadas*] Idem Plinius Valer. loc. cit. Dioscor. II. 56. Τέττιγες ὄπτοι ἐσθιόμενοι τοῖς περὶ τὴν κύστιν ἀλλαγμάσι βοηθοῦσιν.

^v *Millepedam oniscon*] Dioscor. II. 37. Ποθέντες (ὄνοι) σὺν οἴνῳ βοηθοῦσι δυσουρίᾳ.

^w *Et in vesicæ*] Marcellus Empir. cap. 26. p. 180. et Plinius Valer. loc. cit.

^x *Alvum ciet*] Plinius Valer. ad verbum, II. 23.

^y *Ciet*] Plinius Valer. loc. cit.

^a *Sedis vitiis*] Marcellus Empir. c. 31. p. 222.

^b *Si rhagades*] Marcellus Empir. loc. cit. 'Rhagadas,' inquit, 'canini capitis usti cinis aspersus adjungit, et stercoris albi canini, betaque cinis insertus similiter opitulatur.' Sextus Platon. c. 9. de cane tit. 11. 'Ad rhagades ani:' 'Stercus canis cum rosaceo tritum, et impositum, mire sanat.'

rini fimi cinis, adeps cycni, sebum bovis. Procidentia ibi³ succus cochlearum punctis evocatus illitu repellit.⁴ Attritis medetur cinis muris sylvatici cum melle: fel herinacei,^d cum vesperilionis: et anserinus⁵ cum cerebro, et alumine,⁶ et œsypo. Fimum columbinum cum melle.^e Condylomatis^f privatim araneus demto capite pedibusque infricatus.⁷ Ne acria perurant,^a adeps anserinus^g cum cera Punica, cerussa, rosaceo: adeps cycni.^h Hæcⁱ et hæmorrhoidas sanare dicuntur. Ischiadicis^j cochleas crudas tritas cum vino Amineo et pipere potu prodesse dicunt: lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, interaneis, capite. Sic et stellionem, adjectis huic papaveris nigri obolis tribus. Ruptis convulsis fel ovium cum lacte mulierum. Verendorum^k fornicationibus verrucisque medetur

^a Ne acrioris humoris fluxus sedem perurat.

//////////

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et eodem verrucas Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Procidentia alvi edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. habet et repellit Chiffi. illita depellit Gronov.—5 ‘Videtur emend. adeps anserinus, e Marcell. Empir. ut jam monuit eruditus Harduinius.’ Brotier.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. vel herinacei, cum vesperilionis cerebro, et alumine Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

^c Procidentia ibi] Nempe in ano, sive sede. Ita Mss. Reg. 1. aliique probatioris: non, ut editi, procidentia alvi. Sic paulo post hoc cap. ‘Tetris ibi ulceribus.’

^d Fel herinacei] Vide Notas et Emend. num. 17.

^e Fimum . . . cum melle] Cum farina, Marcellus Empiricus cap. 32. p. 224.

^f Condylomatis] Ad verbum Plinius Valer. 11. 31.

^g Adeps anserinus] Ad condylomata hæc pariter medicamina adhibent Marcellus Empir. c. 31. p. 222. et c. 32. p. 225. Item Plinius Valer. loc. cit. Ad ani pruritus, Galenus, Εὐπορ. 1. 14. p. 598.

^h Adeps cycni] Marcellus et Plini-

us Valer. locis cit.

ⁱ Hæc] Idem auctores mox appellati.

^j Ischiadicis] Q. Serenus c. 38. de ischia, p. 150. ‘Aut in Amineo cochleas haurire Lyæo.’ Totidem verbis Marcellus Empir. c. 25. p. 171.

^k Verendorum] Plane totidem verbis Marcellus Empir. c. 33. p. 229. et 230. ac Plinius Valer. 11. 41. Quid sit fornicatio diximus xxviii. 20. in fine. Sextus Platon. c. 6. de ariete, tit. 3. ‘Ad claviculos:’ ‘Liquoris arietis, quem de pulmone concoques, stilla superposita claviculos qui in manibus nascuntur, aut in veretro, illita tollit.’ Claviculi e verrucarum genere sunt: nascunturque in manibus, pedibusque: pessimi ἐν αἰδοίοις.

arietini pulmonis inassati sanies. Ceteris vitiiis,¹ vellerum ejus vel sordidorum cinis ex aqua: sevum ex omento pecudis, præcipue a renibus, admixto cinere pumicis et sale: lana succida ex aqua frigida: carnes pecudis combustæ ex aqua: mulæ unguarum cinis: dentis caballini contusi farina inspersa. Testibus vero,^m farina ex ossibus canini capitis sine carne tuis. Si decidatⁿ testium alter, spumam cochlearum illitam remedio esse tradunt. Tetrus ibi^o ulceribus, et manantibus, auxiliantur canini capitis recentis cineres: cochleæ latae, parvæ, contritæ ex aceto: senectus anguium ex aceto,^p vel cinis ejus:⁸ mel, in quo apes sint immortalæ, cum resina: cochleæ nudæ, quas in Africa gigni diximus,^q tritæ cum thuris polline et ovorum albo: tricesimo die resolvunt.⁹ Aliqui pro thure bulbum admiscent. Hydrocelicis^r stelliones mire prodesse tradunt, capite, pe-



cent. *infricatur* Gronov. et al. vett.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *infricatur* Gronov. et al. vett.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contritæ ex aceto, vel cinis ejus*, intermediis omissis, Gronov. et vulgg. *vel cinis earum* Vet. Dalec. Mox, *sunt immortalæ* Gronov. et al. ante Harduin.—9 Ita codd. Regg. Brot. omnes, et Editio princeps. *Tricesimo die solvunt* cod. Dalec. *tricesimoque die resolvuntur* Vet. Dalec. *alio quæ tricesimo die resolvuntur* al. ap. Dalec. *tricesimoque die resolvunt* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

¹ *Ceteris vitiiis*] Auctores proxime appellati hæc totidem verbis habent, usque ad eum locum, 'Testibus vero,' &c. Marcellus Empir. inprimis, cap. 32. p. 226. 'Arietis quam pinguis mi lana, plena suis sordibus, combusta, et in pulverem redacta, prodest plurimum si eo cinere ex aqua locum inguinum perfricueris.'

^m *Testibus vero*] Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 15. 'Ad tumores testiculorum: Calvaria canis trita, et imposita, mire sanat.'

ⁿ *Si decidat*] Si propendeat, quasi laxatus, ac demittatur. Marcellus Empir. c. 33. p. 227. et Plinius Valer. II. 42.

^o *Tetrus ibi*] Marcellus Empir. c. 32. p. 229.

^p *Senectus anguium ex aceto*] Vide Notas et Emend. num. 18.

^q *Cochleæ . . . gigni diximus*] Supra c. 19. et XXI. 36. Marcellus Empir. c. 33. p. 230. 'Cochleis, quæ nudæ inveniuntur, adjicitur aliquid triti thuris, et albi ovorum: atque inde ulcera testiculorum tumentia, et hydrocelæ puerorum, sive ranices superliniuntur, ut modo glutinis adhærescat,' &c.

^r *Hydrocelicis*] 'ἄδροκλήη, hernia, ramex uquosus, id est, cessantis humoris in partem aliquam scroti collectio, qui illie facit tumorem. 'Tumidas hydrocelas' dixit Martialis XII. 85. De earum remedio tradit omnino eadem Plinius Valer. II. 42.

dibus, interancis ademptis,¹⁰ reliquum corpus inassatum: in cibo id¹¹ sæpius datur: sicut ad urinæ incontinentiam, caninum adipem^s cum alumine scisso,¹² fabæ magnitudine: cochleas^t Africanas cum sua carne et testa crematas potō cinere. Anserum^u trium linguas inassatas in cibo: hujus rei auctor est Anaxilaus. Panos^v aperit sebum pecudum cum sale tosto. Murinum^w fimum admixto thuris polline et sandaraca discutit. Lacertæ^x cinis, et ipsa divisa imposita: item multipeda^y contrita, admixta resina terebinthina ex parte tertia. Quidam et sinopidem admiscent cochleæ contusæ. Et per se cinis^z inanum cochlearum, ceræ mixtus, discussoriam vim habet. Fimum^a columbarum per sese, vel cum farina hordeacea, aut avenacea illitum. Cantharides mixta calce panos scapelli vice auferunt.¹³ Inguinum^b tumorem cochleæ minutæ cum melle illitæ leniunt.

XXIII. (IX.) Varices^c ne nascantur lacertæ sanguine pueris crura jejunis a jejuno illinuntur. Podagras^d lenit œsypum cum lacte mulieris et cerussa: fimum pecudum,^e



centt.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *interancisque demptis* Gronov. et al. vett. Mox, Vet. Dalec. *reliquo corpore inassato*.—11 *Cibi id* Chiffi. Mox, *sicut ad urinæ incontinentiam. Caninum, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—12 Vet. Dalec. *schisto*.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aperiunt* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

* *Caninum adipem*] Vide Notas et Emend. num. 19.

^t *Cochleas*] Marcellus Empir. cap. 26. p. 184. et Plinius Valer. 11. 40.

^u *Anserum*] Auctores proxime laudati.

^v *Panos*] Marcellus Empir. c. 32. p. 224.

^w *Murinum*] Plinius Valer. ad verbum 111. 27.

^x *Lacertæ*] Ad verbum Marcellus Empiric. et Plinius Valer. loc. cit.

^y *Item multipeda*] Sive porcellio, qui oniscos. Totidem verbis Marcellus Empir. c. 32. p. 226.

^z *Et per se cinis*] Marcellus Empir. loc. cit.

^a *Fimum*] Idem Marcellus c. 32. p. 224.

^b *Inguinum*] Q. Serenus c. 37. p. 149. 'Sin autem existit dnrum tibi glandibus inguen, Proderit induci cochleas cum melle minutas.' Iisdem verbis Marcellus Empir. c. 32. p. 224. et Plinius Valer. 11. 43.

^c *Varices*] Marcellus Empir. c. 34. p. 232.

^d *Podagras*] Marcellus Empir. cap. 36. p. 242.

^e *Fimum pecudum*] Caprinum ad

quod liquidum reddunt: pulmones pecudum: fel^f arietis cum sevo: mures dissecti impositi: sanguis mustelæ cum plantagine illitus, et vivæ^g combustæ cinis ex aceto, et rosacco,¹ si penna illinatur, vel si cera et rosaceum admisceatur: fel caninum, ita ne manu attingatur, sed penna illinatur: fimum gallinarum:^h vermiumⁱ terrenorum cinis cum melle, ita ut tertio die solvantur. Alii ex aqua illinere malunt.² Alii ipsos aceto mensura³ cum melle cyathis tribus, pedibus ante rosaceo perunctis. Cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum et articulorum dolores. Bibuntur autem binæ in vino tritæ. Eadem illinuntur cum helxines herbæ succo. Quidam ex aceto intrivisse⁴ contenti sunt. Quidam sale cum vipera cremato in olla nova, et⁵ sæpius sumto, aiunt podagra liberari. Utile esse et adipe viperino pedes perungi. Et de milvo^j affirmant, si inveterato tritoque, quantum tres digiti capiant, bibatur ex aqua. Aut si⁶ pedes^k sanguine cum urtica:^a vel pennis palumborum, cum primum nascentur, tritis cum urtica. Quin et fimus eorum articulorum doloribus illinitur: item cinis mustelæ aut cochlearum, et cum amylo, vel tragacantha.⁷ Incussos^l articulos⁸ aranei telæ commodissime cu-

^a Aut si pedes sanguine milvino perungantur, cum urtica trita.



CAP. XXIII. 1 Chiff. ac rosaceo.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. illiniri malunt Gronov. et al. ante Brotier.—3 Vet. Dalec. ipso aceto mensura; alii vett. ap. Dalec. ipsos acetabuli mensura. Mox, cum mellis Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. contrivisse.—5 Coniunctio et deest in cod. Dalec.—6 Aut si Dalec. Mox, sanguine tumeant Vet. Dalec. aut si pedes sanguinent cum urtica: vel pennis eorum Gronov. et al. ante Harduin. vel pennis ejus Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. tragacantho Gronov. et al. vett.—8 ^l Incussos articulos] Ita libri omnes scripti et editi. Sic quoque Marcellus Empiricus, cap. 34. et Q. Se-

NOTÆ

podagras laudat Diosc. 11. 98.

^f Pulmones pecudum: fel] Idem Marcellus Empir. loc. cit.

^g Et vivæ] Diosc. 11. 27. et Marcellus Empir. c. 36. p. 246.

^h Fimum gallinarum] Marcellus Empir. c. 36. p. 242.

ⁱ Vermium] Idem Marcellus pag. 250.

^j Et de milvo] Milvi inprimis caput commendat ad podagras Galenus de Ther. ad Pison. 1. 9. p. 942.

^k Aut si pedes] Vide Notas et Emend. num. 20.

rant. Sunt qui cinere earum uti malint, sicut fimi^m columbini cinere, cum polenta et vino albo. Articulisⁿ luxatis præsentaneum est sebum^o pecudis cum cinere a capillo^{io} mulierum. Pernionibus^o quoque imponitur sebum pecudum cum alumine: canini capitis cinis, aut fimi murini.^p Quod si pura^q sint, ulcera cera^u addita ad cicatricem perducunt: vel glirium^r crematorum favilla ex oleo:^b item muris^s sylvatici cum melle: vermium quoque^t terrenorum cum oleo vetere: et cochleæ, quæ nudæ inveniuntur. Ulcera^u omnia pedum sanat cinis earum, quæ vivæ combustæ sint: fimi gallinarum cinis exulcerationes, columbini

^b *Vel glires cremati et in cinerem redacti cum oleo.*

renus cap. 54. At Plinius Valerianus *incisos* legisse videtur. 'Incisos articulos aranei tela commodissime curat.' Viget adhuc passim ille usus.' Brotier. —9 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *præsentaneum est et sebum* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et al. ante Harduin. —10 Chiff. *et capillo.* —11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Quod si putrida sint ulcera, cera* Gronov. et al. vett. *Mox grillium* Chiff. *gryllorum*

NOTÆ

¹ *Incussos*] Totidem syllabis apicibusque literarum Marcellus Empir. cap. 34. pag. 234. Sed Plinius Valer. 11. 15. 'Incisos articulos aranei tela commodissime curat.' Mss. omnes, *incussos*. Recte. Q. Serenus c. 54. p. 159. 'Si vero caput infestus colliserit ictus, Ex oleo necti vestis debet arachnes: Nesciet hæc illuc, nisi cum sanarit, abire.'

^m *Sicut fimi*] Columbarum fimum nervis etiam vulneratis prodesse auctor est Galenus κατὰ γένη, 111. 6. p. 729.

ⁿ *Articulis*] Q. Serenus cap. 54. p. 159. 'Quod si luxa suo decedent membra tenore, Urere femineos crines, ac jungere sebum Congruet, ac tali medicamine mota ligare.' Marcellus Empir. cap. 34. pag. 235. 'Articulis luxatis sebum pecudis cuiuscumque cum cinere de capillo muliebri facto medetur.' Et Plinius Valer.

11. 49. 'Mulieris capillus quamplurimus in cinerem redactus, admixto ovium adipe vetere, ceroti modo illinies,' &c. Et 11. 15. ad nervos et articulos: 'Sebum pecudis cum cinere capillorum mulieris.'

^o *Pernionibus*] Marcellus Empiricus cap. 34. p. 236.

^p *Aut fimi murini*] Plinius Valer. 11. 51.

^q *Quod si pura*] Ita Mss. omnes. Prius editi, *quod si putrida sint ulcera*. Plinius Valer. 11. 50. et 51. 'si plura sint ulcera.'

^r *Vel glirium*] Vide Notas et Emend. num. 21.

^s *Item muris*] Marcellus Empir. cap. 34. p. 232.

^t *Vermium quoque*] Marcellus idem loc. cit. et Plinius Valer. 11. 51.

^u *Ulcera*] Hæc omnia iidem auctores proxime appellati.

fimi ex oleo.¹² Attritus etiam^v calceamentorum, veteris soleæ crematæ cinis, agninus pulmo^w et arietis sanat. Dentis caballini^x contusi farina privatim subluviem.^y Lacertæ viridis^z sanguis subtritus, et hominum et jumentorum pedes subtilis sanat. Clavos pedum^a urina muli mulæve cum luto suo illita: fimum ovium. Jecur lacertæ viridis, vel sanguis flocco^b impositus.¹³ Vermes terreni^c ex oleo: stellionis caput cum viticis pari modo^d tritum ex oleo: fimum columbinum^e decoctum ex aceto. Verrucas vero^f omnium generum urina canis recens cum suo luto illita: fimi canini^g cinis cum cera: fimum ovium: sanguis recens murinus illitus, vel ipse mus divulsus: herinacci fel: caput lacertæ,^h vel sanguis, vel cinis totius: membrana senectutis anguium: fimum gallinaceumⁱ cum oleo



Gronov. et al. vett.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fimique gallinacei . . . columbini fimi cinis ex oleo* Gronov. et al. vett. *columbini ex oleo* cod. Dalec.—13 Cod. Dalec. *imponitur*. Mox, cum *urticis* in eodem cod.

NOTÆ

^v *Attritus etiam*] Dioscor. II. 40. et 51. Marcellus Empir. cap. 34. p. 236.

^w *Agninus pulmo*] Marcellus Empir. cap. 34. p. 232.

^x *Dentis caballini*] Sic Plinius Valer. II. 51.

^y *Subluviem*] Quid hoc morbi genus sit, Marcellus Empir. explicat cap. 34. pag. 232. ‘Dentes caballini tumsi ulcera pernionum, si sint tumidi, utiliter curant.’

^z *Lacertæ viridis*] Plinius Valer. loc. cit.

^a *Clavos pedum*] Marcellus Empir. c. 34. p. 233. et Plinius Valer. II. 52.

^b *Jecur . . . flocco*] Marcellus Empir. loc. cit. ‘in lannula:’ et pag. 237. ‘cum flocco impositus.’

^c *Vermes terreni*] Marcellus Empir. cap. 34. p. 237.

^d *Cum viticis pari modo*] Sic etiam Mss. Forte *urticis* rectius: Urticarum enim in clavis pedum sanandis

creber apud Marcellum Empir. usus: viticis plane nullus. Vide cap. 34. pag. 234. et seqq.

^e *Fimum columbinum*] Marcellus Empir. loc. cit. et Plinius Valer. II. 52.

^f *Verrucas vero*] Iisdem verbis Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 6. ‘Ad callos et verrucas tollendas.’ Marcellus Empir. cap. 19. p. 132. et Plinius Valer. III. 42. Q. Serenus cap. 65. de verrucis tollendis: ‘Id poterit vitium sanguis curare lacertæ, Aut urina canis cum terra inducta madente.’

^g *Fimi canini*] Marcellus Empir. et Plinius Valer. loc. cit. qui et de fimo ovium et murino sanguine Plinius pariter astipulantur.


^h *Caput lacertæ*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. XI. p. 303.

ⁱ *Fimum gallinaceum*] Plinius Valer. III. 42.

et nitro. Cantharides^j cum uva taminia intritæ exedunt: sed ita erosas aliis, quæ ad persananda ulcera monstravimus, curari oportet.

XXIV. (X.) Nunc revertemur ad ea, quæ totis corporibus metuenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse magi dicunt domus totius, suffitæ eo purificatæve, contra omnia mala medicamenta. Item sanguine canis respersis parietibus, genitalique ejus sub limine januæ defosso. Minus mirentur hoc, qui sciunt fœdissimum animalium in quantum magnificent ricinum, quoniam uni^k nullus sit exitus saginæ, nec finis alia^l quam morte, diutius in fame viventi. Septenis ita diebus durasse² tradunt: at in satietate paucioribus debiscere.³ Hunc ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. Eundem in augurio vitalium habent. Nam si æger ei respondeat qui intulerit, a pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitæ certam esse: moriturum nihil respondere. Adjiciunt, ut evellatur ex aure læva canis, cui non sit alius quam niger color. Nigidius fugere⁴ tota die canes conspectum ejus, qui e sue id animal evellerit, scriptum reliquit. Rursus magi tradunt, lymphatos sanguinis talpæ aspersu respiscere: eos vero, qui a nocturnis Diis Faunisque agitentur, draconis lingua, et oculis et felle intestinisque in vino et oleo decoctis, ac sub dio noctu refrigeratis,⁵ perunctos matutinis vespertinisque liberari.

XXV. Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander^m



CAP. XXIV. 1 Cod. Dalec. aliqua; Vet. ejustem, alius.—2 Vet. Dalec. durare.—3 Cod. Dalec. deficere.—4 Chiff. furere.—5 Idem codex, nocte refrigeratis.

NOTÆ

^j Cantharides] Marcellus Empir. c. 19. p. 129.

^k Quonium uni] Hæc explanata uberiorius XI. 40.

^l Nec finis alia] Sive, finis alius. Sic Maro Æneid. II. 'Hæc finis Priami fatorum.'

^m Nicander] In Theriacis, pag. 26.

de amphisparna: 'Η δ' ὀνίησι 'Ρινῶ δυσπαθέοντας, ὅτ' ἐν παλάμῃσιν ἀεργοὶ Μάλλαι ἐπιπροθέωσιν ὑπὸ κρυμοῖο δαμέντων, κ. τ. λ. Sic pluribus illa Pelle sua prodest, Boreæ cum flumine segnes Obri-guere manus, et victæ frigore torpent, &c.

amphisbænam mortuam adalligatam, vel pellem tantum ejus. Quinimmo arbori, quæ cædatur, adalligata non algere cædentes, faciliusque succidere. Itaque sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens, et ante cuculi cantum. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices, ubicumque spargatur.

XXVI. Paralysis^a caventibus pinguia glirium decoctorum et soricum utilissima tradunt esse: millepedas, ut in anginis diximus,^b potas phthisin sentientibus: lacertam viridem^c decoctam in vini sextariis tribus ad cyathum unum, singulis cochlearibus sumtis per dies, donec convalescant. Cochlearum^d cinerem potum in vino.

XXVII. Comitialibus morbis œsypum cum myrrhæ momento, et vini cyathis duobus dilutum, magnitudine nucis avellanæ, a balneo potum. Testiculos^e arietinos inveteratos, tritosque dimidio denarii pondere in aqua vel lactis asinini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus ante et postea. Magnifice^f laudatur et sanguis pecudum potus: item fel cum melle, præcipue agninum. Catulus lactens^g sumtus, absciso capite pedibusque ex vino et myrrha. Lichen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis transmarini cinis potus in aceto. Tunicula stellionis, quam eodem modo, ut anguis,¹ exuit, pota. Quidam et ipsum arundine exenteratum inveteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis veribus inassatum. Operæ pretium est scire quomodo præripiatur, cum exuitur membrana hy-



CAP. XXVII. 1 Chiff. *tanto ut anguis.*—2 Chiff. *æstibus.*—3 Ita Harduin.

NOTÆ

^a *Paralysis*] Plinius Valer. III. 13. ad verbum.

^b *Ut in anginis diximus*] Cap. 12.

^c *Lacertam viridem*] Plinius Valer. ad verbum, I. 61.

^d *Cochlearum*] Plinius Valer. loc. cit.

^e *Testiculos*] Plinius Valer. II. 58. ad verbum: et Sextus Platon. cap. 6. de ariete tit. 7. 'Ad caduceos.'

^f *Magnifice*] Plinius Valer. loc. cit.

^g *Catulus lactens*] Plinius Valer. loc. cit.

berna, alias devoranti eam, quoniam nullum^h animal fraudulentius invidere homini tradunt. Inde stellionumⁱ nomen aiunt in maledictum translatum. Observant cubile ejus æstatibus.² Est autem in loriceis^{3j} ostiorum fenestrarumque, aut cameris sepulcrisve: ibi vere incipiente fissis arundinibus textas opponunt casas, quarum angustiis etiam gaudet, eo facilius exuens circumdatum torporem.^a Sed eo derelicto non potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. Prodest et cerebrum mustelæ inveteratum potumque, et jecur ejus: ^k testiculi, vulvaque, aut ventriculus inveteratus cum coriandro, ut diximus:^l item cinis:^m sylvestris vero tota in cibo sumta.ⁿ Eadem omnia^o prædicantur ex viverra.^b Lacerta viridis cum condimentis, quæ fastidium abstergeant, ablatis pedibus et capite.⁴ Cochlearum cinis,^p addito semine lini et urticæ cum melle, unctu⁵ sanat. Magis^c placet draconis cauda

^a Senectam.

^b Eadem omnia remedia parantur ex sylvestri mustela, sive viverra, quæ jam e domestica commonstrata sunt.

^c Qui Magiam profitentur.



1. 2. 3. et recentt. *laxis* Vet. Dalec. *locis* Gronov. et vulgg.—4 Chiff. *ac capite*.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *linctu*

NOTÆ

^h Quoniam nullum] Vide quæ diximus in eam rem, VIII. 49.

ⁱ Inde stellionum] Maledicti et convicii loco id nomen objicitur homini improbo et fraudulento. Glossæ veteres: *Stellio*, *κακοῦργος*, *κακότροπος*. Proprie autem stellionatus dicitur Jureconsultis, cum dolo quid factum, cum merces suppositæ, cum impostura facta, &c. Vide tit. 20. lib. XLVII. Dig. ‘Stellionatus:’ simul et Vossium in Etymol. Est *stellionatus* *κακοτεχνία* Platon. de Legib. lib. IX.

^j Est autem in loriceis] Ita Reg. 2. et Chiff. Editi, male, in *locis*. Loriceæ testacæ murorum, ostiorum, ac fenestrarum, projecturæ sunt, quas Galli vocant *Corniches*, quæ transitum se-

piunt, rejiciuntque extra perpendiculum stillas. De his Vitruvius II. 8.

^k Et jecur ejus] Diosc. *ἔδορον*. I. 18. Plinius Valer. III. 10.

^l Ut diximus] Lib. XXIX. c. 16. Sic etiam Diosc. loc. cit.

^m Item cinis] Q. Serenus cap. 58. de comitiali morbo, p. 161. ‘Aptus mustelæ cinis est, et hirundinis una.’

ⁿ Tota in cibo sumta] Cælius Aurel. I. Chron. cap. 4. de epilepsia, ex aliorum sententia: ‘Item mandendam mustelam, sed longo desiccata tempore:’ id vero deinde improbat.

^o Eadem omnia] Plinius Valer. II. 58.

^p Cochlearum cinis] Vide Notas et Emend. num. 22.

in pelle dorcadis adalligata cervinis nervis: vel lapilli e ventre^a pullorum hirundinum sinistro lacerto annexi. Dicuntur enim excluso pullo lapillum dare.^d Quod si pullus is^r detur incipienti^e in cibo, quem primum^s pepererit,^f cum quis primum tentatus sit, liberatur eo malo. Postea medetur^t hirundinum sanguis cum thure, vel cor recens devoratum. Quin et e nido^u earum lapillus impositus recreare dicitur confestim, et adalligatus in perpetuum tueri. Prædicatur et jecur milvi devoratum, et senectus serpentium. Jecur vulturis^v tritum cum suo sanguine ter septenis diebus potum. Cor pulli vulturini adalligatum. Sed ipsum^w vulturem in cibo dari jubent, et quidem satiatum humano cadavere. Quidam pectus ejus bibendum censent, et in cerino calyce.⁷ Aut testes^x gallinacei ex aqua

^a Dare deglutiendum.^e Cum morbus incipit.^f Quem pullum primum hirundo pepererit.

Chiffi. *inunctos* Gronov. et al. vett.—6 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *peperit* Gronov. et vulgg. *incipienti, cum quis primum, &c. malo postea. Medetur, &c. codd. et Vet. Dalec. pullus is, quem primum peperit, in cibo datur incipiente morbo, et cum quis, &c. al. vett.*—7 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *cedrino calyce* Vet. Dalec. *cerino calyce* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTE

^a *Vel lapilli e ventre*] Diosc. 11. 60. Sextus Platon. 11. 12. de hirundine, tit. 3. ‘Ad caducos:’ ‘Hirundines comestæ caducos sanant. Item lapilli in ventriculis eorum reperti, et brachio alligati, perfecte sanant.’

^r *Quod si pullus is*] Sic Reg. 1. At paucioribus verbis, Reg. 2. et is quem Pintianus vidit: *Quod si pullus detur cum primum tentatus sit, liberatur eo malo.*

^s *Quem primum*] Sic pullos eligit primæ fieturæ Dioscorides 11. 60. et *Étrop.* 1. 19.

^t *Postea medetur*] Q. Serenus loc. cit. ‘Aut cruor ex Procne mixtus cum polline thuris, Aut lapis ex nido, vaga quem congessit hirundo, Vellitur; et nexu fovet, attollitque

jacentem.’ Sic etiam Plinius Valer. 11. 58.

^u *Quin et e nido*] Q. Serenus et Plinius Valer. locis cit.

^v *Jecur vulturis*] Sextus Platon. 11. 2. de vulture, tit. 2. ‘Ad caducos:’ ‘Vulturis jecur totum cum sanguine ipsius vulturis tritum, et per dies septem potum, caducis prodesse dicimus.’ Plinium transcripsit ad verbum alter Plinius Valer. 11. 58.

^w *Sed ipsam*] Plinius Valer. loc. cit.

^x *Aut testes*] Sextus Platon. 11. 8. de gallo, tit. 2. ‘Ad caducos:’ ‘Galli testiculos contritos cum aqua jejuno dabis bibere: abstineant autem a vino diebus decem.... Debent autem testiculi sicci servari, ut,

et lacte, antecedente quinque dierum abstinencia vini, ob id inveteratos. Fuere et qui viginti unam muscas rufas, et quidem emortuas, in potu darent, infirmioribus pauciores.

XXVIII. (XI.) Morbo regio^a resistunt sordes aurium, aut mammarum^b pecudis denarii pondere cum myrrhæ momento,^c et vini cyathis duobus: canini capitis^d cinis in mulso: multipeda in vini hemina: vermes terreni in aceto mulso¹ cum myrrha. Gallina,^e si sit luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur. Cerebrum^f perdicis aut aquilæ in vini cyathis tribus. Cinis plumarum² aut interaneorum^g palumbis in mulso ad cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis crematorum cochlearibus duobus in aqua mulsa. Avis icterus³ h⁴ vocatur a colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, et avem mori. Hanc puto Latine vocari galgulum.⁴ i

XXIX. Phreneticis^j prodesse videtur pulmo pecudum

//////////

CAP. XXVIII. 1 Chiff. cum mulso.—2 Ita ex codd. Hardninus et recentt. pulmarum Gronov. et vulgg.—3 Chiff. icteris.—4 Idem codex, galgulum.

NOTÆ

cum fuerint necessarii, continuo sumantur.

^a Morbo regio] Hæc totidem verbis Plinius Valer. II. 59.

^b Aut mammarum] Sordes quas inter mammas habet, vel inter femora, ut ait Sextus Platon. c. 6. de ariete, tit. 6. 'Ad morbum regium.'

^c Myrrhæ momento] Hoc est, myrrhæ pusillo, ut Plinius Valer. ait loc. cit.

^d Canini capitis] Sic etiam, præter Plinium Valer. loc. cit. Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 16. 'Ad morbum regium:?' 'Rabidi canis caput contusum et commixtum cum vino potatum mire sanat.'

^e Gallina] Plinius Valer. loc. cit.

^f Cerebrum] Sextus Platon. II. 5. de perdice, tit. 1. 'Ad morbum regium.' Et Plinius Valerianus loc. cit.

^g Aut interaneorum] Plinius Valer. loc. cit. 'Cineres interaneorum palumborum, cochlearia duo bibuntur ex mulso.'

^h Avis icterus] Diximus de ea X. 50. Ab ea ave, quod sit coloris felici, Græcos dedisse huic morbo nomen, scribit Cælius Aurel. III. 5.


ⁱ Hunc . . . puto galgulum] Galbulum a colore luteo appellari mavult Marcellus Donatus, in Sueton. c. 81. tom. VI. Thes. Critic. p. 281. et post eum Salmasius in Notis ad Hist. Aug. p. 227.

^j Phreneticis] Q. Serenus c. 8. p. 129. 'Ex vitio cerebri phrenesis furiosa movetur, Amissasque refert frendens amentia vires: Conveniet calidis pecudum pulmonibus apte Tempora languentis medica redimire corona.' Sic etiam Plinius Valer. III. 9.

calidus circa caput alligatus. Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelæ, vel etiam ¹ inveteratas herinacei carnes; quis possit furenti, etiamsi certa sit medicina? Bubonis certe ² oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiose vitam ludificantur, acceperim. Præcipueque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Namque et in XII. signa digessere eam Sole transmeante, iterumque Luna: quod totum abdicandum paucis e pluribus edocebo.³ Siquidem crematis tritisque cum oleo perungi jubent ægros cum Geminos transit Sol, cristis, et auribus, et unguibus gallinaccorum: si Luna, radiis ^k barbisque eorum: si Virginem alteruter, hordei granis: si Sagittarium, vesperilionis alis: si Leonem Luna, tamaricis fronde, et adjiciunt,⁴ sativæ: si Aquarium, e buxo carbonibus tritis. Ex istis confessa, aut certe verisimilia, ponemus, sicut et lethargum olfactoriis ¹ excitari: inter ea fortassis mustelæ testiculis inveteratis, aut jocinere usto.^m His quoque ⁿ pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant utile.

XXX. In quartanis medicina clinice propemodum nihil pollet. Quamobrem plura eorum ^a remedia ponemus, primumque ea, quæ adalligari ¹ jubent: pulverem in quo se accipiter volutaverit, lino rutilo in linteolo: canis nigri dentem longissimum. Pseudosphecem vocant vespam,

^a *Magorum.*



CAP. XXIX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Nam non modo muris . . . verum etiam* Gronov. et vulgg. '*non modo deest in Chiff. et mox, pro verum etiam, legitur vel, pro certa sit, forte.*' Dalec. *Nam murie, &c.* Franz.—2 Chiff. *quidem.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *exemplis docebo* Vet. Dalec. *exemplaribus docebo* Gronov. et al. vett.—4 Chiff. *et dicunt.*

NOTE

^k *Radiis*] Calcaribus. Vide quæ de ea voce diximus XI. 107.

¹ *Olfactoriis*] Odoramentis, quæ corroborent, et olfactu excitent: *δσφραγτικὰ* vocat Dioscor. in Alexiph.

c. 17. Sic etiam Largus Compos. Medic. xxiii. 104. '*Interdum olfactoriis reficere,*' &c. Joan. de Janna:

Delph. et Var. Clas.

'Olfactorium, ab olfacio: unde olfactoriolum: vas unguentarium muliebri, in quo odoramenta gestantur.'

^m *Aut jocinere usto*] Plinius Valer. II. 7.

ⁿ *His quoque*] Plinius Valer. loc. cit.

Plinius.

quæ singularis volitat: hanc sinistra manu apprehensam subnectunt: alii vero, quam quis eo anno viderit primam. Viperæ caput^o abcisum in linteolo, vel cor viventis exemptum. Muris rostellum,^p auriculasque summas, roseo panno,² ipsumque dimittunt. Lacertæ vivæ³ dextrum oculum effossum, mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina. Scarabæum qui pilulas⁴ volvit.^q Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis operum^r similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus. Sed et alium^s adalligant⁵ magi, cui sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur fullo, albis guttis, dissectum⁶ utrique lacerto adalligant: cetera sinistro. Cor anguim⁷ sinistra manu exemptum viventibus. Scorpionis caudæ quatuor articulos cum aculeo, panno nigro, ita ut nec scorpionem dimissum, nec cum qui alligaverit,⁸ videat æger triduo. Post tertium circuitum id condat.^b Erucam⁹ in linteolo ter lino circumdant tot-

^b Post tertium febris circuitum id humo condat.



CAP. XXX. 1 Chiff. *alligari*.—2 Chiff. *russeo panno*.—3 Ita codd. Harduin. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lacertæ viridis vivæ* Gronov. et vulgg.—4 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis et Chiff. edidit *pilas*; eumque secuti recentt.—5 Chiff. *alios alligant*.—6 Cod. Dalec. *fullo ab his dissectum*. Mox, *lacerto alligant* Chiff.—7 Ita codd. Harduin. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *anguinum* Gronov. et al. vett.—8 Chiff.

NOTÆ

^o *Viperæ caput*] Plin. Valer. III. 6.

^p *Muris rostellum*] Plinius Valer. loc. cit. 'Quartanæ curandæ?' 'Muri vivo rostellum primum, et auriculæ summæ præciduntur, et in roseo panno alligantur, et ipse mus vivus dimittitur.'

^q *Qui pilulas [pilas] volvit*] Qui pedibus finum subigit, et in pilas cogit, quas et pedibus volutat. In libris hactenus editis, *pilulas*, minus sincere.

^r *Solis operum*] Quoniam cum sobolem procreare vult, bovis finum nactus, globulum ejusdem ejus mun-

dus figuræ est fingit: quem ubi ab ortu in occasu aversis pedibus volutavit, Solis cursum in cælo æmulatus, ipse rursus, ut orbi persimilem figuram edat atque exprimat, in ortum convertitur. 'Ἐπειδὴν ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βόδι ἀφδένμα λαβών, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, κ. τ. λ. Horus Apollo Hierogl. I. 10. Habet his consentientia Porphyrius, libro quem inscripsit, *περὶ τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς*, quæ merito ridet Eusebius de Præpar. lib. III. Evang. p. 94.

idem nodis, ad singulos dicentes, quare faciat qui medebitur. Limacem in pellicula, vel quatuor limacum capita, præcisa arundine. Multipedam laua involutam. Vermiculos^u ex quibus tabani fiunt, antequam pennas^o germinent. Alios e spinosis fructectis lanuginosos. Quidam ex illis quaternos inclusos juglandis nucis putamine adalligant: cochleasque, quæ nudæ inveniuntur. Stellionem inclusum capsulis subjiciunt capiti, et sub decessu febris emittunt. Devorari autem jubent cor mergi marini sine ferro exemptum, inveteratumque conteri, et in calida aqua bibi. Corda hirundinum cum melle. Alii fimum^v drachma una in lactis caprini et ovilli, vel passi cyathis tribus, ante accessiones. Sunt qui totas censeant devorandas. Aspidis cutem pondere sexta parte¹¹ denarii, cum piperis pari modo, Parthorum gentes in remedium quartanæ bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phrygionem^w adalligatum remedio esse quartanis. Quod esset animal neque ille descripsit, nec nos invenimus qui novisset. Demonstrandum tamen fuit a tam gravi auctore dictum, si cujus cura^x efficacior esset inquirentis.^{c 12} Cornicis carnes esse, et nidum illinere, in longis morbis utilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum

^c Appellandum a nobis id animal fuit, quod tam gravis auctor nominavit, ut de-
tur aliorum diligentiae locus, si forte eorum cura in inquirendo felicior futura est et
efficacior.



adalligaverit.—9 *Urucam* Chiffi.—10 *Vet. Dalec. pennæ*.—11 *Vet. Dalec. sexta partis*.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. '*inquirendas Chiffi. Lego, inquirendo, vel in quærendo.*' Dalec. cura pervicacior *Vet. Dalec. si cujusquam*

NOTÆ

^s *Sed et alium*] *Lucanum*, de quo
xi. 34.

^t *Erucam*] Mss. omnes, *urucam*, quod
idem est.

^u *Vermiculos*] Fiunt hi e ligno. Vide
xi. 38.

^v *Alii fimum*] Ad verbum *Plinius*
Valer. iii. 26.

^w *Phrygionem*] Sic Mss. omnes, tum
hoc loco, tum in Indicis eo fragmen-
to, quod retulimus in Notis et Emen-
dationibus ad lib. xxix. num. 32.

^x *Si cujus cura*] Qua forma *Maro*
Æneid. ii. '*Inde domum . . . Me re-
fero, si forte pedem, si forte tuli-
set.*'

ipso, in splenio^y resinæ ceræque¹³ imposita utrisque temporibus et fronti, prosit: aut ipse calamo adalligatus, qualiter et aliis febribus prodesse traditur: item lacerta viridis adalligata viva in eo vase quod capiat.¹⁴ Quo genere et recidivas^z frequenter abigi affirmant.

XXXI. Hydropicis œsypum ex vino addita myrrha modice potui datur, nucis avellanæ magnitudine. Aliqui addunt et anserinum adipem ex vino myrteo.^{1 a} Sordes ab uberibus ovium eundem effectum habent. Item carnes inveteratæ herinacei sumtæ. Vomitus quoque^b canum, illitus ventri, aquam trahere promittitur.

XXXII. (XII.) Igni sacro medetur œsypum cum pompholyge et rosaceo, ricini sanguis, vermes terreni^c ex aceto illiti, gryllus contritus in manibus. Quo genere præstat, ut qui id fecerit,¹ antequam incipiat vitium, toto eo anno careat. Oportet autem cum ferro cum terra cavernæ suæ tolli. Adeps anseris.^d Viperæ caput aridum asservatum et combustum, deinde ex aceto impositum. Senectus^e

c. e. esset ad inquirendum Gronov. et vulgg.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in longissimis. . . miseria spei delectat . . . specu toto resina ceraque edd. vett. et Gronov. miseris spes Vet. Dalec. quoniam ejus spei copia erit dejecto al. vett. ap. Dalec.—14 Vet. Dalec. et Hermol. vase quo cibum capiat.

CAP. XXXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. anserinum adipem et oleum myrtheum Gronov. et al. vett.

CAP. XXXII. 1 Vet. Dalec. faciet.—2 Vet. Dalec. vitio eo toto anno careat.

NOTÆ

^y *Tela cum ipso, in splenio*] Tela cum araneo in emplastro cum resina ceraque imposita. Vide Notas et Emend. num. 23. Σπλήνιον emplastrum esse jam sæpius diximus. Consuli potest et Constantius in Lexico, ubi de ea voce multa.

^z *Et recidivas*] Subintellige, febres, quæ cum abscessisse creduntur omnino, revertantur.

^a *Ex vino myrteo*] Sic Mss. Reg. 1. 2. Chiffi. &c. In editis, et oleum myrteum.

^b *Vomitus quoque*] Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 12. 'Ad hydropicos: 'Stercus canis siccum, et in

potionem aspersum, hydropicos sanat. Item vomitum canis hydroptico super ventrem pone: statim incipiet per secessum aquam emittere.' Sic etiam Plinius Valer. III. 12.

^c *Vermes terreni . . . gryllus, &c.*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. III. 31. De vermibus etiam consentit Q. Serenus c. 42. de igni sacro demovendo, pag. 152. 'Lumbricus terræ mixto inducetur aceto.'

^d *Adeps anseris. Viperæ, &c.*] Plinius Valer. ad verbum loc. cit.

^e *Senectus*] Plinius Valerianus loco citato.

serpentium ex aqua illita a balineo cum bitumine et sevo agnino.

XXXIII. Carbunculus^f fimo columbino aboletur per se illico, vel cum lini semine ex aceto mulso. Item apibus, quæ in melle sunt mortuæ, impositis. Polentaque imposita inspersa. In verendis,¹ ceterisque ibi ulceribus, occurrit e melle cœsypum cum plumbi squamis. Item finum^g pecudum incipientibus carbunculis. Tubera,^{2 h} et quæcumque molliri opus est,³ efficacissime anserino adipe curantur. Idem præstat et gruum adeps.

XXXIV. Furunculis mederi dicitur araneus, priusquam nominetur impositus, et tertio die¹ solutus. Mus araneus pendens enecatus, sic ut terram ne postea attingat, ter circumdatus furunculo, toties exspuentibus medente, et cni is medebitur.² Ex gallinacoⁱ fimo quod est rufum maxime, recens illitum ex aceto. Ventriculus^j ciconiæ ex vino de-



CAP. XXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sunt immortuæ... inspersa*. Si in verendis sit Gronov. et vulgg. *ac inspersa* Vet. Dalec. aut *inspersa* al. vett. ap. Dalec. *in verendis, c. ibi u. o. ex melle, &c.* Chiff. — 2 *Tubercula* Vet. Dalec. — 3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *opus sit* Gronov. et al.

CAP. XXXIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et tertia die* Gronov. et vulgg. — 2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nec postea... et eo cui medebitur* Gronov. et vulgg. *terram postea non*

NOTE

^f *Carbunculus*] Q. Serenus cap. 40. de carbone medendo, p. 151. 'Dulcacidum laticem cum lini semine iunges, Atque finum pariter Paphiæ compone columbæ: Hinc line diruptas partes, et clausa venena.' Totidem verbis cum Plinio nostro Plinius alter Valer. III. 30.

^g *Item finum*] Plinius Valer. III. 30. Sextus Platon. cap. 5. de capro et capra, tit. 26. 'Ad carbunculos: stercus capræ cum melle commixtum, et superpositum, carbunculos qui in ventre nascuntur discutit.'

^h *Tubera*] Sextus Platon. II. 4. de gruce, tit. 'Ad duritiam et concretiones locorum: 'Gruis adeps cum

adipe anserino remissus locorum (hoc est, matricis seu vulvæ) duritias et concreciones discutit.'

ⁱ *Ex gallinaco*] Q. Serenus cap. 39. de furunculo medendo, pag. 150. 'Prætereaque finum ex gallo quod legeris albo, Imbribus ex acidis fideus appone dolenti. Auribus aut pecudum molles expromito sordes, Unguine quo fotis dabitur medicina papillis.' Sextus Platon. II. 8. de gallo, tit. 4. 'Ad furunculos: 'Galli stercus rufum impositum furunculos rumpit, et dolorem tollit.' Sic pariter Plinius Valer. III. 32. ad verbum.

^j *Ventriculus*] Plinius Valerianus

coctus. Muscæ impari numero infricatæ digito medico.^k Sordes^l ex pecudum auriculis. Sevum ovium vetus cum cinere e capillis³ mulierum. Sevum arietis cum cinere pumicis⁴ et salis pari pondere.

XXXV. Ambustis^m canini capitis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum oviumⁿ cum cera. Murium cinis: cochlearum^o quoque: sic¹ ut ne cicatrix quidem appareat. Item adeps viperinus. Fimi columbini cinis ex oleo illitus.

XXXVI. Nervorum nodis^p capitis viperini cinis ex oleo cyprino. Terreni vermes^q cum melle illiti. Doloribus eorum^r amphibæna mortua adalligata. Adeps vulturinus^s cum ventre arefactus, contritusque cum adipe suillo



attingat Vet. Dalec.—3 Chiffi. *capilli*.—4 Vet. et cod. Dalec. *punici*.

CAP. XXXV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cinis cochlearum quoque sic Chiffi. Fimum ovium cum cera commixtum. Murium cinis et cochlearum: idque sic Gronov. et vulgg.*

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in oleo cypreo. Terreni, &c. Chiffi. Nervorum nodis medetur capitis...ex oleo cyprino illitus. Terreni vermes cum melle illiti: Dolores tollit eorum edd. vett. et Gronov. vermis cinis cum oleo illitus etiam dolores tollit: item apis mortua, &c. cod. Dalec.*

NOTÆ

loc. cit.

^k *Muscæ . . . digito medico*] Digitus medicus vulgo appellatur, qui minimo est proximus: idem auricularis quoque dictus, quod eo mundentur aures. Plinius Valer. loc. cit. 'digito minimo' scripsit, cum hunc locum exseriberet.

^l *Sordes*] Plinius Valer. loc. cit.

^m *Ambustis*] Plinius Valer. III. 36. Theodorus Priscianus t. 17. 'De ustione calida, et ignis' . . . 'Sic etiam stercus ovium curat incensa similiter cum cerotario mixtum: et canis ossa capitis incensa aspersa operantur. Sic cochlearum incensarum cinis,' &c.

ⁿ *Fimum ovium*] Plinius Valer. et Theodorus loc. cit.

^o *Cochlearum*] Plinius Valer. loc. cit. ut et Priscianus.

^p *Nervorum nodis*] Hæc totidem plane syllabis Marcellus Empiricus cap. 34. p. 237. et Plinius Valer. III. 15. Nervorum porro nodum γάγγλιον Græci, atque adeo et Latini vocant: hoc est, nodi alicujus contortionem, vel ex ictu, vel ex lassitudine. Vide Constant. in Lexico. De hujus vitii signis et curatione agit Sennertus Practicæ lib. v. part. 1. cap. 35. pag. 832.

^q *Terreni vermes*] Totidem verbis auctores proxime appellati.


^r *Doloribus eorum*] Marcellus Empiricus, et Plinius Valer. loc. cit.

^s *Adeps vulturinus*] Q. Serenus cap. 55. pag. 159. 'Si vero occultus nervos dolor urit inertes, Vulturis excisos adipes,' &c. Sextus Platon. II. 2. de vulture, tit. 5. 'Ad nervorum dolorem, et articularum.' Marcellus

inveterato. Cinis e capite bubonis in mulso potus cum lili radice, si magis credimus. In contractione¹ nervorum caro palumbina in cibis prodest et inveterata: herinacci, spasticis:^u item mustelæ cinis. Serpentium^v senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibet. Opisthotonos milvi jecur aridum tribus obolis in aquæ mulsæ cyathis tribus potum.

XXXVII. Reduvias, et quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt, canini capitis cinis,^w aut vulva decocta in oleo, superillito butyro ovillo cum melle. Item folliculus eujuslibet animalium fellis. Unguium scabritiam cantharides^t cum pice tertio die solutæ, aut locustæ,^z cum sevo hircino. Pecudum sebum. Aliqui miscent viscum et portulacam, alii æris florem et viscum, ita ut tertio die solvant.

XXXVIII. (XIII.) Sanguinem sistit^x in naribus sebum ex omento pecudum inditum.^t Item coagulatum ex aqua, maxime agninum, subductum^y vel infusum, etiamsi alia non prosint. Adeps anserinus^z cum butyro pari pondere pastillis ingestus.³ Cochlearum terrena.^a Sed et ipsæ^b



CAP. XXXVII. 1 Chiff. *cantharidæ*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *locustæ frictæ* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. *e naribus sebum omni pecude litum*.—2 Vet. Dalec. *subditum*.—3 Vet. Dalec. *pistus et ingestus*; al. vett. *pondere*; *pastillis ingestus cinis cochlearum terrenarum*; al. *terrenæ*; Chiff. *terrenarum*.—

NOTÆ

Empir. et Plinius Valer. locis cit.

¹ *In contractione*] Q. Srenus loc. cit. 'Sin autem subito replicantur corpora morbo, Contractos revocat nervos caro sumta columbæ.'

^u *Herinacci, spasticis*] Hoc est, contractioni membrorum. Affine huic Habdarrahmani placitum cap. 32. p. 114. 'Recipe herinacem, jugula, et concoque, donec dissolvetur: tunc ejus adipem et pinguedinem colabis, et repones apud te. Hac decoctione utatur, qui dorsi aut genuum doloribus laborat, vel complicatione membrorum: sanabitur.'

^v *Serpentium*] Plinius Valer. III. 15.

^w *Canini capitis cinis*] Sextus Platon. cap. 9. de cane, tit. 18. 'Ad pterygia in digitis.'

^x *Sanguinem sistit*] Vide Notas et Emend. num. 24.

^y *Subductum*] In nares attractum, inquit Dalecampius. Vide Notas et Emend. num. 25.

^z *Adeps anserinus*] Marcellus Empir. cap. 10. pag. 85. infundi naribus jubet. Plinius Valer. I. 26. 'ingeri pastillis.'

^a *Cochlearum terrena*] Terra quæ cochleis adhærescit. Sic idem, cap. 11. hujus libri, 'demi terrenum' præcipit, quod iis adhæret. Sensum

extractæ testis. E naribus fluentem^c sistunt cochleæ contritæ fronti illitæ: aranei tela:^d gallinacii^e cerebellum, vel sanguis, profluvia ex cerebro: item columbinus,^f ob id⁴ servatus concretusque. Si vero ex^g vulnere immodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis impositus mire sistit.

XXXIX. Vulneribus^h medetur œsypum cum hordei cinere et æruginæ æquis partibus. Ad carcinomata quoque ac serpentina valet. Erodit et ulcerum margines: carnesque excrescentes² ad æqualitatem redigit. Explet quoque, et ad cicatricem perducit. Magna visⁱ et in cinere pecudum³ fimi ad carcinomata, addito nitro: aut in cinere⁴ ex ossibus^j feminum agnorum, præcipue in his ulceribus, quæ cicatricem non trahunt. Magna et pulmonibus,^k præcipue



4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tela supposita . . . vel sanguinis . . . item columbinus sanguis ob id* Gronov. et vulgg. *a cerebro* Vet. Dalec.

CAP. XXXIX. 1 *Ulceribus* Chiffi.—2 Cod. Dalec. *malus carnes, et quæ excrescunt*.—3 Cod. Dalec. *vis cineris pecudum*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut cinere* Gronov. et vulgg. Mox, in

NOTÆ

hujus loci Pintianus labefactat, cum 'terrenæ' legi suadet. Nondum enim ex ipsis medicina petitur, sed ex terra tantum iisdem adhærente: mox ex ipsis, cum additur, *sed et ipsæ, &c.*

^b *Sed et ipsæ*] Scribonius Largus Compos. 46. 'Injicere intus nares aut nares oportebit cochleæ vivæ carnem per se, aut cum thuris polline tritam.'

^c *E naribus fluentem*] Q. Serenus cap. 35. de profluvio sanguinis: Marcellus Empir. et Plinius Valer. loc. cit.

^d *Aranei tela*] Marcellus Empir. c. 10. p. 85. 'Aranei tela apposita subvenit narium eruentis fluoribus.'

^e *Gallinacii*] Vide Notas et Emend. num. 26.

^f *Item columbinus*] Q. Serenus loc. cit. 'Aut galli cerebro, vel sanguine

tinge columbæ: Quod nisi supprimitur, sanguis potandus et ipse est.' Marcellus item Empir. cap. 10. pag. 85.

^g *Si vero ex*] Q. Serenus c. 44. p. 153. 'Adversus nimios reserati vulneris amnes, Sive fimus manni cum testis uritur ovi, Et reprimit fluidos miro medicamine cursus.' Astipulatur etiam Marcellus Empiric. loc. cit.

^h *Vulneribus*] Vide Notas et Emend. num. 27.

ⁱ *Magna vis*] Totidem verbis Plinius Valer. 10. 22.

^j *Aut in cinere ex ossibus*] Marcellus Empir. cap. 4. pag. 12. iisdem verbis.

^k *Magna et pulmonibus*] Ad verbum fere Marcellus Empir. et Plinius Valer. loc. cit.

arietum : ⁵ excrecentes carnes in ulceribus ad æqualitatem efficacissime reducunt. Fimo quoque ¹ ipso ovium sub testo ^m calefacto et subacto ⁶ tumor vulnerum sedatur : fistulæ ⁿ purgantur sananturque : item epinyctides. Summa vero vis in canini capitis cinere : excrecentia omnia spodium vice erodit ac persanat.⁷ Et murino fimo eroduntur. Item mustelæ ^o fimi cinere. Duritias etiam in alta ulcerum et carcinomata persequitur multipeda trita,⁸ admixta resinâ terebinthina et Sinopide. Eademque ⁹ utilissima sunt in his ulceribus, quæ vermibus periclitantur.

Quin et vermium ipsorum genera mirandos usus habent. Cosses,¹⁰ qui ^p in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia. Nomas vero combusti cum pari pondere anesi,⁹ et ex oleo illiti. Vulnera recentia ^r conglutinant terreni, adeo ut nervos quoque abscisos illitis solidari intra septimum⁵



iis ulceribus Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *trahant. Magna et pulmonibus quoque arietum Gronov. et vulgg.*—6 Chiff. *testo c. et subjecto*; Gronov. et al. ante Harduin. *testa. Mox, in vulneribus sedatur, fistulæ Chiff.*—7 Chiff. *et persanat*; cod. Dalec. *et spurcitius crosas persanat. Item murino, &c.*—8 Cod. Dalec. *fimus et cinis ulcera et carcinomata persequitur. Multipeda item trita.*—9 *Eadem cod. Dalec.*—10 *Cossi*

NOTÆ

¹ *Fimo quoque*] Plinius Valer. totidem syllabis III. 22.

^m *Sub testo*] Sic Mss. Reg. Colb. Chiff. non *testa. Testum et testus antiquis, vas fuit sub quo panis coqueretur, plerumque ærens, ut Plinius docet XXXII. 26. Cato : 'In foco calido sub testu coquito leniter.' Inde pani testaceo nomen.*

ⁿ *Fistulæ*] Plinius Valer. loc. cit.

^o *Item mustelæ*] Q. Serenus cap. 37. pag. 150. 'At si jam veretri succedit fistula morbo, Mustelæ cinere immisso purgabitur ulcus.'

^p *Cosses, qui*] Marcellus Empir. c. 4. p. 42. 'Ulcera recentia, et universa vitia ulcerum in capite, sanant vermes, qui in arbore cava vel putrida nascuntur, triti, et in panno impositi. Iidem vermes combusti, et cum

anetho sicco pari pondere triti, et impositi, sanant etiam carcinomata.' Valer. III. 22. 'Vermes qui in ligno nascuntur, vocantur cosses,' &c.

⁹ *Pondere anesi [anisi]* Mss. *anesi* : Plinius Valer. et Marcellus, *anethi*, tum loc. cit. tum p. 41.

^r *Vulnera recentia*] Diosc. II. 72. totidem verbis : Γῆς ἔντερα λεία ἐπιτεθέντα νεύρων ἀποκοπὰς κολλᾶ. Plinius Valer. hæc totidem verbis, III. 20. Et Q. Serenus cap. 55. de nervis incisis, p. 159. 'Hand quisquam credit dissectos vulnere nervos Ad solitum rursus revocari posse vigorem : Sed prodest terræ lumbricos indere tritos.'

⁵ *Intra septimum*] Sic Mss. non *infra*. Plinius Valer. loc. cit. *in die septimo*.

diem persuasio sit: ¹¹ itaque in melle servandos censent. Cinis eorum margines ulcerum duriores absumit, cum pice liquida, vel simblio melle. ¹² Quidam arefactis ^u in Sole ad vulnera ex aceto utuntur, nec solvunt, nisi biduo intermisso. Eadem ratione et cochlearum terrena ^v prosunt: totæque exemtæ, ^w tusæ, ¹³ et impositæ recentia vulnera conglutinant, et nomas sistunt. Herpes ^x quoque animal a Græcis vocatur, quo præcipue sanantur quæcumque serpunt. Cochleæ ^y prosunt eis cum ¹⁴ testis suis tusæ: cum myrrha ^z quidem et thure etiam præcisos nervos sanare dicuntur. Draconum quoque adeps siccatus in Solo magnopere prodest: item gallinacei cerebrum recentibus plagis. Sale viperino ^a in cibo sumto, tradunt et ulcera tractabiliora fieri, ac sanari celerius. ¹⁵ Antonius quidem ^b medicus, ¹⁶ cum incidisset insanabilia ulcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate persanabat. Troxalidum ¹⁷ cinis margines ulcerum duros aufert cum melle: item fimi columbini cinis, cum arsenico et melle, ea quæ erodenda sunt. Bubonis cerebrum cum adipe anserino mire

//////////

Vet. Dalec.—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *infra s. diem persuasum sit* Gronov. et vulgg. *intra s. diem persuasio sit* Chiffi. *infra s. diem Democritus persuaserit* cod. Dalec. Mox, *censet* cod. Dalec.—12 Vet. Dalec. *vel Hyblæo melle*; al. vett. *vel simpolo et melle*.—13 Cod. Dalec. *ratio et terrenarum cochlearum est, quæ tusæ*.—14 Chiffi. *prosunt et cum*.—15 Ita ex codd. Harduini et recentt. *siccatus sole . . . plagis, sale . . . sumpto. Tradunt . . . ac s. celerius* Gronov. et vulgg. *in sole . . . ac sanari* Chiffi. *in sole . . . plagis, sale . . . sumpto, tradunt . . . ac s. celerius* Franz.—16 Antonius Musa Medicus Gronov. et al. ante Harduin. *A. quidem Medicus* Chiffi. Mox, *in insanabilia* Vet. Dalec.—17 Ita ex codd. Harduini et recentt. ita quoque Ælian. *Tryxalidum* Gronov. et al. vett. Mox, *fimus columbinus cum, &c.* cod.

NOTÆ

¹¹ *Vel simblio melle*] E Sicilia. Diosc. III. 101. Μέλι . . . ἀπὸ τῆς Σικελίας σίμβλιον καλούμενον.

^u *Quidam arefactis*] Plinius Valer. III. 20. totidem verbis.

^v *Cochlearum terrena*] Terra quæ cochleis adhæserit, ut diximus sup. cap.

^w *Totæque exemtæ*] Testis exemtis. Ad verbum hæc Plinius Valer. III. 20. et 22.

^x *Herpes*] Ἑρπῆτα Græcis serpen-

tes sunt, sive reptilia. Cujus animalis id peculiare nomen sit apud Græcos, non liquet.

^y *Cochleæ*] Plinius Valer. III. 20. ad verbum.

^z *Cum myrrha*] Diosc. II. 11. et Plinius Valer. loc. cit.


^a *Sale viperino*] De hoc sale dictum est XXIX. 37.

^b *Antonius quidem*] Ita Mss. De Antonio Musa loquitur.

vulnera dicitur glutinare : quæ vero vocantur cacoëthe, cinis feminum¹⁸ arietis cum lacte muliebri, diligenter prius elutis linteolis : ulula avis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ovillum et mel. Ulcerum labra duriora apes in melle mortuæ emolliunt. Et elephantiasin^e sanguis et cinis mustelæ. Verberum vulnera, atque vibices, pellibus¹⁹ ovium recentibus^d impositis obliterantur.

XL. Articulorum^e fracturis cinis feminum pecudis peculiariter medetur : efficacius cum cera. Idem medicamentum fit ex maxillis simul ustis, cornuque cervino et cera mollita rosacco.^f Ossibus fractis^g caninum cerebrum linteolo illito, superpositis¹ lanis, quæ subinde suffundantur, fere XIV. diebus solidat : nec tardius^h cinis sylvestris muris cum melle : aut vermium terrenorum, qui² etiam ossa extrahit.

XLI. Cicatricesⁱ ad colorem reducit pecudum pulmo,



Dalec.—18 Vet. Dalec. *cinis etiam feminum*; cod. Dalec. *cinis et finum*. Mox, Vet. Dalec. *linthealis sanat*. *Ulula quoque avis*. Paulo post, cod. Dalec. *ovillum*. *Et mel ad ulcera sananda valet*. *Hulcerum labra apes, &c.*—19 Cod. Dalec. *vulnera pellibus*.

CAP. XL. 1 Chiff. *superimpositus*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aut cum vermium terrenorum cinere, qui, &c.* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

^c *Et elephantiasin*] Q. Serenus, enjus verba retulimus xxiv. 11. Sextus Platon. c. 20. de mustela, tit. 1. Marcellus Empir. c. 19. p. 130. et Plinius Valer. 11. 57.

^d *Pellibus ovium recentibus*] Recens excoxiatis.

^e *Articulorum*] Marcellus Empir. c. 34. p. 234. totidem verbis, et Plinius Valer. 111. 15. et 48.

^f *Rosaceo*] Subintellige, oleo.

^g *Ossibus fractis*] Ad verbum Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 22. 'Ad fracturam.' Plinius Valer. 111. 48. 'Caninum cerebrum linteolo illitum imponitur, superpositis lanis, quæ subinde oleo suffunduntur : quar-

todecimo die solidat.' Q. Serenus c. 54. p. 158. 'Vis indigna novo si sparserit ossa fragore, Conveniet cerebrum blandi cauis addere fractis : Lintea deinde, superque inductas nectere lanas, Sæpius et succos conspergere pinguis olivi : Bis septem credunt coalescere cuncta diebus.'

^h *Nec tardius*] Plinius Valer. loc. cit. 'Cinis sylvestrium murium imponitur cum melle. Cinis vero terrenorum vermium cum melle etiam minuta ossa extrahit.'

ⁱ *Cicatrices*] Marcellus Empir. totidem verbis c. 19. p. 132. et Plinius Valer. 111. 46. Item Sextus Platon. c. 6. de ariete, tit. 4.

præcipue ex ariete, sebum ex nitro: ^j lacertæ viridis cinis: vernatio ^k anguium ex vino decocta: fimum columbinum ^l cum melle.¹ Item vitilignes albas ex vino. Ad vitiliginem et cantharides cum rutæ foliorum duabus partibus in Sole, donec formicet ^m cutis, ^a tolerandæ sunt. Postea fovere, oleoque perungere, necessarium, iterumque illinere, idque diebus pluribus facere, caventes exulcerationem altam.² Ad easdem vitilignes et muscas illini jubent cum radice lapathorum: ³ gallinarum fimum candidum, servatum in oleo vetere cornea pyxide: vespertilionum sanguinem: fel herinacei ex aqua. Scabiem vero, bubonis cerebrum cum aphronitro, sed ante omnia ⁿ sanguis caninus, sedant: pruritus cochleæ ^o minutæ, latæ, contritæ, illitæ.⁴

XLII. Arundines,^p et tela, quæque alia extrahenda sunt corpori,¹ evocat mus dissectus impositus. Præcipue vero ^q lacerta dissecta, et vel caput ejus ² tantum contusum cum sale impositum. Cochleæ ex his quæ gregatim folia sectantur, contusæ impositæque cum testis, et eæ quæ manduntur, exemtæ testis: sed cum ^r leporis coagulo efficacissime.³

^a *Donec pruriat cutis.*



CAP. XLII. 1 Ita ex codd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cicatrices ad dolorem . . . ex melle* Gronov. et vulgg. *cum melle* Chiff. — 2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *alteram* Vet. Dalec. *multam* Gronov. et vulgg. — 3 Chiff. *lapathoria*. — 4 Vet. Dalec. *caninus. Sedant p. c. m. et l. c. et illitæ.*

CAP. XLII. 1 Al. ap. Dalec. *corpore*. — 2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *ut vel caput ejus al. ante Brotier*. — 3 Vet. Dalec. *efficacissimæ*. —

NOTÆ

^j *Sebum ex nitro*] Plinius Valer. loc. cit.

^k *Vernatio*] Plinius Valer. loc. cit. 'Senectus anguium,' &c.

^l *Fimum columbinum*] Plinius Valer. loc. cit.

^m *Donec formicet*] Vide quæ de ea voce diximus XXVIII. 20.

ⁿ *Sed ante omnia*] Plinius Valer. III. 38.

^o *Pruritus cochleæ*] Q. Serenus c. 7. de prurigine, &c. p. 129. 'Pruritus autem salsos levat humor acetii,

Sive maris rabidi sudor, cochleæque minutæ, Quarum contactu perimeitur acerba libido.' Sic etiam Plinius Valer. III. 39.


^p *Arundines*] Marcellus Empir. ad verbum, c. 31. p. 233. et Plinius Valer. III. 49.

^q *Præcipue vero*] Auctores proxime laudati, cum Theod. Prisc. I. 23.

^r *Et eæ quæ manduntur . . . sed cum*] Hæc pariter Plinius Valer. loco citato.

Ossa anguium eundem cum coagulo cujuscumque quadrupedis intra tertium diem approbant effectum. Laudantur et cantharides tritæ cum farina hordei.⁴

XLIII. (XIV.) In muliebribus malis membranæ a partu ovium proficiunt, sicut in capris retulinus.^a Fimum quoque pecudum eosdem usus habet. Locustarum suffitu stranguriæ maxime mulierum juvantur. Gallinaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur. Partus conceptos hystricum cinis potus continet: maturat^b caninum lac^c potum, evocat membrana e canum secundis, si terram non attigerit. Lumbos parturientium potus² lactis, fimum murinum^c aqua pluvia dilutum mammas mulierum a partu tumentes³ reficit.^d Cinis herinaceorum cum oleo perunctarum custodit partus contra abortus. Facilius enituntur, quæ fimum anserinum cum aquæ cyathis duobus sorbuere: aut ex utriculo mustelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti, ne cervicis scapularumque^e nervi doleant, præstant. Graves⁴ secundas^f pellunt in passo poti. Iidem per se^g impositi



4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hordeaccu* Gronov. et vulgg.

CAP. XLIII. 1 Chiff. *lacte*.—2 Vet. Dalec. *juvat potus*. Mox, *murinum quoque pluvia* Chiff.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *comentis* Chiff. 'Videndum, num *fomentis*, an *tumentes*.' Dalec. *tumescetes* Gronov. et vulgg. Mox, *reprimi*, pro *reficit*, Vet. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et

NOTÆ

^a *Sicut in capris retulinus*] Lib. xxviii. 77. 'Membrana caprarum, in qua partus editur, inveterata, potuque sumta in viuo, secundas pellit.'

^b *Maturat*] Partum accelerat, qua vi et mortuus in utero fœtus expellit, ut auctor est Sextus Platon. c. 9. de cane, tit. 3. Habdarrahmanus Ægyptius, c. 26. p. 102. 'Lac caninum, æqualibus vini et mellis temperatum partibus, propinabitur mulieri laboranti difficultate partus, statim emittet infantem, vivus sit, vel mortuus.'

^c *Fimum murinum*] Q. Serenus c.

21. p. 138. 'Post partum tumidas injuste assurgere mammas Interdum aspicias: harum mala commemoratur Murinus fimum ex pluvio sedare liquore.'

^d *Tumentes reficit*] Ita Reg. 2. Hoc est, corrigit.

^e *Ne cervicis, scapularumque*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *in cervices et scapulas, ne nervi, &c.*

^f *Graves secundas*] Molestas. Ita Reg. 2. In editis perperam, ac ridicule, *Gravidis secundas*.

^g *Iidem per se*] Q. Serenus loc. cit. cap. de mammis sanandis: 'Sin au-

mammaram suppurationes concoquunt et aperiuunt, extrahuntque, et ad cicatricem perducunt. Lac devocant⁵ potum cum mulso. Inveniuntur et vermiculi,⁶ qui adalligati collo continent partum. Detrahuntur autem sub partu: alias eniti non patiuntur. Cavendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoque causa dantur in potu quini aut septeni. Cochleæ in cibo^h sumtæ accelerant partum: item conceptum impositæ cum croco. Eadem ex amylo et tragacantha illitæ profluvia sistunt. Prosunt et purgationibus sumtæ in cibo, et vulvam aversamⁱ corrigunt cum medulla cervina, ita ut uni cochleæ⁷ denarii pondus addatur et cyperi: inflationes⁸ quoque vulvarum discutunt exemptæ testis, tritæque cum rosaceo. Ad hæc Astypalæicæ maxime eliguntur. Alio modo Africanæ binæ tritæ cum fœni Græci quod tribus digitis capiatur, addito melle cochlearibus⁹ quatuor, illinuntur alvo, prius irino succo perunctæ. Sunt et minutæ, longæque, candidæ cochleæ, passim oberrantes.¹⁰ Eæ arfactæ Sole in tegulis, tusæque in farina,¹¹ miscentur lomento æquis partibus, candoremque et lævorem corpori asserunt. Scabendi desideria^j tollunt minutæ et latæ cum polenta. Viperam mulier prægnans si transcenderit, abortum faciet: item amphispænam,^k mortuam duntaxat. Nam vivam habentes in pyxide impune transeunt, etiam si mortua sit: atque as-

//////////

vulgg. in cervices et scapulas ne nervi . . . Græcidis Gronov. et vulgg.—5 Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps. In cod. Reg. 2. *evocant.* Brotier.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et mercuri* Chiff. *et in gramine vermiculi* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *uni unice cochleæ.*—8 Vet. Dalec. *inflammationes.* Mox, *et exemptis testis tritæ cum,* &c. Chiff.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *captatur addito melle cochlearibus* Chiff. *capitur, additis mellis cochlearibus* Gronov. et vulgg.—10 Vet. Dalec. *oberrantes.*—11 Vet. Dalec.

NOTE

tem clausas penitus dolor angit acerbis, Lumbricis terræ turgentes unge corymbos.’

^h *Cochleæ in cibo*] Q. Serenus c. de conceptione et partu: ‘Et cochleæ manduntur edules.’

ⁱ *Et vulvam aversam*] Conversam,

quod fit strangulatione uteri.

^j *Scabendi desideria*] Cap. sup. ‘Pruritus sedant cochleæ minutæ, latæ, contritæ, illitæ.’

^k *Hem amphispænam*] Et hoc pariter refert Galenus de Theriaca ad Pison. c. 9. p. 943.

servata partus faciles præstat vel mortua.¹² Mirum, si sine asservata transcenderit¹³ gravida, innoxium fieri,¹⁴ si protinus transcendat asservatam. Anguis inveterati suffitus menstrua adjuvant.¹⁵

XLIV. Anguinium senectus, adalligata lumbis, faciliores partus facit, protinus a puerperio removenda.¹ Dant et in vino bibendam cum thure: aliter sumta abortum facit. Baculum,^m quo angui rana excussa sit,^a parturientes adjuvat: troxalidum¹ cinis illitus cum melle, purgationes. Item araneus, qui filum deducit ex alto, capi debet manu cava, tritusque admoveri: quod si redeuntem prehenderit,^{b 2} inhibebit idem purgationes. Lapis aëtites,ⁿ in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias. Penna vulturina^o subjecta pedibus adjuvat parturientes. Ovum corvi gravidis cavendum constat, quoniam transgressis abortum per os^p faciat.³ Fimum accipitris^q in mulso potum videtur fœcundas facere. Vulvarum

^a Quo angui erepta sit rana.

^b Quod si remeantem in sublime araneum manus apprehenderit.

tusæque in farinam —12 Vet. Dalec. æque asservata, &c. ut mortua. Chiff. facile præstat, &c.—13 'Ita fuisse emendandum patet e codd. Regg. 1. 2. in quibus legitur, sine adservata. Male Editio princeps aliæque, si non asservata.' Brohier.—14 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. innoxiam fieri edd. ante Brohier.—15 Vet. Dalec. adjuvat.

CAP. XLIV. 1 *Baculus* . . . *tryxalidum* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. *prehenderis*; Chiff. *prenderit*.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *transgressus abortus asperos faciat*; Vet. Dalec. *transgressis*; cod. Dalec. *fucit*.

NOTÆ

¹ *Protinus* . . . *removenda*] Ne vulvas simul attrahant.

^m *Baculum*] Ita Mss. non *baculus*, ut editi. Et bacillum neutro genere Cicero extulit de Finib. II. 33.

ⁿ *Lapis aëtites*] Sextus Platon. II. 1. de aquila, tit. 2. Vide inferius XXXVI. 39.

^o *Penna vulturina*] Hæc totidem verbis Sextus Platon. II. 2. de vul-

ture, tit. 7.

^p *Abortum per os*] Vide Notas et Emend. num. 28.

^q *Fimum accipitris*] Hippocr. de Morbis Mul. lib. I. tex. 125. p. 516. Ἴηρος δὲ ἀφοδὸν τρίβειν ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ πίνειν νῆστιν, καὶ τηρικὰτα συνειναζέσθω τῷ ἀνδρί. *Accipitris stercus in vino dulci terat, et jejuna bibat, et tunc viro condormiat.*

duritias^r et collectiones adeps anserinus aut cycni emollit.

XLV. Mammas a partu^a custodit adeps anseris cum rosacco et araneo.^{1 b} Phryges et Lycaones mammis puerperio² vexatis invenerunt otidum adipem utilem esse: his, quæ vulva strangulentur, et blattas illinunt. Ovorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus, et ceræ, stantes mammas^c servat.^c Putant et ter circumductas³ ovo perdicis non inclinari: et si sorbeantur eadem, fœcunditatem facere: lactis quoque copiam.⁴ Cum anserino adipe perunctis mammis, dolores minuere, molas uteri rumpere, scabiem vulvarum sedare,⁵ si cum cimice trito illinantur.

XLVI. Vespertilionum^d sanguis psilothi vim habet: sed malis^t puerorum^e illitus non satis proficit, nisi ærugo,^{2 f} vel cicutæ semen postea inducatur: sic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem. Idem et cero-

^c *Servat mammas in statu scito, ne tumeant.*



CAP. XLV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et irino*.—2 Vet. Dalec. *a puerperio*.—3 Vet. Dalec. *circumducto*; alii vet. ap. Dalec. *circumductus*.—4 Vet. Dalec. *lactisque copiam*.—5 Vet. Dalec. *minui*. *Molas uteri rumpi, scabiemque vulvarum sedari*. Mox, Chiff. *si cum cimice*.

CAP. XLVI. 1 Chiff. *alīs*.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *erucæ*; Chiff.

NOTÆ

^r *Vulvarum duritias*] Sextus Platon. II. 11. de anseris, tit. 2. 'Ad duritiam locorum: Adeps anseris illitus duritias et concretionem locorum discutit.'

^a *Mammas a partu*] Ita fere Q. Serenus c. 21. p. 138. 'Si castigatas studium est servare papillas, Anseris aut sebum pariter cum lacte tepenti, Aut ovum illinito tulerit quod garrula perdis.'

^b *Et araneo*] Ita Mss. Rectius putarim tamen, *et irino*.

^c *Stantes mammas*] Lib. XXVIII. c.

77. 'Virgini novem grana fimi propinant, ut stent perpetuo mammae.'

^d *Vespertilionum*] Q. Serenus cap. 36. p. 149. 'Namque oculos infesta pilorum tela lacessunt: Ergo locum crinis vulsi contingit cruore, Quem dat avis tremulis simulat quæ pellibus alas.' Sic etiam Plinius Valer. III. 52.

^e *Sed malis puerorum*] Quos imberbes esse volumus.

^f *Nisi ærugo*] Sic Mss. Reg. 1. 2. alique: non, ut editi, *nisi erucæ*.

bro eorum profici³ putant. Est autem duplex, rubens utique et candidum. Aliqui sanguinem et jecur ejusdem⁴ admiscent. Quidam in tribus⁵ heminis olei discoquunt^h viperam, exentis ossibus psilothri vice utuntur, evulsis prius pilis quos renasci nolunt. Fel herinaceiⁱ psilothrum est, utique mixto cerebro vespertilionis et lacte caprino: item per se cinis.^j Lacte canis^k primi partus, evulsis pilis quos renasci nolunt, vel nondum natis, perunctis partibus, alii non surgunt. Idem⁵ evenire traditur sanguine ricini evulsi cani: item hirundinino sanguine, vel felle.

(XV.) Ovis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Si vero oculi^l nigri nascentium placeant, soricem prægnanti edendum. Capilli ne^m canescant, vermium terrenorum cinere præstari admixto oleo.

XLVII. Infantibus, qui lacte concreto vexantur,^a præsidio est agninum coagulatum ex aqua potum. Aut si coagulatione^b lactis acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dentitiones, cerebrum pecoris² utilissimum est. Ossi-

^a Qui lacte, quod e mammis nutricum sugunt, concreto in grumos utuntur.

^b Coagulatio lactis in stomacho, ob ejus frigiditatem.



arugo.—3 Cod. Dalec. *perfici.*—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ejus* Gronov. et al. vett.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cinis cum lacte*, &c. Gronov. et vulgg. *partus: nam evulsis pilis, quos renasci nolunt, alii non surgunt: vel nondum natis, perunctis partibus.* Idem, &c. Vet. Dalec. *perunctæ partes alios non sufficunt* codd. Dalec. et Chiff.

CAP. XLVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut si vitium coagulato lacte* Gronov. et al. vett.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *dentitionem c. pecori* Gronov. et vulgg. *pecoris* Vet. Da-

NOTÆ

⁵ *Quidam in tribus*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. III. 52.

^h *Discoquunt*] Diu et exacte coquunt.

ⁱ *Fel herinacei*] Plinius Valer. loc. cit. et Galenus Εἰσρορ. II. 25.

^j *Item per se cinis*] Herinacei scilicet combusti ac triti in pulverem.

^k *Lacte canis*] Ita Mss. Reg. 1. 2. alique. In libris ad hunc diem editis connectuntur ista cum superioribus.

Delph. et Var. Clas.

bus, additaque vocula legitur, *item per se cinis cum lacte canis.* Si per se, hoc est, solum, prodest, quamobrem, amabo, lac etiamnum canis asciscitur?

^l *Si vero oculi*] Q. Serenus c. 5. p. 128. 'Si prægnans artus captivi soricis edit, Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi.'

^m *Capilli ne*] Q. Serenus c. 5. de capillo tingendo p. 127. 'Lumbrici

12 F

bus in canino fimo inventis, adustio infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur: ramex infantium³ lacertæ viridis admotæ dormientibus morsu. Postea arundini alligata⁴ suspenditur in fumo: traduntque pariter cum ea expirante sanari infantem. Cochlearum saliva, illita infantium oculis, palpebras^c corrigit, gignitque.⁵ Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex uvis albo succo⁶ illitus per dies triginta medetur. Inveniuntur^o in corniculis cochlearum arenacæ duritiæ: æ dentitionem facilem præstant adalligatæ.^p Cochlearum inanum cinis admixtus ceræ procidentium interancorum partes^d extremas prohibet.⁷ Oportet autem cineri misceri saniem punctis emissam e cerebro viperæ. Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones^a adjuvat. Idem valent⁸ et grandissimi^r dentes serpentium. Fimum corvi^s lana adalligatum infantium tussi medetur. Vix est serio complecti quædam:^e non omittenda tamen, quia sunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi jubent. Marem hanc prehendi. Id intelligi et quod sub cauda⁹ unam cavernam habeat. Id agendum, ut per aurum, et argentum, aut ostrum¹⁰ mordeat vitium.

^c *Pilos palpebrarum.*

^d *Sedem, sive anum.*

^e *Vix licet absque risu, ac serio animo, commemorare quædam.*



lec. leporis al. vett.—3 *Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.* Brotier. *ramices infantium* edd. ante Brotier.—4 Chiff. *illigatæ*.—5 Chiff. *cingitque*.—6 *Ita Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex ovi albi succo Gronov. et vulgg.*—7 *Vet. Dalec. cohibet.*—8 *Ad idem valent Gronov. et al. ante Harduin.*—9 Chiff. *prendi intelligi si cauda*; *Vet Dalec. intelligi quod, &c. omissa conjunctione.*—10 *Vet. Dalec. vel argentum, aut electrum*; Chiff. *et a. aut elosi-*

NOTÆ

quoque terrestres miscentur olivo, Et juvenem præstant redivivo flore capillum.

ⁿ *Ex uvis albo succo*] Sic Mss. omnes. Editi, *Ex ovi albi succo*, quod est ineptum.

^o *Inveniuntur*] Supra c. 8. *Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum, cavis dentium inditæ statim liberant dolore.* Vide quæ ibi

diximus.

^p *Adalligatæ*] Adalligata sunt, quæ Græcis *πεπλαττα*, superstitione fere remedia, quæ suspensa collo aut brachio alligata gestantur.

^a *Dentitiones*] Dentitio, dentium emissio est, cum primum erumpunt.

^r *Idem valent et grandissimi*] Sic Reg. 1. optime.

^s *Fimum corvi*] Habdarrahmanus

Tum in calyce novo illigatur, et in fumo ponitur. Urina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabæorum^t cornua grandia denticulata, adalligata his, amuleti naturam obtinent. Bovæ capiti^{11 u} lapillum inesse tradunt, quem ab eo exspui si necem timeat, inopinantis¹² præciso capite exemptum, adalligatumque, mire prodesse dentitioni. Item cerebrum ejusdem ad eundem usum adalligari jubent: et limacis lapillum sive ossiculum, quod invenitur in dorso. Magnifice juvat et ovis cerebrum gingivis illitum: sicut aures adeps^v anserinus cum ocimi succo impositus. Sunt vermiculi in spinosis herbis¹³ asperi, lanuginosi: hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus, si quid ex cibo hæreat.^{14 w}

XLVIII. Somnos allicit^a œsypum cum myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutum, vel cum adipe anserino et vino myrtite: avis cuculus leporina pelle adalligatus: ardeolæ rostrum^b in pelle asinina fronti adalligatum. Putant

rum.—11 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Ita quoque Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Bovis capiti* Gronov. et vulgg.—12 Vet. Dalec. sed *inopinant*.—13 Voc. *herbis* deest in Chiffli.—14 Vet. Dalec. *cibo exeat*.

NOTÆ

Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 12. pag. 79. 'Stercus corvi majoris, appensum laboranti tussi, illam amovebit.'

^t *Scarabæorum*] Lucanorum videlicet, de quibus XI. 31.

^u *Bovæ capiti*] Vel *boæ*, ut diximus XXI. 38. In Reg. 1. et 2. *bove*. In editis mendose, *bovis*. Neque de medicamentis hoc libro fere agitur, quæ repeti ex quadrupedibus fas est, sed ex avibus tantum et insectis: de aliis obiter, ac veluti aliud agendo.

^v *Sicut aures adeps*] De infantium morbis nunc tota disputatio est: quamobrem id explicans Marcellus Empiric. cap. 9. pag. 81. 'Anserina adeps,' inquit, 'adjecto ocimi succo tepefacta, instillataque, dolores auri-

cularum infantilium juvat.'


^w *Si quid ex cibo hæreat*] Ita libri omnes, etiam Mss. Hoc est, si spina aliqua faucibus, vel os, adhærescat. Reponi hoc loco *exeat*, contra veterum exemplarium fidem, non probō.

^x *Somnos allicit*] Q. Serenus cap. 56. p. 160. 'Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus Clausa aries inter geminæ coxendicis umbras: Inde soporati ducentur gntture potus.'

^b *Ardeolæ rostrum*] Auctor Kiranidum, pag. 122. de ardeola: hujus ῥάμφος, hoc est, 'rostrum, cum cancri felle in corio asinino si suspenderis ad collum vigilantis, dormitabit.'

et per se rostrum ejusdem effectus esse vino collutum. E diverso^c somnum arcet vespertilionis caput aridum adalligatum.

XLIX. In urina virili lacerta necata Venerem ejus, qui fecerit,^d inhibet.¹ Nam inter amatoria esse magi dicunt. Inhibet et fimum cochleæ et columbinum cum oleo et vino potum. Pulmonis vulturini dextræ partes² Venerem concitant viris adalligatæ gruis pelle. Item si lutea ex ovis quinque columbarum, admixto adipis suilli denarii pondere, ex melle sorbeantur. Passeres in cibo, vel ova^e eorum. Gallinacei^f dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibium cineres³ cum adipe anseris et irino perunctis, si conceptus sit, partus continere: contra inhiberi Venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis adalligatisque pelle arietina tradunt. Item cujuscumque galli^g gallinacei, si cum sanguine gallinacei lecto subjiciantur. Cogunt concipere invitas setæ ex cauda mulæ, si junctis evellantur, inter se colligatæ in coitu.⁴ Qui in urinam canis suam ingesserit,⁵ dicitur ad Venerem pigrior fieri. Mirum et de^h stellionis



CAP. XLIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fecerit, cohibet* cod. Dalec. *biberit, cohibet* Gronov. et al. vett.—2 *Pulmones vult. in dextra parte* Chiffli.—3 Vet. Dalec. *cinere*. Mox, *partus contineri* cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *et inter se colligentur in coitu*.—5 Vet. Dalec. *egesserit*.

NOTE

^c *E diverso*] Habdarralmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. 34. pag. 117. 'Vespertilionem si pones in pulvinari, nequaquam somnum capere poterit, qui super illud declinat caput, quamdiu inibi erit vespertilio.' Oculis upupæ vim plane similem idem ascribit cap. 35. p. 119. si appendantur e lectulo.

^d *Venerem ejus, qui fecerit*] Hoc est, qui aquam fecerit. In editis, audaciore manu, *ejus qui biberit*.

^e *Passeres vel ova*] Marcellus Empir. iisdem verbis, cap. 33. pag. 227. R. Moses, citatus a Joan. Bapt.

Porta Phys. vi. 5. et Terpsicles laudatus a nobis superius, x. 152. Denique Habdarralmanus, c. 15. p. 86.

^f *Gallinacei*] Sextus Platon. ii. 8. de gallo, tit. 3. 'Ad concubitum excitandum, et inhibendum: 'Galli testiculi cum adipe anserino in arietis pelle brachio suspensi concubitum excitant. Suppositi lecto, cum ipsius sanguine, efficiunt ne concumbant, qui jacent.'

^g *Item cujuscumque*] Sextus Platon. loc. cit.

^h *Mirum et de*] Marcellus Empir.

cinere, (si verum est,) linamento involutum in sinistra manu Venerem stimulare: si transferatur in dextram, inhibere. Item vespertilionis sanguinem collectum flocco, suppositumque capiti mulierum, libidinem movere: aut anseris linguam in cibo vel potione sumtam.

L. Phthiriasin a tōto corpore pota membrana senectutis anguium triduo necat: ¹ ac serum ⁱ exemto caseo potum cum exiguo sale. Caseos, si cerebrum mustelæ coagulo addatur, negant corrumpi vetustate, aut a muribus attingi. Ejusdem mustelæ cinis si detur in ossa gallinaceis pullis et columbinis, tutos esse a mustelis. Jumentorum urinæ tormina vespertilione adalligato finiuntur. Verminatio ^j ter circumlato verendis palumbo: mirum dictu: palumbus emissus moritur, jumentum liberatur confestim.

LI. Ebriosis ova ^k noctuæ per triduum data in vino tædium ejus adducunt. Ebrietatem arcet ^l pecudum assus pulmo præsumtus. Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus, et in vino quod bibetur ¹ inspersus, securos præstabit a temulentia. Invenit hoc Horus Assyriorum rex. ²

LII. Præter hæc sunt notabilia animalium ad hoc volumen pertinentium. Gromphenam avem in Sardinia ¹ narrant grui similem, ignotam jam etiam Sardis, ut existimo. In eadem provincia est ophion, ^m cervis tantum



CAP. L. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *triduo inhibet* Gronov. et vulgg.

CAP. LI. 1 Cod. Dalec. *et in vino quod bibitur*.—2 In cod. Reg. Brot. 1. *Orus Massiorum rex*.

NOTE

cap. 33. p. 227. 'Stellionis cinis,' inquit, 'in linteo obvolutus, sinistra manu portatus Venerem stimulat; translatus, inlibet.'

ⁱ *Ac serum*] Marcellus Empir. cap. 4. pag. 43. 'Serum, id est, aquam lactis, quæ remanet facto caseo, si quis adjecto aceto in potione aliquoties sumserit, ita liberatur a pedunculis, ut penitus extirpentur, nec postea in eo renascantur.'

^j *Verminatio*] Vermes in interaneis gigni desinunt, &c. Eginus de hac voce xxviii. 49.


^k *Ebriosis ova*] Noctuæ ova comesta facere ebriosos scribit Philostr. de Vita Apollonii iii. 12. pag. 147.

^l *Ebrietatem arcet*] Dictum id jam antea xxviii. 80. extrema.

^m *Ophion*] De eo eginus superius xxviii. 42.

pilo similis, nec alibi nascens. Idem auctores nominavere subjugum,²ⁿ quod nec quale esset animal, nec ubi nasceretur tradiderunt. Fuisse quidem non dubito, cum et medicinæ ex eo sint demonstratæ. M. Cicero^o tradit animalia biuros³ vocari, qui vites in Campania erodant.

LIII. (XVI.) Reliqua mirabilia ex his quæ diximus.^{1P} Non latrari a cane membranam ex secundis canis habentem, aut leporis finum vel pilos tenentem. In culicum genere muliones^q non amplius, quam uno die, vivere. Eosque qui arborarii pici^r rostrum habeant, et mella eximant, ab apibus non attingi. Porcos sequi eum, a quo² cerebrum corvi acceperint in offa. Pulverem, in quo semula volutaverit, corpori inspersum mitigare ardores amoris. Sorices fugari,^s si unus castratus emittatur. Anguina pelle,¹ et sale, et farre cum serpyllo contritis una, dejectisque³ cum vino in fauces boum, uva maturescente, toto anno eos valere: vel si hirundinum pulli tribus offis dentur.



CAP. LII. 1 *G. avem Sardiniam* Chiff. — 2 ⁶ Ita cod. Reg. 2. Ignotum animal. In cod. Reg. 1. *siruluggum*. In Editione principe, *sirulugum*.⁷ Brotier. *sirulugum* Gronov. et vulgg. *subjugum* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. — 3 Ita codd. Reg. Brot. 2. et Chiff. cum edd. Harduin 1. 2. 3. et recentt. *biurolos* Editio princeps; *butyros* Gronov. et vulgg. Mox, *rodant* cod. Dalec.

CAP. LIII. 1 Cod. Dalec. *dicemus*. — 2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eos, a quibus* Gronov. et vulgg. — 3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contritis uno die, dejectisque*

NOTÆ

ⁿ *Subjugum*] Ita Reg. 2. et alii: et mox *biuros*, quasi *diuros*, hoc est, *bicaudes*: non, ut in libris hactenus editis, *sirulugum*, et *butyros*. Cum vites erodi a binris Cicero dicat, id vermis esse genus arbitror, quod Græci *ἕκα* vocant. Hesychius: ⁸ ἕκα, *θηρίδιόν τι ἀμπέλους ἐσθίων*.

^o *M. Cicero*] In libris quos inscripsit, *De rebus admirandis*, qui interierunt.

^v *Ex his, quæ diximus*] Ex iis animalium generibus, quorum hactenus medicinas attigimus.

^q *Muliones*] Qui mulis infesti sunt. Vide quæ de his diximus xi. 19.

^r *Eosque qui arborarii pici*] Martii, qui arbores excavat, ut dictum est x. 20.

^s *Sorices fugari*] Simile istud Habbarrahmani commentum, c. 44. ⁶ Si murem ligabis in domo, omnes reliqui mures ab illa fugient, nec revertentur, quamdiu mus ille ibi ligatus erit.⁷

¹ *Anguina pelle*] Columella de Re Rust. vi. 4. de vitis boum, et medicinis.

Pulvere e vestigio anguivum collecto, sparsas apes in alvos ⁴ reverti. Arietis dextro ^u teste præligato oves tantum gigni. Non lassari ⁵ in ullo labore, qui nervos ex alis et cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare, cum vinum biberint. Ungulas tantum ^v mularum repertas, neque aliam ullam materiam, quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis ^w infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia revertemur.



Gronov. et al. vett.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in alvearia* Gronov. et al. vett.—5 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Non lassare* Chiffli. *Non lassescere* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

^u *Arietis dextro*] Dictum id jam antea VIII. 72.

^v *Ungulas tantum*] Vitruvius VIII. 3. p. 163. 'Est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua Στυγὸς ἕδωρ nominatur; quam neque argentum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere: sed dissilit, et dissipatur. Conservare autem eam et continere nihil aliud potest, nisi mulina ungula.' De equina ungula Pausanias id prodit in Arcad. Plutarchus de asiina, in Alexandro p.

707. Vitruvium Rhodiginus non legerat, qui xxv. 16. deceptum affinitate vocum, *ὄνος* et *ἡμύονος*, Plinium arbitratur.

^w *Aristotelis*] Qui auctor Antipatro regnum affectanti fuisse perhibebatur, uti Alexandrum eo veneni genere tolleret. Nam, ut dictum est II. 106. aqua hæc 'pota illico necat.' Vide Plutarchum loc. cit. et Curtium lib. x. Sed rumore id falso jactatum, ac vino potius atque ebrietate perisse Alexandrum, constantior hominum opinio fuit.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXX.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. II. *Babyloniosque Marmarum, et Arabantiphocum, &c.*] In his portentis nominum recitandis, secuti sumus vetustiorum exemplarium fidem, Reg. Colb. Th. et Chiff. In libris vulgatis paulo aliter, *Babyloniumque Marmaridum, et Arabem Hipocum, Assyrium vero Zarmocenidam.* Pro *Arabantiphocum*, forte *Astrapsychum* legi satius fuerit, quem cum Zoroastre, Osthane, et aliis, Lærtius nominat in præmio, p. 1.

2. Ibid. *Thessalas matres*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Chiff. non, ut libri vulgo editi, *Thessalas urbes.* Veneficas enim sagasque intelligit, quarum Thessalia plena olim: adeo ut Thessala et Thessalis simpliciter ponatur pro maga. Lucan. vi. 451. 'Abducit superos alienis Thessalis aris: Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit Non fatis adductus amor.'

3. Ibid. *Apollobechen Coptiten*] Hæc sincera lectio est codicum Reg. Colb. Th. Chiff. Depravata vulgatorum, *Apollonicem Captidenem.* Audacior conjectura eruditorum, atque a vestigiis veteris scripturæ alienior, *Apol-*

lonidem Horapionem: qui de religione ac regibus Ægyptiorum, et de constructione pyramidum, multa literis consignasse legitur apud Theophilum Antioch. lib. II. ad Autolycum: 'Απολλωνίδης ὁ καὶ Ὁράπιος ἐπικληθεὶς, ab Horo et Api Ægyptiorum numinibus appellatione deducta.

4. CAP. III. *DCLVII. demum anno Urbis*] Ita Reg. 1. Colb. 3. editique libri omnes. Quæ annorum ratio plane congruit cum nostra Chronographia, hoc est, cum ea quam ceteris operis sui locis Plinius constantissime sequitur, et quam docuit fere Petavius, summus non in eo modo, sed in omni genere scientiæ artifex. Consentiant Cassiodorus, Fasti Siculi, et Julius obsequens.

5. CAP. VIII. *Nam crucæ brassicæ ejus contactu cadunt*] In Mss. vetustiore, *urucæ* pro *crucæ*, ut alibi diximus. Ex hoc Plinii loco perperam, ut apparet, intellecto, scripsit Marcellus Empiricus, c. 12. p. 95. non *crucas* cadere contactu ejus vermiculi, qui in Veneris labro invenitur, quæ Plinii mens videtur esse, sed dentes ipsos, qui vitati sunt, *urucæ*

contactu decidere: quæ sententia, ut dicam quod sentio, huic loco accommodatior videri potest. Prorsus ut in mendo cubare Plinii contextum haud immerito credas, legique oportere, *Nam cruceæ brassicæ etiam contactu cadunt*, exigua admodum mutatione vocalæ ejus, in aliam satis affinem, etiam. Verba Marcelli hæc sunt: 'Bestiola, quæ brassicæ innascitur, dens vitiosus sæpius confricatus, intra dies paucos ejicitur.' In Mss. tamen omnibus, ejus constantissime legitur.

6. CAP. IX. *Si ferventia os intus exusserint, lacte canino statim sanabitur*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. non, ut quidam editi libri, *excusserint*. De ferventibus oris ulceribus Dalecampius hæc accepit, quas *ἄφθας* Græci vocant: aliena sane a mente scriptoris, quam nos, ut renur, attingimus, interpretatione. Confirmat enim nostram egregie Q. Serenus c. 15. p. 154. 'Ora ambusta cibo sanabis lacte canino.' Et Plinius Valer. I. 30. 'Si ferventia os intus exusserint, continuo sanantur gargarizatione lactis canini.' In jure id vinove sorbendo fere contingit, cum calidius justo est. Ut puero illi Plantino, in Mil. III. 2. 20. 'PA. Neque tu bibisti? LU. Dii me perdant, si bibi, Si bibere potui. PA. Qui jam? LU. Quia enim obsorbui: Nam nimis calebat, amburebat gutturem.'

7. CAP. X. *Varos adeps gallinæ cum cæpa tritus, et subactus*] Transtulit incaute Marcellus Empir. hoc medicamentum a varis ad varices, c. 34. p. 235. 'Varices curat,' inquit, 'adeps gallinæ cum cæpa trita impositus, vel perductus assidue.' Non ita Plinius Valer. III. 41. ubi Plinium nostrum summa fide transcripsit.

8. CAP. XI. *Gravedinem invenio finire, si quis nures mulinas osculetur*] Ita rescripsimus, tum ex fide codicum Reg. 2. et Chiffli. tum ex scripto-

rum auctoritate, quos antea retulimus, in Notis et Emend. ad lib. XXVIII. num. 15. Prius *murinas* perperam legebatur.

9. Ibid. *Cochleæ coqui debent illotæ*] In Reg. 1. *inlotæ*. In Reg. 2. *inlotæ*, vetusto more, pro *illotæ*. Hæc enim sincera hujus loci scriptura est: adalterina altera, quam libri omnes editi præ se ferunt, *coqui debent in lacte*. Plinius Valer. I. 45. de tonsillarum vitio: 'Cochleæ,' inquit, 'coqui debent inlotæ, deinde conteri, et in passo dari potui.' Marcellus Empir. c. 14. p. 102. 'Cochleæ, terra tantum excussa, illotæ coquantur: dehinc tritæ cum passo Cretico adversum faucium molestias hauriuntur.'

10. CAP. XIII. *Ne sint alæ hirsutæ*] In libris lactenus editis, *ne sint malæ hirsutæ*. Male, reclamantibus Mss. Reg. 1. 2. Colb. et Thuanæo. Notum satis *alarum virus*, ut Plinii verbis utar, XXXI. 46. cum hircum olent. De his Horatius Epod. XII. 5. 'An gravis hirsutis cubet hircus in alis.'

11. CAP. XV. *Nec sylvestres stomacho utiles, alvum solvunt*] Sic Reg. 1. et 2. Colb. Th. In editis, *nec non sylvestres stomacho inutiles*: eadem sententia. In quibusdam e contrario, *nec non sylvestres stomacho utiles*, legi aiunt. Male. Nam præter auctoritatem exemplarium, quæ diximus, optimæ notæ, ipsa orationis series ei scripturæ pugnat: sequitur enim statim: 'Contra marinæ stomacho utiles.' Diosc. quoque II. 11. Καὶ ὁ ταῖς ἀκόνθαις καὶ τοῖς θαμνίσκοις προσκεκολλημένος ἄγριος . . . παρακτικός ἐστὶ κοιλίας καὶ στομάχου, ἐμετοποιός. *Sylvestris vero quæ vepribus fructectisque adhaerescit . . . alvum stomachumque turbat, et vomitiones ciet*. Et mox: ὁ θαλάσσιος δὲ εὐστόμαχος, καὶ ἐνέκκριτος.

12. Ibid. *Laudatiores trudentur quaccumque rivæ*] Ita Reg. 1. et alii,

frustra nitente Pintiano *tritæ* pro *vivæ* inducere. Diosc. loc. cit. Ζῶσα δὲ ἡ σὰρξ καταποθεῖσα, τοῦ Λιβυκοῦ μάλιστα, ἀληθῶνας στομάχου παύει. *Vivæ cochleæ caro, et maxime Africanæ, devorata, stomachi dolores mitigat.* Plinius Valer. II. 15. *cujus titulus est, 'Præcordiorum dolori curando: 'Prosunt item,' inquit, 'vivæ cochleæ ex aceto devorata.'*

13. CAP. XVII. *Post hoc jubent eum in pariete dormitorii ejus tectorio includi*] In libris vulgatis perperam legitur, *tectorio includi*. In Chiffli. *tectoriove*. Reg. 2. optime, *tectorio*. Marcellus Empiricus modo *tectorium*, modo *lutum* vocat. Nam c. 23. p. 167. 'Si quis agnum recens natum,' inquit, 'confestim manibus divellat, lienemque ejus ubi extraxerit, calidum super lienem dolentis imponat, ac fascia liget, et dicat assidne, REMEDIO LIENIS FACIO: postero die sublatum de corpore ejus parieti cubiculi in quo lienosus dormire solitus est, luto prius illito, ut hæere possit, imponat: atque ipsum lutum XXVII. signaculis signet, ad singula dicens, LIENI REMEDIUM FACIO,' &c. Et p. 166. ubi vim parem et lieni canino ascribit: 'Caninus splen,' inquit, 'recens supra splenem hominis imponitur: dicente eo qui apponit, remedium se spleni facere. Postea splen intra parietem dormitorii cubiculi, tectorio, id est, capsula, inclusus, reponitur, et desuper ter novies signatur.' Sed vereor ut tectorii vocis quæ vis subesset probe intellexerit.

14. Ibid. *Araneus, et maxime qui lycos vocatur*] Hunc Plinius ait lienis vitio mederi. De eo ipso Diosc. II. 68. Ἀράχνη τὸ ζῶον, ὃ ὄλκον ἐνιοὶ ἢ λύκον καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα σπληνίφ, καὶ ἐμπλασθεῖσα εἰς ὀθόνην, προσθεῖσα μετώφῃ ἢ κροτάφοις, τριταΐκῃς περιόδους ὑγιάζει. *Araneus, quem raptorem aut lurium alii nominant, cum emplastro subductus, et lintcolo inductus ac fronti aut temporibus impositus, tertianas fe-*

bres persanat. An Plinius, hæc eadem raptim cursimque legens, apud eodem scriptores ex quibus Dioscorides hauserit, ac priore solum parte contentus, Ἀράχνη τὸ ζῶον ὃ ὄλκον ἐνιοὶ ἢ λύκον καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα σπληνίφ, nec progressus ultra, affinitate vocum delusus σπλήνιον, quæ vox ibi *emplastrum* sonat, ἀντὶ τοῦ σπλήνιος, hoc est, *pro splene*, acceperit, subiit aliquando animum dubitare: ne affirmarem omnino hallucinatum esse, experta ejus reliquo opere fides in ventendis Græcis prohibuit.

15. CAP. XIX. *Jus e gallinaceo iisdem medetur: sed veteris gallinacei vehementius salsum jus altum ciet*] Præpostera interpunctione prius legebatur: *sed veteris gallinacei vehementius. Salsum jus altum ciet.* Nos vero non probatos modo codices, Reg. Colb. et Th. secuti sumus, et Chiffletianum præterea, in quo ejus sententiæ verba ordine paulum immutato sic leguntur, *sed veteris gallinacei salsum jus vehementius salsum ciet; verum etiam Dioscoridem ipsum, II. 53. Ὁ δὲ ζῶμυς τῶν παλαιῶν ἀλεκτρούων δίδοται, inquit, πρὸς κάθαρσιν κοιλίας: ἐξελεόντας δὲ τὰ ἐντὸς δεῖ ἀντεμβάλλειν ἄλας, κ. τ. λ. Jus e vetere gallinaceo datur ad dejiciendam alvum: exemptis porro interaneis in eorum locum sal immittendus, &c.*

16. CAP. XXI. *Et intestinorum ex his cinerem cochlearibus tribus. E nido hirundinum glebulam dilutam aqua calida*] Nihil hac emendatione nostra certius: nihil vulgata hactenus lectione inquinatius. Sic enim libri præ se ferunt: *Et intestinorum ex his cinerem cochlearibus tribus e nido hirundinum. Gryllum dilutum aqua calida.* Quæ, Deus immortalis, mediciniæ portenta! Palumborum cinerem e nido hirundinum peti quis vidit? aut inter medicamenta ex volucribus quæ sita dari gryllo locum quis approbet? quis quid dilutus sit gryllus intelligat? *Dirutum* Chill. et Th. exhi-

bent, sed pejore vitio. Emendationis auctores extitere duo : Marcellus Empir. c. 26. p. 176. 'Contra calculum,' inquit, 'et alias difficultates vesicæ . . . glebula de nido hirundinum diluta ex aqua pota prodest.' Alter Plinius Valer. II. 39. 'Vesicæ et calculo purgando : ' De nido hirundinis glebula diluta ex aqua calida bibitur.' Et Plinius ipse noster lib. sup. cap. 32. ad morsus canis rabiosi glebulam commendat ex hirundinum nido illitam ex aceto.

17. CAP. XXII. *Fel herinacæ, cum respertilionis : et anserinus, cum cerebro, et alumine, et æsypo*] In libris haetenus vulgatis *vel herinacæ* legebatur : decrantque hæ voces, *et anserinus cum cerebro*. Mendum utrumque sustulimus, ope codicum Reg. Th. et Chiffli. Posterius etiam admonitu Marcelli Empirici, qui magnam operis sui partem ex Plinii verbis ac sententiis concinnavit : sic enim ille, cap. 31. pag. 222. 'Adeps anserinus,' inquit, 'cum ejusdem cerebro, et æsypo, et alumine subigitur, et imponitur ani omnibus causis.' Quare et in Pliniano contextu *adeps anserinus* rectius, quam *et anserinus* legas.

18. Ibid. *Cochleæ . . . contritæ ex aceto : senectus anguim ex aceto, vel cinis ejus*] In libris haetenus editis, *Cochleæ . . . ex aceto, vel cinis ejus* : ceteris, quæ inseruimus, prætermisiss. Restituimus ea ope Regii 2. aliorumque codicum, ipsa serie orationis ita postulante, cum sequatur statim, *vel cinis ejus*, quod ad cochleas, de quibus antea, referri nequit.

19. Ibid. *Hydrocelicis . . . in cibo id sapius datur. Sicut ad urinæ incontinentiam, caninum adipem cum alumine . . . Cochleas Africanas . . . Anserum trium . . .*] Præpostera interpolatione perturbata prius omnia sic legebantur : *In cibo id sapius datur, sicut ad urinæ incontinentiam. Caninum adipem, &c.* Perinde quasi ad

urinæ incontinentiam stellio valeret ; hydrocelicis cochleæ, et quæ sequuntur, prodessent. Contra Plinius Valer. II. 40. cui titulus, 'Incontinentiæ urinæ compescendæ : ' 'Anserum etiam trium,' inquit, 'ligulæ assæ in cibo sumuntur. Cochleæ Africanæ cum carne sua comburuntur, cinisque earum ex vino bibitur.' Et Marcellus Empir. explanate magis, cap. 26. pag. 124. 'Urinam,' inquit, 'continet lac caninum, et adeps ejus cum alumine datus, ita ut sit fabæ magnitudine globulus qui datur. Cinis cochlearum Africanarum exustarum si potetur, urinæ incontinentiam sedat. Anserum trium linguas inassatas si quis ederit, urinæ profluvium non patietur.' Hæc sane omnia prodesse hydrocelicis nemo veterum commemorat. Urinæ incontinentiæ Plinius ipse iterum, XXXII. 35.

20. CAP. XXIII. *Et de milvo affirmant si, . . . bibatur ex aqua. Aut si pedes sanguine cum urtica : vel pennis palumborum, cum primum nascentur, tritis cum urtica. Quin et finis eorum articulorum doloribus illinitur*] Prius sic legebatur : *Aut si pedes sanguinent . . . vel pennis eorum*. In vetustis codd. *si pedes sanguinem, vel sanguine*. Emendat Dalecampius, *si pedes sanguine tumeant*. Etiam sanguinent defendi putat posse Quintiliani suffragio, pro sanguine manent. Convellit ac labefactat ejusmodi conjecturas nostra interpretatio, de milvino sanguine, quo perungi cum urtica trita podagricos pedes, non Plinius solum est auctor, sed et Marcellus Empir. cap. 36. pag. 246. 'Urtica trita,' inquit, 'cum sanguine milvino, aut palumborum permixta : atque ex eo pedes illiti efficaciter sanantur.' Et Plinius Valer. III. 14. 'Adipe viperino, sanguine quoque milvi pedes pernnguntur.' Mox ubi *vel pennis eorum* libri vulgati exhibent, Dalecampius reponit, *vel pennis ejus*,

ut ad milvum spectare id videatur. At quo auctore? Deinde quid verbis proxime sequentibus fiet, *cum primum nascentur*: et, *Quin et finus eorum*? Quanto verisimilius est, non *eorum*, sed *palumborum*, ut rescriptissimus, legi oportere? andaci sane conjectura, sed utique certa. Sic enim Marcellus Empir. qui vetustissimos et maxime probatos Plinii codices secutus est: 'Columbinæ pinnæ,' inquit, 'maxime primum nascentes cum urtica, atque impositæ, podagræ dolores levant.' Nam et ea quæ proxime sequuntur apud Plinium, *Quin et finus eorum articularum doloribus illinitur*, ad columbos etiam pertinere auctor est idem Marcellus cap. 34. pag. 234. 'Stercus columbinum,' inquit, 'vel solum, vel cum ovo tritum, dolentibus articulis illitum prodest.' Quin et ipse Plinius de columbino stercore hoc loco egisse se satis liquido asseverat, cum paulo post subjicit: 'Sane qui cinere . . . uti malint, sicut fimi columbini cinere,' &c.

21. Ibid. *Vel glirium crematorum favilla ex oleo*] Libri omnes editi, *vel gryllorum*. Mss. Reg. 1. *grillum*. Reg. 2. et Chiff. *grillium*. Nos, minus traiectione literulæ, *glirium* rescribimus, auctore Marcello Empirico cap. 34. pag. 232. 'Glirium,' inquit, 'vel soricium, vel vermium terrenorum cinis, oleo impositus, pernionibus medetur.'

22. CAP. XXVII. *Cochlearum cinis addito semine lini et urticæ cum melle unctus sanat*] Ita Reg. 1. In libris vulgatis, *inunctos sanat*. In Chiff. *linctu*, male. Plinius Valer. II. 58. 'Ad morbum comitalem:' 'Cochlearum cinis addito lini semine et urticæ ex melle illinitum cum sale.'

23. CAP. XXX. *Quoniam miseras copia speci delectat, anne aranci, quem tycon vocant, tela cum ipso, in splenio resinæ ceraque imposita prosit*] Hunc locum ita refinximus ex vesti-

giis codicum Reg. 2. et aliorum. Nam in isto sic legitur: *Quoniam miseras copi speci delectat, anne aranei . . . tela cum ipso in splenio resinæ ceraque imposita, &c.* In editis hactenus libris mendose: *Quoniam misera speci delectat, anne aranei . . . tela cum ipso specu toto resina ceraque imposita, &c.*

24. CAP. XXXVIII. *Sanguinem sistit . . . sebum ex omento pecudum inditum*] In Reg. 2. *illitum*. At e vetusto exemplari nescio quo refert Dalecampius *ex omni pecude* legi satius fortassis fore. Frustra, vulgatam scripturam non codice modo Regio ceterisque, sed et Marcello Empir. constabiliente, cap. 10. pag. 85. 'Sistit sanguinem,' inquit, 'sebum ex omento pecoris naribus illitum.'

25. Ibid. *Item coagulum ex aqua, maxime agninum, subductum vel infusum*] Ita libri sane omnes. At quid si *subactum et infusum* legas? Legisse profecto sic videntur Marcellus Empir. et Plin. Valer. Ille c. 10. p. 85. 'Coagulum agninum ex aqua subactum, et infusum, naribus fluentibus mire prodest.' Iste I. 26. 'Ad profuvium narium:' 'Coagulum agninum mirifice facit, ex aqua subactum et infusum.'

26. Ibid. *Gallinacei cerebellum, vel sanguis, profuvia ex cerebro: item columbinus ob id servatus, concretusque*] In libris hactenus editis, *vel sanguinis profuvia*. Male; nam et gallinacei sanguinem ad eos usus quoque commendat: quod non auctoritas modo vetustiorum codicum, imprimis Colb. suadet, quem secuti sumus, sed et orationis series ipsa poscit, cum sequatur, *item columbinus*. Nam quod in libris editis legitur *columbinus sanguis*, ex interpolatorum id officina est; cum vocem eam nulli manu exarati codices ibi exhibeant. De sanguine porro gallinacei id olim existimatum Galeus testatur, de Facult. Simp. Med. x. 278. tom. XIII. prodesse nimirum ad sanguinis pro-

fluvium e membrana cerebri, εἰς τὰς
τῶν μηνίγγων αἰμορραγίας.

27. Ibid. *Vulneribus medetur œsy-
pum*] In Reg. 2. et Chiffi. *Ulceribus*.
Apud Plinium Valer. *hyssopum*, men-
dose. ‘Sanguini ex vulneribus sis-
tendo:’ ‘Hyssopum,’ inquit III. 21.
pro ‘œsyfum,’ ‘cum hordei farina
sive cinere ejus sparsum prodest.’

28. Ibid. *Quoniam transgressis abor-*

tum per os faciat] Sic totidem plane
apicibus Reg. 1. et 2. cod. In editis
haecenus libris perverse, *transgressus*
abortus asperos faciat. Plinius ipse x.
15. de corvis: ‘Ore eos parere aut
coire vulgus arbitratur: ideoque gra-
vidas, si ederint corvinum ovum, per
os partum reddere, atque in totum
difficulter parere, si tecto inferan-
tur.’

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXI.

Aquæ, et medicinæ ex aquatilibus.

1. (1.) AQUATILIUM sequuntur in medicina beneficia, opifice natura ne¹ in illis quidem cessante, et per undas fluctusque ac reciprocos æstus, anniumque rapidos cursus improbas exercente² vires: nusquam potentia majore, si verum fateri volumus: quippe hoc elementum ceteris omnibus imperat. Terras devorant aquæ, flammæ necant, scandunt in sublime, et cælum quoque sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem spiritum³ strangulant: quæ causa fulmina elidit, ipso secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aquis in cœlo stantibus? At illæ, ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina, sæpe etiam lapides: subeuntque,^{3b} por-

//////

CAP. I. 1 Chiff. nec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *exserente* Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sæpe etiam lapides*

NOTÆ

^a *Vitalem spiritum*] Aërem. Ipse superius II. 43. varias tonitruum causas afferens: ‘Posse,’ ait, ‘et repulsu siderum depressum, qui a terra meaverit, spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante so-


nitum dum rixetur, edito fragore, cum erumpat.’

^b *Subeuntque*] Ascendunt in sublime. Plinius II. 63. ‘Aquæ subeunt in imbres,’ &c.

tantes aliena pondera. Eadem cadentes omnium terra nascentium causa fiunt, prorsus mirabili natura, si quis velit reputare ut⁴ fruges gignantur, arbores fruticesque vivant, in cœlum migrare aquas, animamque etiam herbis vitalem inde deferre: justa confessione, omnes terræ quoque vires aquarum esse beneficii. Quapropter ante omnia ipsarum potentiæ exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

11. (11.) Emicant benigne passimque in plurimis terris, alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi junctæ,^{1c} sicut in Tarbellis^d Aquitanica gente, et in Pyrenæis montibus, tenui intervallo discernente. Alibi tepidæ egelidæque auxilia morborum profitentes,^{a 2} et e cunctis animalium hominum tantum causa erumpentes. Augent numerum Deorum^e nominibus variis, urbesque condunt, sicut Puteolos^f in Campania, Statyellas^g in Liguria, Sextias in Narbonensi provincia. Nusquam tamen largius quam in Baiano sinu, nec pluribus

^a *Præ se ferentes.*



subvehunt Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *unde.*

CAP. II. 1 Herm. Barb. *unctæ*, e vet. codd.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *conférentes* Gronov. et vulgg. Mox, *et e cunctis animalibus* Chiffi.—

NOTÆ

^c *Alibi junctæ*] Frigidæ junctæ calidis, tenui discernente intervallo. Vide Notas et Emend. num. 1.

^d *Sicut in Tarbellis*] Horum oppidum, ut in Geographicis diximus, lib. iv. Aquæ Augustæ, sive Tarbellicæ, Gallis *Acs*, Gasconibus *Dacs* dicitur. Ab aquis calidis eo loco scaturientibus id nomen invenit. In suburbano reliquiæ veteris aquæ ductus: in ipsa urbe in margine fontis aquarum calidarum solia marmorea, Romanæ ibi magnificentiae vestigia. Vide Oihenartum, in Notitia Vascon. p. 467.

^e *Augent numerum Deorum*] Sunt enim Dii marini, Neptunus, Nereus,

Oceanus. Sunt Nymphæ, Napææ, Nereides, Naiades, aliaque nomina, de quibus Gyraldus Syntagm. 5.

^f *Puteolos*] De eo oppido egimus in Geographicis III. 9. Nomen id habet sive a puteorum, quibus is ager abundat, frequentia, sive, ut nonnullorum opinio est, a putore aquarum, et aëris, sulfureo semper vapore gravis. Librum singularem de Balneis Puteolorum et Baiarum edidit Scipio Mazella Neapolitanus. Baiana balnea laudat Cassiodorus eleganter Epist. VI. 6.

^g *Statyellas*] De Aquis Statyellorum III. 7. De Aquis Sextiis eodem lib. c. 5.

auxiliandi generibus, aliæ sulfuris,^h aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida salsave mixtura. Vapore quoque ipso aliquæ prosunt. Tantaque eis est vis, ut balneas calefaciant, ac frigidam etiam in solis fervere cogant, quæ in Baianoⁱ Posidianæ^{3j} vocantur, nomine accepto a Claudii Cæsaris liberto. Opsonia quoque percoquunt. Vaporant et in mari ipso, quæ Licinii Crassi^k fuere: mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.

III. Jam generatim nervis prosunt pedibusve, aut coxendicibus, aliæ luxatis, fractisve. Inaniunt alvos. Sanant vulnera.^l Capiti auribusque privatim medentur: oculis vero Ciceronianæ.^l Digna memoratu villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita littori, celebrata porticu ac nemore, quam et vocabat M. Cicero^{2m} Academiam, ab exemplo Athenarum,ⁿ ibi compositis voluminibus^o ejusdem

3 *Possidianæ* cod. Dalec.

CAP. III. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *kulcera* Gronov. et vulgg.—2 'Ita bene Cl. Rezzonicus. In cod. Reg. 1. *quam evocabat M. Cicero.*' Brotier. *quam et vocabat M. Cicero* edd. vett. et Gronov. *quam vocabat Cicero* Harduin. ex codd. suis et Chiffi. eumque se-

NOTE

^h *Aliæ sulfuris*] 'Cum aqua in imo transit per alumen, aut bitumen, aut sulfur,' ut fuse Vitruvius explicat VIII. 3. p. 157.

ⁱ *Quæ in Baiano*] Sic Reg. 1. alii- que, optime.

^j *Posidianæ*] A liberto Claudii, quem Posiden spadonem vocat Suetonius in Claudio c. 28. Gruteri inscriptio p. 968. C. CLODI... POSIDIS. HELENI.

^k *Licinii Crassi*] Marci Crassi, Romanorum ditissimi, qui periit in Parthis.

^l *Ciceronianæ*] De hoc M. Tullii Ciceronis fonte Isidorus Orig. XIII. 13. 'In Italia fons Cicer. (lege, 'Ciceronianus') oculorum vulnera curat.' Villam, in qua eæ erant, Puteolanum suum Cicero vocitabat:

Delph. et Var. Clas.

alteram, ad Lucrinum, in collibus sitam, Cumanum suum.

^m *Cicero*] De Finibus v. 1. 'Constitimus inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset... Cum autem venissemus in Academiæ non sine causa nobilitata spatia, solitudo erat ea, quam volueramus.' Ciceronem imitatus est Hadrianus Imp. teste Spartiano, qui 'Tiburтинam villam mire exædificavit: ita ut in ea provinciarum et locorum celeberrima nomina inscriberet, velut Lyceum, Academiam, Prytanæum.'

ⁿ *Athenarum*] 'Fuisse gymnasii nomen Athenis Academiam, tradidit Cicero Acadd. Quæ. 1. 17. quod nec Horatius, lib. 11. Epist. 2. nec

Plinius.

12 G

nominis, in qua et monumenta³ sibi instauraverat, ceu vero non et in toto⁴ terrarum orbe fecisset. Hujus in parte prima, exiguo post obitum ipsius, Antistio Vetere⁵ possidente, eruperunt fontes calidi, perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureæ Tullii,⁶ qui fuit e libertis ejus, ut protinus noscatur etiam ministeriorum⁸ haustus ex illa majestate ingenii.⁵ Ponam enim ipsum carmen, dignum ubique, et non ibi tantum legi:

Quod⁶ tua, Romanæ vindex clarissime linguæ,
Sylva loco melius surgere jussa viret,

^b *Ut statim appareat, quantum vel ipsi ministri ac famuli hauserint ex tantæ majestatis ingenio, nempe ex Tullio.*

enti sunt Miller. Bipont. et Franz.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et monumentum* edd. vett. et Gronov.—4 ‘Ita bene Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.’ Brotier. *non in toto* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Ita ex codd. Harduini et recentt. *ut protinus noscatur etiam ministerium ejus ex illa majestate* Gronov. et vulgg. ‘Chiffletianus liber: *etiam ministeriorum haustus ex illa majestas ingenium.* Vossianus nihil differt, nisi quod *majestate* in eo; alii codd. alia proponunt; nec desunt complures conjecturæ hominum eruditorum. Scribo, *ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustu ex illo majestas alienigena.* Possis etiam castigare, *ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illo majestatis alienigenæ.* Nic. Heins. Advers. 1. 17. p. 180. ‘Quidam, *ut protinus etiam noscatur ex ministro illarum haustu potestas ingens.* Emendo, *ministri etiam ex illarum haustu majestas ingens.* Dalec. ‘*Ministeriorum haustus*] Ita bene codd. Regg. 1. 2. Frustra Cl. Rezzonicus e cod. Ambrosian. 2. emendat, *ministeriorum.* Ut noscatur quantum ministeria, i. e. ministri, ex illa majestate ingenii hauserunt.’ Brotier.—6 Quo Gronov. Quo tua . . . Sylva solo, &c. Crusius.

NOTÆ

Plinius, nec Tullii libertus, Laurea Tullius, hoc loco dixere. Græcis Ἀκαδημία et Ἐκαδήμεια. Vide Stephanum verbo Ἀκαδημία. Hinc solœcizare Claudianum in octavo panegyrico intelligas, recentioresque omnes, qui penultimam hujus vocis syllabam ‘Academia’ corripunt.’ *Ed. sec.*

^o *Voluminibus*] Academicarum Quæstionum.

^p *Monumenta*] Reg. 1. 2. Colb. Chiff. In editis, *monumentum.*

^q *Antistio Vetere*] Gessit Consulatum C. Antistius Vetus, cum D. Læ-

lio Balbo, sub Augusto, Urbis anno DCCXLVIII. Extat ejus perhonorifica mentio in Epistolis Ciceronis ad Brutum.

^r *Laureæ Tullii*] Alterum hujus epigramma extat, Græce scriptum, in Sappho, Anthol. Græc. III. 25. 64.

^s *Ut protinus . . . ministeriorum*] *Ministerium* pro ipsis ministris dici, ut ‘servitia’ pro ‘servis,’ tralatitium est. Paulus: ‘Urbica ministeria dicimus etiam quæ extra urbem nobis ministrare consueverunt.’ Vide Notas et Emend. num. 2.

Atque Academiæ celebratam nomine villam
 Nunc reparat cultu sub potiore Vetus;
 Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
 Languida quæ infuso lumina rore levant.
 Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
 Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
 Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
 Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

iv. In eadem Campaniæ.^t regione Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, et virorum insaniam abolere produntur.

v. In Ænaria insula, calculosis mederi. Et quæ vocatur Acidula,^a ab Teano Sidicino quatuor millibus passuum: hæc frigida. Item in Stabiano, quæ dimidia vocatur: et in Venafrano, ex fonte Acidulo. Idem contingit in Velino lacu potantibus. Item in Syriæ fonte juxta Taurum montem, auctor est M. Varro: et in Phrygiæ Gallo flumine Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat: quod in Æthiopia accidere his,¹ qui e fonte rubro^b biberint, Ctesias scribit.

CAP. V. 1 Vet. Dalec. *accidere iis.* Mox, Chiffi. *qui e fonte.*

NOTÆ

^t *In eadem Campaniæ]* Isidorus Orig. XIII. 13. hæc totidem fere verbis. Tacitus Annal. XII. ‘In tanta mole curarum Claudius valetudine adversa corripitur; refovendisque viribus mollitiæ cœli et salubritate aquarum Sinnessam pergit.’ Fuere aquæ illæ in Sinuessano littore, ubi turris quam vocant, *Torre de Bagni*, juxta ædem cui nomen est *S. Maria a Caudara*. Vide Camill. Felice, Pellegrin. Campania felice, p. 135. Hinc Silio Ital. lib. VIII. ‘Sinuessa tepens.’

^a *Et quæ vocatur Acidula]* Vitruvius VIII. 3. p. 163. ‘Item sunt nonnullæ acidæ venæ fontium, uti Campana

Teano . . . aliisque locis pluribus, quæ hanc habent virtutem, uti calculos in vesicis, qui nascuntur in corporibus hominum, potionibus discentiant.’ Deinde causas hujusce efficientiæ pluribus investigat. De Teani situ diximus in Geographicis III. 9. Extant etiamnum aquæ illæ, et longe lateque expetuntur ad calculi dolores, in agro Calvensi, juxta castellum vulgo *Francolici* dictum. Holsten. p. 256.

^b *Qui e fonte rubro]* Seneca Natur. Quæst. III. 2. Isidorus Orig. XIII. 13. Ovid. Met. xv. 319. ‘Cui non audita est obscœnæ Salmacis undæ,

VI. Juxta Romam Albulæ^c aquæ vulneribus medentur : egelidæ hæ :¹ sed Cutiliæ^d in Sabinis gelidissimæ, suctu² quodam corpora invadunt, ut prope morsus videri possit :^a aptissimæ stomacho, nervis, universo corpori.

VII. Thespiarum^e fons conceptus mulieribus repræsentat : item in Arcadia flumen Elatum.^{1 f} Custodit autem fœtum² Linus fons^g in eadem Arcadia, abortusque fieri non patitur. E diverso in Pyrrhæa^h flumen, quod Aphrodisium vocatur,³ steriles facit.

^a *Exsugere corpora, ac propemodum videntur mordere.*

CAP. VI. 1 Cod. Dalec. *prægelidæ hæ.*—2 Cod. Dalec. *succo.*

CAP. VII. 1 'Ita libri scripti et editi. At Pansanias VIII. 36. amnem illum vocat Ἐλαφον. Rivus est potius, quam amnis, nec perennis.' Brotier. —2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *partum* edd. vett. et Gronov.—3 Vet. Dalec. *in Pyrrha flumen, quod Ambrysus vocatur* ; alii vett. *ad Pyrasum flumen, quod Amphrysus vocatur.*

NOTÆ

Æthiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit, Aut furit, aut patitur mirum gravitate soporem.' E Græcis, Antigonus ex Ctesia Hist. Mirab. c. 165. Sotion in Excerptis, p. 140. ex eodem: Κτησίας δὲ ἐν Αἰθιοπία κρήνην ἰστορεῖ τῷ χρώματι κιννάβαρι παραπλησίαν τοῖς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς παραλλάττειν τὴν διάνοιαν, ὥστε καὶ τὰ κρυφίως πεπραγμένα δημολογεῖν. Ctesias in Æthiopia fontem esse narrat, cujus aqua cinnabaris colorem refert: bibentes vero ex eo, mente alienati, ea quæ clam perpetrarunt eloquuntur.

^c *Juxta Romam Albulæ*] Harum meminuit Strabo lib. v. p. 238. Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ δ' Ἀνίαν διέξεισι, καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα βεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους, κ. τ. λ. Hodie *Bagni di Tivoli*, salutare apud urbem Tiburtinam aquæ, quas Anio amnis excipit. Martial. l. 13. 'Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis atces, Canaque sulfureis Albulæ fumat aquis.' A sulfureis terræ venis lactem colorem trahunt: inde nomen. Vitruvius VIII. 3. p. 157.

'In Tiburtina via flumen (lege 'fluens') Albulæ.' Vide et Galen. de Facult. Simp. Med. l. 7. Via Appia in Eccl. S. Benedicti reperta inscriptio, quam Reinesius affert, p. 240. AD. AQVAS. ALBVLAS. Et p. 193. AQVIS. ALBVLIS. SANCTISSIMIS, &c.

^d *Sed Cutiliæ*] De Cotillii aquis, ad stomachicos salubribus, vide Cælium Aurel. III. 1. et 2. in fine. Celsus IV. 5. in dissolutione stomachi, 'consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Subcutiliarumque sunt, salutare esse,' prodit. Nos de iis egimus III. 17.

^e *Thespiarum*] Hoc a Theophrasto mutuatus est, Hist. IX. 20. ut et Athenæus lib. II. p. 41. Ἐνιαχοῦ ὕδωρ γίνεται παιδογόγιον ὡς ἐν Θεσπιαῖς ἐν Πύρρᾳ δὲ ἄγονον. De Thespiis diximus IV. 12.

^f *Flumen Elatum*] Ita Mss. omnes. Ἐλαφον Pausanias vocat, in Arcadicis.

^g *Linus fons*] Reg. 2. *Lerius fons.* Isidoro Orig. XIII. 13. 'Lechnus.'

^h *In Pyrrhæa* [*Pyrrhæa*] Sic Reg.

VIII. Lacus Alphionⁱ vitilignes tollit. Varro auctor est, Titium quendam,^j prætura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus^k Ciliciæ amnis podagricis medetur, sicut apparet in epistola Cassii Parmensis ad M. Antonium. Contra, aquarum culpa in Trœzene omnium pedes vitia sentiunt. Tungri civitas^l Galliæ fontem habet insignem, plurimis bullis stellantem,² ferruginei saporis: quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Eadem aqua igne admoto³ turbida fit: ac postremo⁴ rubescit. Leucogæi^m fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et vulneribus medentur. Ciceroⁿ in Admirandis posuit, Reatinis tantum paludibus ungulas jumentorum indurari.



CAP. VIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Alpei*.—2 Cod. Dalec. *plurimis bullis stillantem*; Vet. Dalec. *plurimis stellis bullantem*; alii vett. *plurimis tubulis stillantem*.—3 Vet. Dalec. *igni admota*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad postremum* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

1. In Reg. 2. in *Pyrrha*, ut Athenæus. Theophr. de Causis II. 8. p. 242. *περὶ τὴν Πυρραίαν. Πυρραία* Stephano, *μοῖρα Θεσσαλίας*, pars est Thesaliæ.

ⁱ *Lacus Alphion*] Sic Reg. 1. aliisque. Neque is modo lacus, sed et Alpheus amnis ab hoc effectu sortitus id nomen videtur, teste Strab. lib. VIII. p. 347. Vitiligo enim Græcis ἀλφὸς dicitur. Ἄλφους δὲ καὶ λευκὰς, inquit ille de Anigro amne, sive Minyio, καὶ λειχῆνας ἴσται τὸ ἐντεῦθεν λοῦτρον· φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἄλφειδν ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας οὕτω παρῶνομάσθαι. Lavacrum Alpei amnis, seu fontes, a Plinio intelligi, simile veri est.

^j *Titium quendam*] Eunue, quem inter proscriptos a Triumviris memorat Dio lib. XLVI. p. 375.

^k *Cydnus*] Egimus de eo v. 22. Vitruvius VIII. 3. p. 159. 'Trœzeni omnino aliud genus aquæ non reperitur, nisi quod Cibdeli habent: itaque in ea civitate aut omnes, aut maxima parte, sunt pedibus vitiosi. Ciliciæ vero civitate Tarso flumen est nomine Cydnos, in quo podagrici crura macerantes levantur lore.'

^l *Tungri civitas*] Quid civitas nomine intelligi oporteat, alibi diximus: quod nempe nos vulgo Communitatem appellamus. Agit hoc loco de Spadanis aquis, salubritate celebratis, *les eaux de Spa*.

^m *Leucogæi*] Ad Pausilypum montem, qui nunc quoque *Posilipo*.

ⁿ *Cicero*] Ita Mss. omnes. Secutus est Tullium Isidorus Orig. XIII. 13.

IX. Eudicus in Estiæotide¹ fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo bibentes oves nigras fieri, Nelea, ex quo^p albas,² ex utroque autem varias. Theophrastus in Thuriis Crathim candorem facere,^q Sybarim nigritiam bobus ac pecori.

X. Quin et homines sentire differentiam eam. Nam qui e Sybari^r bibant, nigriores esse, durioresque, et crispo capillo: qui ex Crathi,^r candidos mollioresque,² ac porrecta coma. Item in Macedonia qui velint sibi candida^s nasci, ad Aliacmonem ducere: qui nigra³ aut fusca, ad Axium. Idem omnia fusca quibusdam in locis tradit nasci, et fruges quoque, sicut in Messapiis. At in Lusis⁴ Arca-



CAP. IX. 1 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps. Memorat quoque Strabo lib. IX. p. 437. Ἐστιαιῶτιν. Pars est Thessaliæ, ita dicta ab Estiæis, qui eo commigrarunt.' Brotier. *Hestiæotide* Gronov. et al. edd. ante Brotier.—2 Vet. Dalec. *albas fieri: Melan, ex quo nigras.* Gronov. et al. vett. etiam *Melan.*

CAP. X. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Nam qui Sybarim* Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Crathide e. mollioresque* edd. vett. et Gronov. *Crathi e. madidiioresque* Chiff. —3 Alii ap. Dalec. *quæ velint, &c. quæ nigra.*—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *At Lusis* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

^o *Estiæotide* [*Hestiæotide*] Ἐστιαιῶτις pars est Thessaliæ, quondam Doris nuncupata. Unde alteram appellationem sortita sit, disce ex Strabone lib. IX. p. 437. Isidorus Orig. XIII. 13. hoc ipsum referens, pro Hestiæotide Thessaliam dixit.

^p *Nelea, ex quo*] Vide Notas et Emend. num. 3.

^q *Crathim candorem facere*] Pecori sane, et bubus, esto. At capillis hominum flavum colorem inducit, teste Antigono Hist. Mirab. c. 149. post auctorem libri de Mirab. Auscult. cum Scholiaste Theoc. Idyll. xv. qui Theophrastum ipsum laudat auctorem, et Nymphodorum: Κράθιδος τὸ ὕδωρ ξανθίζει. Unde 'Crathis' fluvius Vibio Sequestro, p. 33. 'confinis Sybari, capillos facit amii colo-

ris.' Ovidius item, Met. xv. 315. 'Crathis, et huic Sybaris nostris conterminus oris, Electro similes faciunt auroque capillos.'

^r *Qui ex Crathi*] Strabo lib. vi. p. 263. Ὁ δὲ Κράθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν τοὺς λουομένους, κ. τ. λ.

^s *Qui velint sibi candida*] Pecora scilicet. Seneca Natur. Quæst. III. 25. p. 872. 'In Macedonia quoque, ut ait Theophrastus, est flumen, ad quod, qui facere albas oves volunt, adducunt: quod ut diutius potavere, non aliter quam infectæ mutantur.'

⁴ *At in Lusis*] Nomen ei loco τὰ Λουσιὰ. Narrat eadem Antigonus Carystius Hist. Mirab. c. 152. Uterque ex auctore de Mirab. Auscult. vel ex Aristotele: a quo et Sotion in

diæ quodam fonte mures terrestres vivere et conversari. Erythris Aleos annis^u pilos gignit in corporibus.

XI. In Bœotia^v ad Trophonium Deum^w juxta flumen Orchomenon duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus^x inventis.

XII. In Cilicia^a apud oppidum Cescum^r rivus fluit Nus,^b ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit. At in Cea^c insula fontem esse, quo hebetes fiunt: ² Zamæ^d in Africa, quo canoræ voces.

XIII. Vinum in tædium^e venire his qui ex Clitorio lacu

CAP. XII. 1 Gronov. et al. ante Hardnin. Crescum.—2 Vet. Dalec. qui hebetes facit.

NOTE

Excerptis, p. 139. Ἐν Λουσοῖς τῆς Ἀρκαδίας φησὶν Ἀριστοτέλης κρήνην τινὰ εἶναι ἐν ᾗ μὴ χερσαίου γενέσθαι, καὶ τούτους κολυμβᾶν ἐν ἐκείνῃ τὴν δίαίταν ποιουμένους. Lysis Arcadiæ fontem esse Aristoteles affirmat, in quo mures terrestres sint, in eodemque nudent, et vitam degant. Apud auctorem libri de Mirab. Aenscult. Ἐν Κολούσοις δὲ τῆς Ἀρκαδίας, κ. τ. λ. mendose.

^u Erythris Aleos annis] Aleon fluvius, v. 31.

^v In Bœotia] Refert hoc pariter Isidorus Orig. XIII. 13. De Orchomeno lacu diximus XVI. 66.

^w Ad Trophonium Deum] Ad Trophonii fanum, juxta Lebadiam: de quo multa Mythologi.

^x Inde nominibus] Alteri Μημοσύνης, hoc est, memoriæ, alteri Λήθης, hoc est, oblivionis, appellatione data. Vide Pausan. in Bœot.

^a In Cilicia] Inde paræmia, Κέσκον οἰκῆς, in stolidis hebetesque jaci solita, nempe εἰρωνικῶς. Zenobius Centur. IV. Proverb. 51. Κέσκον οἰκῆς. Πόλις Παμφυλίας ἀνοήτων. Ὅθεν καὶ παροιμία γέγονε, Πόλις Κέσκος νοῦν οὐκ ἔχουσα, ἐπὶ τὸν νοῦν μὴ ἔχοντων. Vide Hesychium et Suidam.

^b Nus] Νοῦς, quæ vox Græcis mentem, sensum, intelligentiam, ingenium, astutiamque significat, facto scilicet ex re nomine.

^c At in Cea] Vide Notas et Emend. num. 4.

^d Zamæ] A Vitruvio istud acceptum, VIII. 4. p. 166. Causam ejus rei Agricola putat esse, quod eæ aquæ infectæ sint sandaraca, quæ vocem purgat: lib. II. de natura eorum quæ effluunt et terra, p. 113. De Zamæ situ diximus v. 4.

^e Vinum in tædium] Vitruvius VIII. 3. p. 164. 'In Arcadia vero civitas est non ignota Clitori, in cujus agris est spelunca profluens aqua, quam qui biberint, fiunt abstemii.' Vitruvium Plinius, Plinium Isidorus sequitur, Orig. XIII. 13. Non laenum, sed fontem Clitorium vocant Athenæus lib. II. p. 43. Sotion in Excerptis, p. 139. Παρὰ Κλειτορίοις Ἰσιγονός φησιν εἶναι κρήνην, ἧς ὅταν τις τοῦ ὕδατος πῖνῃ, τοῦ οἴνου τὴν ὁσμὴν οὐ φέρει. Isigonus fontem esse in Clitoriis scribit, cujus aquam si quis biberit, vini odorem ferre non possit. Ovid. Met. xv. 322. et Vibius Sequester, pag. 339. Vide Notas et Emend. num. 5.

biberint, ait Eudoxus: Theopompus,¹ inebriari fontibus iis quos diximus.^f Mucianus^g Andri e fonte Liberi patris statis diebus septenis ejus Dei² vinum fluere, si auferatur a conspectu templi, sapore in aquam transeunte.

XIV. Polycritus^{1h} explere olei vicem juxta Solos Ciliciæ fontem. Theophrastus,ⁱ hoc idem fieri in Æthiopia ejusdem nominis² fonte. Lycos,³ in Indiæ terris fontem esse, cujus aqua lucernæ ardeant.^j Idem Ecbatanis⁴ traditur. Theopompus^k in Scotusa⁵ lacum esse dicit, qui vulneribus medetur.

XV. Juba, in Trogodytis¹¹ lacum, insanum malefica vi

//////////

CAP. XIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Vinum tædio renire . . . biberint. At Eudoxus et Theopompus* Gronov. et al. vett. *Mox, fontibus his* Chiff. — 2 Vet. Dalec. *ejusdem Dei.*

CAP. XIV. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *Polyelytus.* — 2 Ita eodd. Harduini et Chiff. cum eodd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *virtutis* Gronov. et vulgg. — 3 *Lycos* Vet. Dalec. *Mox, cujus aqua luceat* Chiff. — 4 *Idem in Ecbatanis* Vet. Dalec. — 5 'Male cod. Reg. 2. *Scotusei.*' Brotier. *Scotussa* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. XV. 1 'Ita libri scripti et editi. Ab Isidoro, Origin. XIII. 13. ap-

NOTÆ

^f *Quos diximus*] Lib. II. c. 106. 'Lynccestis aqua, quæ vocatur Acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia, et in agro Caleno.'

^g *Mucianus*] Dictum id jam superius II. 106.

^h *Polycritus*] Vide quæ dicemus in Auctorum Indice. Refert hæc quoque Vitruvius VIII. 3. p. 159. 'Alii,' inquit, 'per pingues terræ venas profuentes, uncti oleo erumpunt: uti Solis, quod oppidum est Ciliciæ, flumen nomine Liparis, in quo natantes, aut lavantes, ab ipsa aqua ungantur. Similiter Æthiopiæ lacus est, qui nectos homines efficit, qui in eo nataverint: et in India, qui sereno celo emittit olei magnam multitudinem.' Vide et Isidorum Orig. XIII. 13. Plures alios fontes, qui quasi oleo perfusi niteant, ut in eis natantium sive lavantium corpora uncta oleo videantur esse, Cæsius recenset, de

Mineral. I. 6. 11. p. 95.

ⁱ *Theophrastus*] Post Herodotum, laudatum a Sotione in Excerptis, p. 140.

^j *Cujus aqua lucernæ ardeant*] Reg. 1. *lucernæ luceant.* Reg. 2. et Chiff. *cujus aqua luceat.*

^k *Theopompus*] Sotion in Excerptis, p. 139. *Περὶ Σκότουσαν τῆς Θεσσαλίας κρηνίδιον ἔστι μικρὸν, ὃ τὰ ἔλκη πάντα θεραπεύει καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, κ. τ. λ. Juxta Scotusam Thessaliæ fons est exiguus, qui omnibus animantium vulneribus medetur. Glutinandi vim inesse ei addit idem ex Isigono. Quæ totidem verbis habet etiam auctor libri de Mirab. Auscult.*


¹ *Juba in Trogodytis*] Qui et Troglodytæ appellati sunt. Isidorus Orig. XIII. 13. 'In Troglodytis lacus est: ter in die fit amarus, et deinde toties dulcis.'

appellatum, ter die fieri amarum salsumque, ac deinde dulcem, totiesque etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum. Idem in Arabia fontem exsillire tanta vi, ut nulla mora pondus² impactum respuat.

XVI. Theophrastus Marsyæ fontem^m in Phrygia ad Cælænarum oppidum saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Clæon et Gelon, ab effectuⁿ Græcorum nominum dicti. Cyzici^o fons cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit.

XVII. Cranone^p est fons calidus citra summum fervorem, qui in vinum additus, triduo^r calorem potionis custodit in vasis. Sunt et Mattiaci^q in Germania fontes calidi trans Rhenum quorum haustus triduo fervet. Circa margines vero pumicem faciunt aquæ.

XVIII. Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturæ majora esse miracula: quamquam inter initia operis^r abunde multa retulimus. Ctesias tradit Siden^s vocari stagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur.² Cælius apud nos^a in Averno ait etiam



pellantur *Troglodytæ*. Brotier.—2 Ita ex codd. Hardninus et recentt. ut nullum non pondus Gronov. et al. vett.

CAP. XVII. 1 Chiff. qui in vino triduo addito.

CAP. XVIII. 1 Siderin Chiff.—2 Vet. Dalec. innatet, sed omnia merguntur.

NOTE

^m *Marsyæ fontem*] Isidorus loc. cit. quanquam errore gemino, et Marsidæ fontem vocat, et saxa generare, non egerere, prodit.

ⁿ *Ab effectu*] Ἀπὸ τοῦ κλαίειν καὶ γελᾶν, quod *fletum* ille, iste *risum* moveat.

^o *Cyzici*] Isidorus loc. cit.

^p *Cranone*] Sic Athenæi epitomator, lib. II. p. 42.

^q *Sunt et Mattiaci*] Mattiæas aquas laudat et Ammianus lib. XXI. p. 397. Nunc ibi oppidulum est Visbada, *Wisbad*, in ditione Moguntina, Moguntiam inter, et Francofurtum, in Veteravia. Vide Agricola

lib. I. de natura eorum quæ effluunt ex terra, p. 102.

^r *Inter initia operis*] Lib. II. c. 106.

^s *Ctesias tradit Siden*] Idem habet et Antigonus Carystius c. 161. p. 181. Sotion paulo aliter in Excerptis, p. 138. Κρήνη ἐν Ἰνδοῖς ἢ τοῦς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ' ὀργάνου, ὡς ἰστορεῖ Κτησίας. Fons est apud Indos, qui natantes non secus atque in instrumento quodam in terram ejaculatur, ut auctor est Ctesias. Plinium transcripsit ad verbum Isidorus XIII. 13.

^a *Cælius apud nos*] Et Sotion in Excerptis, p. 141. Ἀούερνός ἐστι λίμνη

folia subsidere: Varro, aves,^b quæ advolaverint, emori. Contra in Africæ lacu^c Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur: item in Siciliæ fonte^d Phinthia,³ ut Apion tradit: et in Medorum lacu puteoque Saturni. Fons Limyræ⁴ transire solet in loca vicina, portendens aliquid: mirumque quod cum⁵ piscibus transit. Responsa ab his petunt incolæ cibo, quem rapiunt annuentes: si vero eventum negent, caudis abigunt. Annis Olachas in Bithynia Bryazum alluit; (hoc et templo et Deo nomen;)^e cujus gurgitem^f perjuri negantur pati,⁶ velut flammam urentem. Et in Cantabria⁷ fontes Tamarici⁸ in auguriis⁸ habentur. Tres sunt, octonis pedibus distantes. In unum alveum⁹^h coëunt vasto singuli amne. Siccantur duodecies diebus, aliquando vicies,¹⁰ citra suspi-

//////////

—3 *Pinthia* Chiffi. *Pythia* alii ap. Dalec.—4 *Fons in Lyciæ Myris* margo edd. Dalec. et Gronov. ut xxxii. 8.—5 *Vet. Dalec. mirum quoque est, quod cum.*—6 Gronov. et al. ante Harduin. *cujus gurgite perituri notantur pati.*—7 *Cod. Dalec. urentem. In Cantabria.*—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in augurio* edd. vet. et Gronov.—9 ‘Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Frustra emendat Cl. Rezzonicus, *in unum amnem.* De horum fontium situ vide supra iv. 34.’ Brotier.—10 ‘Ita codd.

NOTÆ

ἐν Ἰταλίᾳ περὶ Κούμας, εἰς ἣν τὰ ἐκ τῆς περικειμένης ὕλης ἐμπίπτοντα φύλλα, ἢ κάρφη, ἀφανῆ γίνεται, βοθιζόμενα παραχρῆμα. *Avernus Italiæ lacus est circa Cumas, in quo folia atque festucæ, ex circumjacente sylva decedentes, statim summerguntur.*

^b *Varro, aves*] Secutus videlicet fabulas pœtaram: quod et Maronem fecisse *Æneid.* vi. 239. minime mirum: ubi de spelunca lacui proxima: ‘Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis: talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat: Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum.’ *Avernus*, quasi *ἄορνος*, ab a privativo, et *ὄρνος*, avis. Ridet hanc fabulam Strabo lib. v. p. 211.

^c *Contra in Africæ lacu*] Ut in Asphaltite Judææ, de quo diximus v. 15. Legit hunc locum aliter Isido-

rus Orig. xiii. 13. ‘Contra in Alce lacu per Porcidamum omnia fluitant, nihil mergitur.’ Nostri codices Mss. editis suffragantur.

^d *Item in Siciliæ fonte*] De quo haud dubie Seneca, quanquam tacito nomine, *Natur. Quæst.* iii. 25. p. 873. ‘Erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant late-res, et mergi projecta non possunt,’ &c.

^e *Hoc et templo et Deo nomen*] Credo etiam et anni fuisse: nam Bryazon inter Bithyniæ amnes in Geographiis appellatur, v. 43.

^f *Cujus gurgitem*] Vide Notas et Emend. num. 6.

^g *Tamarici*] De horum situ diximus iv. 34.

^h *In unum alveum*] Vide Notas et Emend. num. 7.

cionem ullam aquæ, cum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. Dirum¹¹ est,^a non profluere eos aspicere volentibus: sicut proxime Lartio Licinio,ⁱ legato post præturam,¹² post septem^j dies accidit.¹³ In Judæa^k rivus sabbatis omnibus siccatur.

XIX. E diverso miracula alia dira. Ctesias^l in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem asferre in cibis: quod et circa Danubii exortum audivi, donec veniatur ad fontem alveo appositum, ubi finitur id genus piscium. Ideoque ibi caput ejus annis intelligit¹ fama. Hoc idem et in Lydia in stagno Nympharum tra-

^a *Diri ominis.*

//////////

Reg. 1. Mediolan. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus. *Idem. vasto anne. Singulis siccantur duodecies diebus, aliquando vicies Gronov. et vulgg. vasto singuli anne. Siccantur, &c. Chiff. vasto singuli anne. Siccantur duodecim diebus, aliquando vicenis Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—11 Mirum Chiff.—12 'Ita libri scripti et editi. Crediderim tamen Plinium scripsisse, legato prætorio. De Lartio Licinio jam dictum supra, XIX. 11.' Brotier.—13 'Ita codd. Regg. Mediolan. et Editio princeps. Eruditus Harduinus ex uno cod. Chiff. emendavit, post septem enim dies occidit.' Idem. Harduinum secuti Bipont. Miller. et Franz. prætura. Post septem enim dies accidit Chiff. legato post Præturam post septem dies accidit Gronov.*

CAP. XIX. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1.

NOTÆ

ⁱ *Lartio Licinio]* Egimus de eo XIX. 11.

^j *Post septem]* Vide notas et Emend. num. 8.

^k *In Judæa]* Isidorus pariter Orig. XIII. 13. et Elias Thisbites Judæus in Lexico: 'Sambation: Nomen est fluvii, de quo dicunt, quod per singulos dies hebdomadis tanto impetu currat, deinde sabbato, ut lapides magnos moveat, neque possibile ut quis transeat. Cujus hanc ferunt esse causam, decem tribus illic captivas detineri, ut non possint exire inde nec sabbato, ne violent istud. Et Rambam,' (hoc est, Rabbi Moses Ben Maïemon), 'scripsit hunc esse fluvium Gozam . . . Ceterum sapientes vocarunt eum Sabbaton, ab eo

quod cessat, sive quiescat, in sabbato.' Vide Cardanum de Subtil. lib. II. Josephum nihil moror, qui diversus a Plinio ceterisque abit, Bell. Jud. VII. 24. ac sex diebus integris siccati, fluere tantum septimo asseverat. Holstenius in Epist. de Sabbathio flumine, Eleutherum flumen esse putat, de quo v. 17. aut rivulum certe quem Eleutherus annis influentem exceperit. Defecisse autem sive ipsum fluvium, sive potius miraculum illud, jam ante multa sæcula, ac fortasse statim post Hierosolyman excisam, id indicio est, quod nemo recentiorum ejus tanquam sibi visi meminere.

^l *Ctesias]* Et Antigonus similiter Hist. Mirab. c. 181.



dunt. In Achaia^{2 m} ad Pheneum aqua profluit e saxis, Styx appellatur,³ quæ illico necat, ut diximus.ⁿ Sed esse pisces parvos in ea tradit Theophrastus, letales et ipsos, quod non in alio genere mortiferorum fontium. Necare aquas Theopompus et in Thracia apud Cychros^o dicit: Lycus^p in Leontinis tertio die, quam quis⁺ biberit. Varro ad Socraten in fonte,⁵ cujus sit latitudo quatuor pedum: Sole oriente eum exundare ferventi similem, aves, quæ degustaverint,⁶ juxta mortuas jacere. Namque et hæc insidiosa conditio est, quod quædam etiam blandiuntur aspectu, ut ad Nonacrin^q Arcadiæ. Omnino enim nulla deterrent qualitate. Hanc⁷ putant nimio frigore esse noxiam, utpote cum profluens ipsa lapidescat. Aliter circa^r Thessalica Tempe, quoniam visus omnibus terrori est: traduntque etiam æs ac ferrum erodi illa aqua. Profluit (ut indicavimus)^s brevi spatio: mirumque,^t siliqua sylvestris amplecti radicibus



2. 3. et recentt. *intelligitur* Gronov. et vulgg.—2 *In Inachia* Chiff. *In Arcadia* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *appellata* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *die, si quisquam* Gronov. et vulgg.—5 *Vet. Dalec. scripsit esse fontem.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *avesque gustaverint* Gronov. et

NOTÆ

^m *In Achaia*] Ita Reg. 2. et Isidor. Orig. xiii. 13. In Chifflet. *Inachia*. In editis, *in Arcadia*: supervacua emendatione. Est enim Nonacris Arcadiæ, ubi Styx a Vitruvio collocatur, viii. 3. p. 163. proxima Pheneo, qui Achaïæ amnis est: atque adeo eadem Stygis aqua, et quæ ad Pheneum, et quæ ad Nonacrim sita. Vide Pausan. in Arcad. Antigon. Hist. Mirab. c. 174. Strabonem lib. viii. sub finem, aliosque.

ⁿ *Ut diximus*] Lib. ii. c. 106. et xxx. ult.

^o *Apud Cychros*] Vide Notas et Emend. num. 9.

^p *Lycus*] Lycus historicus, de quo nos in Auctororum Indice.

^q *Ut ad Nonacrin*] Vide quæ ex

Seneca retulimus ii. 106.

^r *Aliter circa*] Seneca Natur. Quæst. iii. 20. p. 872. 'Est autem noxia aqua in Thessalia circa Tempe, quam et feræ et pecus omne devitat: per ferrum et æs exit: tanta vis illi inest etiam dura molliendi,' &c. De Orco amne Plinius agit hoc loco, de quo nos plura iv. 15.

^s *Ut indicavimus*] Lib. iv. c. 15. sub finem.

^t *Mirumque*] Vitruvius viii. 3. p. 163. 'In Thessalia fons est profluens, in quo fonte nec pecus ullum gustat, nec bestiarum genus ullum propius accedit: ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo flore.' Quid siliquæ nomine intelligi oporteat, vide xiii. 16. et xv. 26.

fontem eum⁸ dicitur, semper florens purpura. Et quaedam sui generis herba in labris fontis viret. In Macedonia,^u non procul Euripidis⁹ poëtæ sepulcro, duo rivi confluent, alter saluberrimi potus, alter mortiferi.

XX. In Perperenis fons est, quamcumque rigat,^a lapideam faciens terram: item calidæ aquæ in Eubœæ Delio.^b Nam qua cadit rivus,¹ saxa in altitudinem crescunt. In Eury-
menis dejectæ coronæ in fontem lapides fiunt. In Colossis flumen est, quo lateres² conjecti lapides extrahuntur. In Scyretico metallo^c arbores quæcumque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis. Destillantes³ quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis: nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: at in Coryco, cum cecidere. In quibusdam speluncis utroque modo, columnasque^c faciunt, ut in Phausia⁴ Chersonesi^d Rhodiorum⁵

^a In metallicis fodinis insulæ Scyri.



vulgg.—7 Vet. Dalec. deterret qualitate, sed hanc.—8 Alii ejus.—9 Vet. Dalec. procul ab Euripidis.

CAP. XX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. qui quacumque rigat, lapideam facit terram . . . Namque alluit rivus Gronov. et al. vett. Nam qua Vet. Dalec. Nam que alii vett.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in quo lateres Gronov. et al. vett. quod lateres Vet. Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Distillantes edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Corinthio cum cecidere . . . ut in Phausia Chiffli. Coryco, cum decidere . . . ut Phausia Gronov.

NOTÆ

^u In Macedonia] Ex Vitruvio loc. cit. 'Non minus in Macedonia, quo loci sepultus est Euripides, dextra ac sinistra monumenti, advenientes duo rivi concurrunt in unum: accumbentes viatores pransitare solent, propter aquæ bonitatem; ad rivum autem, qui est in altera parte monumenti, nemo accedit, quod mortiferam aquam dicitur habere.' Euripidem a canibus discriptum ad Bormiscum Macedoniæ oppidum, Stephanus prodit.

^a Quamcumque rigat] Sic optime Reg. 1. cod.

^b In Eubœæ Delio] Reg. 1. debio. Reg. 2. In Eubœa eadem perna qua cadit, &c. Coniiciebat Salmasius in Solin. pag. 177. in Eubœæ Dio; est enim Δῖον Eubœæ oppidum: additque situm illud fuisse haud procul Ædepso: in quo haud leve σφάλμα prodit, Geographicæque rei ἀπερίαν.

^c Columnasque] Auctor libri de Mirab. Auseult. similibus speluncæ meminuit: Σπήλαιον δὲ καλεῖται γλαφυρόν· ἐν δὲ τούτῳ κίονες πεπήγασιν ἀπὸ τινῶν σταλαγμῶν.

^d Chersonesi] Est hæc Chersonesus in Caria, Rhodo adversa, ubi Gui-

in antro magno, etiam discolori⁶ aspectu. Et hactenus^e contenti simus exemplis.

XXI. (III.) Quæritur inter medicos, cujus generis aquæ sint utilissimæ. Stagnantes^f pigrasque merito damnant, utiliores quæ profluunt existimantes: cursu enim percussuque ipso extenuari atque proficere. Eoque miror, cisternarum ab aliquibus maxime probari. Sed hi^g rationem afferunt, quoniam levissima sit imbrium aqua, ut quæ subire potuerit ac pendere in aëre. Ideo et nives præferunt¹ imbribus, nivibusque etiam glaciem, velut affinium^h coacta² subtilitate.^b Leviora enim hæc esse, et glaciem multo levior aqua. Horum sententiam refelli³ interest vitæ. Inprimis enim levitas illa deprehendi aliter, quam sensu,

^b *Velut ad extremum redacta subtilitate aquæ, in glacie ac nive, ita ut major alibi esse non possit.*

et vulgg.—5 *Rhodo* Chiff. —6 *Vet. Dalec. versicolori.*

CAP. XXI. 1 *Ideoque et nives præferuntur* *Vet. Dalec.* —2 *Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ad infinitum coacta Gronov. et vulgg.* —3 *Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. refellere Gronov. et vulgg.* —

NOTÆ

das oppidum extrema ejus obtinet. Meminit ejus Seneca, landandus a nobis c. 30.

^e *Et hactenus*] *Exempla plura multo collegit Cæsius de Mineral. 1. 6. 10. p. 101.*

^f *Stagnantes*] *Columella 1. 5. 'Deterrima aqua palustris, quæ pigro lapsu repit. Pestilens, quæ in palude semper consistit. Hic idem tamen humor, quamvis nocentis naturæ, temporibus tamen hyemis edomitus imbribus mitescit: ex quo celestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris aluit perniciem,' &c.*

^g *Sed hi*] *Praxagoras scilicet Cons Medicus antiquissimus, teste Athenæo lib. 11. p. 46. Athenæus ipse lib. 11. p. 42. aliique. E Latinis Celsus 11. 18. 'Aqua levissima pluvialis est, deinde fontana, tum ex flumine,*

tum ex puteo. Post hæc, ex nive, ant glacie. Gravior his, ex lacu: gravissima ex palude.' *Columella 1. 5. 'Vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur, colligendæ aquæ tandem pluviali, quæ salubritati corporis est accommodatissima: sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contactam cisternam deducatur.' Hippocrates lib. de aëre et aquis, c. 4. p. 197. tom. 6. operum Galeni: Τῶν ἰδάτων κοφύτατα τὰ ὑμβρία, καὶ γλυκύτερα, καὶ λαμπρότατα, καὶ λεπτότατα.*

^h *Velut affinium*] *Reg. 1. ad infinitum. Reg. 2. velut ad finitum. Satis legi ad finium, vel, ut nunc vulgo scribimus, affinium. Ut sit sententia, perfici veluti gradibus quibusdam subtilitatem aquæ: ut sit in nive major, quam in imbribus: in glacie, quam in nive: quanquam sunt ista*

vix potest, nullo pæne momentoⁱ ponderis aquis inter se distantibus. Nec levitatis in pluvia aqua argumentum est subisse eam in cœlum, cum etiam lapides^j subire appareat, eadensque inficiatur halitu terræ. Quo fit ut pluvix aquæ sordium inesse plurimum sentiatur, citissimeque ideo calefiat^k aqua pluvia. Nivem quidem glaciemque subtilissimum elementi ejus videri miror, apposito^l grandinum argumento, e quibus pestilentissimum potum esse convenit. Nec vero pauci^m inter ipsos e contrario ex gelu ac nivibus insaluberrimos potus prædicant, quoniam exactumⁿ sit inde, quod tenuissimum fuerit. Minui certe liquorem omnem congelationeprehenditur,ⁿ et rore nimio scabiem^o fieri,

NOTÆ

tria cognata inter se et affinia. Sic paulo post Plinius hoc cap. 'cognatis et nivis causis.'

ⁱ *Nullo pæne momento*] Adversatur huic placito vulgi sententia. Et Athenæus lib. II. p. 43. aquam Pirenes in Acrocorintho fontis appensam tradit, reliquis omnibus totius Helladis leviolem fuisse deprehensam. Inscriptio vetus apud Gruterum, p. 178. IMP. DIOCLETIANVS. C. AVGVPIVS. FELIX. PLVRIMIS. OPERIBVS IN. COLLE. HOC. EXCAVATO. SAXO QVÆSITAM. AQVAM. IVGI. PROFLVIVIO. EX. TOFO. IHC. SCATENTEM. INVENTIT. MAR. SALVBRIOREM. TIBER. LEVIOREM. (hoc est, ut renur, *marina salubriorem, Tiberi leviolem.*) CVRANDIS. ÆGRITVDINIBVS. STATERA IVDICATAM. &c. Senecam vide Natur. Quæst. III. 2. Erasistratum tamen Medicum antiquissimum sequitur Plinius, ut mox dicemus.

^j *Cum etiam lapides*] Vi venti ac turbinis arreptos in sublime, ut dictum est II. 38.

^k *Calefiat*] Igne subjecto.

^l *Apposito*] Si quanta maxima subtilitas esse aquæ potest, inquit, tanta est in glacie ac nive, eandem esse

et grandinis conditionem oporteret: cum nihilominus pestilentem aquæ grandinæ potum esse, vitæ usus edoceat.

^m *Nec vero pauci*] Horum princeps Hippocrates de aëre et aquis, c. 4. p. 199. tom. VI. operum Galeni: Τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων... πονηρὰ πάντα... τὸ μὲν αὐτέου λαμπρὸν, καὶ καύφον, καὶ γλυκὺ, ἐκκρίνεται καὶ ἀφανίζεται· τὸ δὲ θολωδέστατον, καὶ σταθμωδέστατον, λείπεται. *Quæ vero aqua ex nive aut glacie fiunt, omnes præcæ: nam quod in ipsis et clarum, et leve, et dulce est, excernitur et evanescit: quod vero turbidissimum, et ponderosissimum, relinquitur.* Galenus item, Comm. v. in Aphor. 24. p. 209. tom. 9. Habet in eam rem multa elegantix plenissima Seneca Natur. Quæst. lib. IV. cap. ult.

ⁿ *Minui certe... deprehenditur*] Nempe cum solvitur, et liquescit: quo argumento efficiuntur, exspirasse et evanuisse id quod erat in aqua levissimum: quod gravissimum, id solum superesse. Hippocr. loc. cit. Plinius ipse inter confessa ponit, II. 61. 'Gelando liquorem minui, solutaque glacie non eundem inveniri modum.'

pruina uredinem,^p cognatis et nivis causis.^e Pluvias quidem aquas^q celerrime putrescere convenit, minimeque durare in navigatione. Epigenes autem aquam, quæ septies putrefacta purgata sit, perhibet amplius non putrescere. Nam cisternas etiam medici confitentur inutiles, alvo duritias facientes, faucibusque:^s ^r etiam limi non aliis inesse plus, aut animalium^s quæ faciunt tædium, confitendum habent. Nec statim amnium^t utilissimas esse, sicuti nec torrentium ullius, lacusque plurimos salubres maxime. Quædam igitur et hujus generis aptissimæ aliæ alibi. Parthorum reges^u ex Choaspe et Eulæo tantum bibunt: et eæ quamvis in longinqua comitatur illos. Et horum placere potum, non quia sint amnes, apparet: quoniam nec e Tigri, nec Euphrate, nec e multis aliis bibunt.

XXII. Limus aquarum vitium est: si tamen idem annis anguillis scateat, salubritatis indicium habetur: sicuti fri-

^c Cum sint causæ affines, quæ nivem et quæ rorem ac pruina gignunt.

//////////

4 Alii ap. Dalec. *exustum*.—5 Vet. Dalec. *confitentur alvo duritias facientes, inutilesque faucibus*; alii vett. *alvi duritias*.

NOTÆ

^o *Rore nimio scabiem*] Rubiginem. Plinius XVII. 44. 'Cæleste frugum vinearumque malum nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima hæc in roscido tractu.' Vide et XVIII. 68.

^p *Pruina uredinem*] Pruina est quæ lapsa persistet ac gelat, nec fit nisi immoto aëre ac sereno. *Gelée blanche*. A perurendo dicta, quod fruges et virgulta perurit: unde is morbus herbarum et fruticum 'uredo' dicitur: *Brulure*.

^q *Pluvias quidem aquas*] Hippocrates loc. cit. p. 198. A quo dissidere Celsus videtur, II. 30. dum inter ea, quæ alvum astringunt, 'aquam duram' censet, 'id est, eam quæ tarde putrescit, ideoque pluviam potissi-

mm.

^r *Faucibusque*] Fancium duritiæ, malum tonsillis et glandulis affine cognatumque.

^s *Aut animalium*] Vermiculorum ex aquæ putredine nascentium.

^t *Nec statim amnium*] Hæc fere totidem verbis, allatis præterea hujus placiti causis, Hippocr. loc. cit. c. 5.

^u *Parthorum reges*] Solinus c. 38. p. 68. a Plinio: Plinius, aliique ab Herodoto I. 188. p. 178. 'Ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ . . . τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μόνου πίνει βασιλεὺς, κ. τ. λ. Leviores ceteris Eulæi amnis aquam decima quinta parte esse, animadversum aiunt. Negat Athenæus lib. II. p. 46. ex pondere æstimatam.

goris, tæniæ¹ in fonte^a gigni. Ante omnia autem damnantur amaræ: et quæ, cum sorbentur,^b statim implent:² quod evenit Trœzene. Nam nitrosas atque salmacidas^{a 3 c} in desertis Rubrum mare petentes, addita polenta,^d utiles intra duas horas faciunt, ipsaque vescuntur polenta. Damnantur^e inprimis fontes, qui cœnum faciunt, quique malum colorem bibentibus: refert et si vasa^f ærea inficiunt,⁴ aut si legumina^g tarde percoquant,^b si liquatæ leniter terram relinquunt, decoctæque crassis obducunt vasa crustis. Est etiam vitium non foetidæ modo, verum omnino quicquam respicientis, jucundum sit illud licet gratumque, et ut sæpe, ad viciniam lactis accedens. Aquam salubrem aëri quam

^a *Acidas simul atque salsas.*

^b *Interest etiam plurimum, ut in vase æreo maculam non faciat, et legumina cito coquat.*



CAP. XXII. 1 'In cod. Reg. 1. *tæneas*; in Editione principe aliisque, *tineus*. Tæniæ sunt vermiculi.' Brotier.—2 Chiff. *et quæ sorbentem statim implent*; Gronov. et al. ante Harduin. *quæ scrobem statim implent*.—3 Chiff. *atque salmadicas*.—4 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *et si v. ærugine inficiunt* al. vett. ap. Dalec. *et si vasu aris*

NOTÆ

^a *Tæniæ [tineas] in fonte* Mss. Reg. 1. et 2. *tæniæ*, quæ vox vermiculos sonat, ut sæpe diximus.

^b *Et quæ, cum sorbentur* Vide Notas et Emend. num. 10.

^c *Salmacidus* Legitur hæc vox etiam apud Plinium Valer. Salmasium Reinesiumque nil moror, qui salinacidus legi voluit: perinde ac si non eadem vis foret et vocis istius *salnacidus*, quæ esse potest alterius, *salinacidus*. Nam et salmentum pro salsamento dixisse veteres, ex Joane de Janua scimus. Sed et Glossæ Philoxeni salmacidum retinent: *Salmaeia aqua, ἄλμυρον ὕδωρ. Salmacidum, ἄλμυρον. Salmacidus, ἄλμυρος, ἄλμώδης*. Et priore parte: *ἄλμυρος, salmacidus, salsus, ἄλμυρον, salmacidum, &c.*

^d *Addita polenta* Paxamus in Geopon. II. 4. p. 35. aquarum vitium emendari suadet, hordeo contuso in

aquas injecto, quod in linteolo prius illigatum: ἢ κριθὰς κόψαντες, καὶ εἰς βράκος ἐνδύσαντες, καταθώμεθα ἐν τοῖς ὕδασι.

^e *Damnantur* Hæc sunt petita ex Vitruvio VIII. 5. p. 167. Consentit et Galen. tom. IX. Comment. 5. in Aphor. p. 211.

^f *Refert et si vasa* Vide Notas et Emend. num. 11.

^g *Aut si legumina* Palladius lib. IX. in Augusto, tit. 10. p. 137. 'Aquam vero novam sic probabis . . . Decocta æneo vasculo, si arenam vel limum non relinquit in fundo, utilis erit. Item si legumina cito valebit excoquere, vel si colore pellucido, carens musco,' &c. Prævit Plinio Palladioque Celsus, inferius a nobis laudandus.

^h *Aquam . . . aëri quam simillimam* Nempe ut sit æque saporis omnis

simillimam^h esse oportet. Unus in toto orbeⁱ traditur fons aquæ jucunde olentis in Mesopotamia, Chabura.⁵ Fabulæ rationem asserunt, quoniam eo Juno perfusa sit. De cetero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet.

XXIII. Quidam statera^j judicant de salubritate, frustrante diligentia, quando perrarum est, ut levior sit aliqua. Certior subtilitas,^k inter pares meliorem esse, quæ calefiat refrigereturque celerius. Quin et haustam vasis, ne manus pendeant,^l depositisque in humum, tepescere affirmant.^c ^t

^c *Quin et e vase, in quo sit decocta, haustam minoribus vasis aquam, . . . iisque humi depositis, tepescere statim affirmant.*

//////////

inficiunt al. et si v. ære inficiunt Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Chabura* Gronov. et vulgg.

CAP. XXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. 'Crediderim aliter distinguendum, et legendum: *Quin et haustam vasis, depositisque, ne manus pendeant, in humum, tepescere affirmant.*' Brotier. *exhaustam, vasis quæ manu*

NOTE

omnino expers, atque aërem esse necesse est, ut ne sit noxius. Plinius xv. 32. 'Sentiri quidem aquæ saporem nullum succumve, vitium est. . . . odor ipse nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est.'

^l *Unus in toto orbe*] Adde et puteum, Mothonæ in Peloponneso, aquæ Cyzicennum unguentum resipientis, ejus Pausanias meminit, in Messeniæcis, circa finem. Item Athenæus lib. iv. p. 284.

^j *Quidam statera*] Hæc Plinius ex Erasistrato, qui apud Athen. lib. ii. p. 46. inconsideratos esse fallique eos tradit, qui statera bonitatem aquarum exquirunt: 'quoniam,' inquit, 'si aqua ex Amphiarai fonte, quæ saluberrima est, cum aqua Eretria vitiosa componitur, nullum profecto ponderis discrimen intercedit, ὅντως οὐδ' ἤτις ἐστὶ διαφορά κατὰ τὸν σταθμόν. Vide vetustam inscriptionem Dioeletiani Aug. superius a nobis allatam, c. 21. item Not. et Emend. n. 10.

^k *Certior subtilitas*] Sic Athenæus

lib. ii. p. 21. τὰ δὲ ταχὺ θερμαινόμενα, κοῦφα καὶ ὑγρινὰ. Quod ex Hippocrate rursum confirmat, p. 26. Hippocratis ipsius testimonio: petito videlicet e lib. v. Aphor. 26. p. 210. tom. ix. operum Galeni. ἴδιον τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κοφύστατον. Leviozem Galenus in eum locum accipi putat oportere, non quæ minus ponderis habeat: id enim vel judice trutina potest intelligi: sed quæ ventri minus gravis, citiusque permeet. Contra Celsus ex statera dijudicat, ii. 18. 'Levis pondere,' inquit, 'apparet: et ex his, quæ pondere pares sunt, eo melior quæque est, quo celerius et calefit et frigescit, quoque celerius ex ea legumina perecoquantur.'

^l *Ne manus pendeant*] Plena obscuritatis oratio. Sententia videtur esse, utraque manu arripi vas oportere: neutram esse pendulam. Lectioni tamen vulgatæ suffragantur codices manu exarati, quos vidi, omnes.

Ex quonam ergo genere maxime probabilis continget? Puteis nimirum, ut in oppidis constare² video: sed his, quibus exercitationis ratio crebro haustu³ contingit, et illa tenuitas colante terra.

Salubritati hæc satis sunt. Frigori et opacitas necessaria,^d utque coelum videant. Super omnia observatio una, eadem et ad perennitatem pertinet, ut illa e vado^{4m} exsiliat vena, non e lateribus. Nam ut tactu gelida sit, etiam arte contingit: si etiam expressa in altum,ⁿ aut e sublimi dejecta, verberatu^{5o} corripiat aëra. In natando quidem spiritum continentibus frigidior sentitur eadem. Neronis principis^p inventum est, decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiiis nivis.^q Omnem utique decoctam utiliozem

^d *Ut frigida sit aqua, præterea necessaria est opacitas.*



pendeant depositis in humum, &c. Vet. Dalec. Quin exhaustam vasis ne manus pendeant, depositisque in humum tepescere affirmant Gronov. et vulgg. Vid. Syllog. Epist. tom. i. p. 464.—2 Cod. Dalec. constat.—3 Vet. Dalec. crebra iteratio haustu.—4 Cod. Dalec. illius e vado; Vet. Dalec. ut stillans vado. 'In cod. Reg. I. ille vado. Emendandum fuit, ille e vado; non, illa vado, ut habent recentiores editiones.' Brotier.—5 Chiffi. verberatum. Mox, corripiatur

NOTÆ

^m *Ut illa e vado*] E putei medio, imoque fundo, non e lateribus.

ⁿ *Expressa in altum*] Ut in aquis salientibus evenit.

^o *Verberatu*] Reg. 2. et Chiffi. *reverberatum*, eodem sensu.

^p *Neronis principis*] De Neronis decocta, Tranquillus in Nerone, c. 48. Martial. II. 85. 'Vimine clausa levi niveæ custodia coctæ,' &c. Hoc est, ampulla, seu lagena vitrea aquæ decoctæ, et nivibus refrigeratæ, viminibus supertextis armata ac munita. Idem XIV. 116. 'Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?' Decoctam quoque sacco percolabant: unde 'saccus nivarius,' et 'colum nivarium,' apud eundem, XIV. 104. 'Attenuare nives norunt et lintea nostra: Frigidior

colo non salit unda tuo.' Juvenal. Sat. v. 50. 'Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.'

^q *Sine vitiiis nivis*] Aquam ex dissoluta et colliquefacta nive pessimam, et corporibus perniciosissimam esse, et jampridem Aristoteles quasi oraculo edidit, et eorum qui palato obsequi, quam illius auctoritatem sequi malunt, quotidiana experimenta declarant, inquit Muretus Variar. IX. 9. pag. 229. Incommoda igitur, quæ nivis potum sequuntur, fugere, et tamen æstivis mensibus frigidum bibere qui volunt, vasis duplicibus uti solent, e tenuissima lamina eo artificio factis, ut vinum aut aquam, quæ potui paratur, omni quidem ex parte nix ambiat, sed eorum

esse convenit: item calefactam^r magis refrigerari, subtilissimo invento. Vitiosæ aquæ remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida ingesta⁶ sistitur sanguis. Æstus in balineis^s arcetur, si quis ore tencat. Quæ sunt haustu frigidissimæ, non perinde et tactu esse,⁷ alternante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

XXIV. Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma præconio Urbis, Marcia est, inter reliqua Deum munere^t Urbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia,^t fons autem ipse Pitonia.^{2 u} Oritur in ultimis montibus Pelignorum: transit Marsos^v et Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox in specus mersa,³

acris Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Aqua frigida injecta* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *suavissimæ, non perinde eas tactu frigidissimas esse.*

CAP. XXIV. 1 Cod. Dalec. *munera*.—2 Gronov. et vulgg. *Piconia*.—3 *Mox*

NOTÆ

tamen neutrum contingat, neque cum eis commisceatur. Ita fit ut neque bibant nivem, et tamen nihilo minus frigidum bibant, quam si biberent nivem. Lepide Martialis in eam rem, XIV. 117. 'Non potare nivem, sed aquam potare rigentem De nive, commenta est ingeniosa sitis.' Quæ sint vitia nivis, et glaciei, Hippocrates expedit, Aphor. v. 24.

^r *Item calefactam*] Hoc ex Arist. Meteorol. I. 12. pag. 543. Συμβάλλεται δ' ἔτι πρὸς τὴν ταχυτῆτα τῆς πήξεως καὶ τὸ προτεθερμάνθαι τὸ ὕδωρ θάπτον γὰρ ψύχεται. Διὰ πολλοὶ ὕταν τὸ ὕδωρ ψύξαι ταχὺ βουληθῶσιν, εἰς τὸν ἥλιον τωέασι πρῶτον. Nonnihil facit ad concretionis celeritatem præcedens aquæ concafactio. Quandoquidem quæ prius incaluit, ocius refrigerari assolet. Quocirca multi, cum calidam celerius refrigerare volunt, prius insolant. Negat tamen Cælius experimentum id esse verum, in eum Philosophi locum.

^s *Æstus in balineis*] Sic infra de sale, c. 45. 'Æstus balinearum con-

valescentes ut tolerare possint, linguæ subditus præstat.'

^t *Aufeia*] Mallem *Saufeia*. Idem gentis Romanæ nomen.

^u *Pitonia*] Sic Mss. non *Piconia*. Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lib. II. num. 87.

^v *Transit Marsos*] Sic Vibius Sequester laudatus a nobis loco proxime cit. Hinc Statius Sylv. de Baln. Etr. 'Marsasque nives et frigora ducens Marcia.' Obrutis deinde temporis progressu canalibus fornicibusque, quibus hæc aqua tam longo viarum intervallo Romam ducebatur, factum est ut viri eruditi, Holstenius, et Fabrettus de Aquæduct. Dissert. pag. 118. hanc Marcie aquæ originem æque inter fabulas habendam censuerint, atque Alphei amantis oculos meatus. Primos ejus ortus repetunt ii a Tiburtino, unde se rursum aperire mox Plinius ait. Cursum omnem explanat accurate idem Fabrettus loc. cit.

in Tiburtina se aperit novem millibus pass. fornicibus structis perducta. Primus eam in Urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius,^w unus e regibus. Postea Q. Marcius^x Rex in prætura. Rursusque restituit^y M. Agrippa.

xxv. Idem et Virginem^a adduxit ab octavi lapidis diverticulo^b duobus millibus pass. Prænestina via.^c Juxta est Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis nomen^d obtinuit. Horum annium^e comparatione, differentia

specu mersa Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Chiffli. se aperit a IX. M. pass. fornicibus, &c.

NOTE

^w *Ancus Marcius*] Extat quidem certe in Cimelio nostro, et apud Patin. in Marcia gente nummus, cujus ex parte adversa Rex Ancus depingitur, ita curante Philippo Marcio, ob gentilitatis cum eo commune decus. Aquæ ductus in aversa signatur, cum epigraphe, PHILIPPVS AQVA. MAR.

^x *Postea Q. Marcius*] Qui ab Anco Marcio pariter Romanorum rege ducebatur genus: Plutarchus in Coriolianno, pag. 213. Μάρκιος δ' ἦσαν καὶ Πόπλιος καὶ Κοῖντος, οἱ πλείστον ὕδωρ καὶ κάλλιστον ἐν Ῥώμῃ καταγάγοντες. De Marcio et Agrippa iterum, xxxvi. 21.

^y *Rursusque restituit*] Anno Urbis dccxx. L. Sempronio Atratino, L. Scribonio Libone Coss. ex Dione lib. xlix. pag. 416. Ὁ τε Ἀγρίππας τὸ ὕδωρ τὸ Μάρκιον ὀνομασμένον, ἐκλιπὸν φθορᾷ τῶν ὀχετῶν, καὶ ἀνεκτήσατο δαπάνῃ οἰκείᾳ, καὶ ἐπὶ πολλὰ τῆς πόλεως ἐπωχέτεισεν. Agrippa aquam Marciam, quæ propter corruptos canales defecerat, suis sumptibus reparavit, ac per nullas urbis partes deduxit.

^a *Idem et Virginem*] Id ab Agrippa factum anno U. C. dccxxv. C. Sentio Saturnino, L. Lucretio Coss. refert Dio lib. liv. pag. 528. et aquam eam Augustam ab eo fuisse appella-

tam. Virginalem aquam quibus impensis Summi Pontifices Pius iv. et Pius v. populisque Rom. restitui curaverint, narrat opusculo singulari Luc. Patus JC. 'De restitutione Aquæ Virginis,' in libro de mensuris et ponderibus. Libellum singularem eodem argumento ac titulo inscripsit et August. Stenclius Eugubinus, S. Sedis Apost. Bibliothecarius. Virginem et Marciam versiculo complectitur Martialis vi. 42. 'Cruda Virgine, Marciave mergi, Quæ tam candida, tam serena lucet, Ut nullas ibi suspiceris undas,' &c.

^b *Diverticulo*] Transversis semitis, quæ sunt a latere viæ militaris.

^c *Prænestina via*] Sive, ut Frontinus ait, octavo lapide viæ Collatinæ: quod eodem recidere demonstrat idem Fabretus, erudito opere de Aquæduct. Dissert. iii. p. 169.

^d *Virginis nomen*] Aliam alii appellationis hujus causam afferunt. Casiodorus Variar. Form. vii. 6. 'quia puriore fluens unda, nullis polluitur sordibus.' Frontinus de Aquæd. lib. i. ex eo quod quærentibus aquam militibus puella virguncula quasdam venas monstravit; quas secuti qui foderunt, ingentem aquæ modum invenerunt.

^e *Horum annium*] Si conferas, in-

supra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu, tantum præstet² Marcia haustu. Quanquam utriusque jam pridem Urbi periit voluptas, ambitione avaritiaque in villas ac suburbana detorquentibus^{3 f} publicam salutem.

XXVI. Non ab re sit, quærendi aquas junxisse rationem. Reperiuntur in convallibus maxime, et quodam convexitatis¹ cardine, aut montium radicibus.^a Multi septemtrionales^g ubique partes aquosas existimavere. Qua in re varietatem naturæ aperuisse conveniat. In Hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit. Ideo sylvigeri Aquilonis tantum parte sunt. At Olympus, Ossa, Parnassus, Apenninus, Alpes, undique vestiuntur, annibusque perfunduntur. Aliqui ab Austro, sicut in Creta Albi montes.^h Nihil ergo in his perpetuæ observationis judicabitur.

XXVII. Aquarum sunt notæ,ⁱ juncus, aut arundo, aut herba, de qua dictum est:^j multumque alicui¹ loco pec-

^a *Deveni ac declivis tumuli collisque fastigio.*

//////////

CAP. XXV. 1 Vet. Dalec. *perennium*.—2 Chiff. *tactu præstat tantum*.—3 Ita codd. Harduini Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *decoquentibus* Gronov. et vulgg.

CAP. XXVI. 1 Vet. Dalec. *deveritatis*.

CAP. XXVII. 1 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1.

NOTÆ

quit, Marcia aquæ profluentem rivum, seu verius amnem, cum aqua Virgine, intelliges discrimen superius memoratum c. 23. nempe alternari frigiditatis bonum a natura, nec quæ sunt hausta aquæ frigidissima, easdem perinde et tactu esse.

^f *Detorquentibus*] Sic Mss. Reg. et Chiff. alique, non *decoquentibus*.

^g *Multi septemtrionales*] Sic Geopon. auctor II. 4. pag. 33. et cap. 5. pag. 37. Vitruvius item VII. 1. pag. 153. Palladius lib. IX. in Augusto, tit. 8. pag. 136. 'Maxime sub radicibus montium in septemtrionali parte quærendæ sunt aquæ, quia in his locis magis abundant, utilioresque nascuntur.'

^h *Albi montes*] Eginus de iis IV. 20.

ⁱ *Aquarum sunt notæ*] Vitruvius loc. cit. pag. 151. 'Signa autem, quibus terrarum generibus suberunt aquæ, hæc erunt: si invenientur nascentia, tennis juncus, salix erraticæ, alnus, vitex, arundo, hedera, aliaque, quæ ejusmodi sunt, quæ non possunt nasci, nec ali, sine humore. Solent autem eadem in lacunis nata esse... quibus non est credendum. Sed quibus regionibus et terris, non lacunis, ea signa nascuntur, non sata, sed naturaliter per se creata, illi est quærenda.' Sic etiam auctor Geopon. II. 4. pag. 32. et Cassiodorus Var. Ep. III. 53.

^j *De qua dictum est*] Lib. XXVI. c.

tore incubans rana. Salix enim erratica, et alnus, aut vitex, aut arundo, aut hederæ² sponte proveniunt, et corrivatione aquæ pluvie in locum humiliorem e superioribus defluentis, augurio fallaci.^k Certior multo¹ nebulosa exhalatio est, ante ortum Solis longius intuentibus: quod ex edito quidam speculantur, proni terram mento attingente. Est et peculiaris æstimatio peritis tantum nota, quam ferventissimo æstu sequuntur, dieique horis ardentissimis, qualis ex quoque³ loco repercussus splendeat.^l Nam si terra sitiente humidior est ille, indubitata spes promittitur. Sed tanta intentione oculorum opus est, ut indolescant; quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, loco in altitudinem^m pedum quinque defosso, ollisque e figlino opere crudis, aut perunctaⁿ pelvi ærea cooperto, lucernaque ardente concamerata^o frondibus, dein terra,⁴ si figlinum humidum ruptumve, aut in ære sudor, vel lucerna sine defectu olei restincta, aut etiam vellus lanæ madidum reperiatur, non dubie promittunt aquas. Quidam et igne^p prius excoquant locum, tanto efficaciore vasorum argumento.^c

^b Qualis sit repercussio radiorum Solis ex quovis loco.

^c Multo utique efficaciore argumento quod ex vasis diximus, si figlinum humidum, ruptumve, aut in ære sudor.

2. 3. et recentt. aliqui Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. aut vitex, aut arundo, aut edera Chiffi. aut vilex, aut edera Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. quoquo Gronov. et al. vett.—4 Alii ap. Dalec. concamerato dein frondibus et terra.

NOTÆ

16. ‘Bechion, quæ et tussilago dicitur. Duo ejus genera: sylvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges.’

^k Augurio fallaci] Id Vitruvius paulo explicatius loco proxime allato. Item Palladius in Augusto lib. ix. tit. 8. pag. 135.

¹ Certior multo] Mutuatus hæc Plinius a Vitruvio viii. 1. pag. 151. Tradidit etiam Palladius loc. cit. et auctor Geopon. loc. cit. pag. 35.

^m Loco in altitudinem] Experimenta hæc totidem verbis leges apud

Vitruvium viii. 1. p. 152. et 153. et apud Pallad. loc. cit. pag. 136. Sic etiam auctor Geopon. ii. 4. p. 32. et 33. et c. 5. p. 41.

ⁿ Aut peruncta] Oleo scilicet: ελαίω διαχρισάτω, inquit auctor Geopon. loc. cit.

^o Concamerata] Palladius loc. cit. ‘Tunc supra fossæ labra crate facta de virgis ac frondibus, additaque terra, spatium omne cooperiatur,’ &c.

^p Quidam et igne] Vitruvius loc. cit. p. 153. Palladius loc. cit. ‘Item

XXVIII. Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis, aut tota glauci coloris. In nigra^a enim scaturigines non fere sunt perennes. Figularis creta^b semper adimit spes.¹ Nec amplius puteum fodiunt, coria terræ observantes, ut a nigra descendat ordo supra dictus.^{d c} Aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in tofo. Namque et hic probatur.^d Dulces enim levissimasque² facit, et colando continet sordes.^e Sabulum exiles^e limosasque promittit. Glarea^f incertas venas, sed boni saporis. Sabulum masculum,^g et arena, et carbunculus,³ certas stabilesque et salubres. Rubra saxa optimas, speique certissimæ.⁴ Radices montium saxosæ, et silex, hoc amplius rigentes.^h Oportet autem fodientibus humidiores assidue respondere glebas, faciliusque ferramenta descendere. Depressis puteisⁱ sulfurata vel

^a Varias terræ quasi crustas observant, ut a nigro colore, qui color summæ terræ ac supremæ cutis, ad alios colores quo dictum est ordine descendatur.

^c Dum per tofum colatur, is sordes aquarum omnes recipit ac retinet.

//////////

CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Figulari creta semper adimitur spes* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *levesque* Gronov. et vulgg.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *arena carbunculosa*.—4 Chiffli. *cer-*

NOTÆ

si in eo loco focum feceris, et terra vaporata humidum fannum nebulosumque ructaverit, aquas inesse cognoscas.⁷

^a *In nigra*] Vitruvius loc. cit. 'In terra autem nigra sudores et stillæ exiles inveniuntur.'

^b *Figularis creta*] Vitruvius loc. cit. p. 152. 'In creta tenuis, exilis, et non alta est copia: ea erit non optimo sapore.' Pallad. loc. cit. 'Creta tenues, nec optimi saporis venas creabit.'

^c *Ordo supra dictus*] A nigra ad maculosam: ab hac ad glaucum colorem.

^d *Namque et hic probatur*] Testis vel ipsa vetus inscriptio, quam superius attulimus, c. 21.

^e *Sabulum exiles*] Vitruvius loc.

cit. 'Item sabulone soluto, tennis: sed si inveniatur, ea erit limosa et insuavis.' Sic et Pallad. loc. cit.

^f *Glarea*] Hæc deinceps totidem syllabis Vitruvius loc. cit. usque ad ea verba, 'oportet autem,' &c. Palladius item loc. cit.

^g *Sabulum masculum*] Durius, compactiorisque naturæ. Sic Palladius loc. cit. 'Sabulo masculus, et arena, et carbunculus, certas et ubertate copiosas.' Sic etiam Vitruvius, ut diximus. Carbunculus terræ genus est, de quo egimus antea xvii. 3.

^h *Rigentes*] Vitruvius loc. cit. 'Sub radicibus autem montium, et in saxis silicibus, uberiores, et affluentiores: eæque frigidiores sunt, et salubriores.'

ⁱ *Depressis puteis*] Hæc pariter ex

aluminosa occurrentia putearios necant. Experimentum hujus periculi est demissa ardens lucerna, si extinguitur. Tunc secundum puteum dextra ac sinistra fodiunt^s æstuararia,^{fj} quæ graviozem illum halitum recipiant. Fit et sine his vitiis altitudine^s ipsa gravior aër, quem emendant assiduo linteorum jactatu eventilando. Cum ad aquam ventum est, sine arenato^{6k} opus surgit, ne venæ obstruantur. Quædam aquæ vere statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto origo est: hybernis enim constant imbribus: quædam Canis ortu, sicut in Macedoniæ Pella utrumque. Ante oppidum enim incipiente æstate, frigida est palustris: dein maximo æstu in excelsioribus oppidi riget. Hoc et in Chio evenit, simili ratione^l portus et oppidi.⁷ Athenis^m Enneacrunos nimbose æstate frigidior est, quam puteus in

f Spivamenta.

g Fossionis profunditate.

tissimas.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fodiuntur* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *arena* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec.

NOTÆ

Vitruvio VIII. 7. p. 71. 'Calores,' inquit, 'unde etiam sulfur, alumen, bitumen nascitur, aërisque spiritus immanes, qui cum graves per intervenia fistulosa terræ perveniunt ad fossionem puteorum, et ibi homines offendunt fodientes, naturali vapore obturant in eorum naribus spiritus animales: ita qui non celerius inde effugiunt, ibi interimuntur. Hoc autem quibus rationibus caveatur, sic erit faciendum. Lucerna accensa demittatur, quæ si permanserit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis, tunc secundum puteum dextra ac sinistra defodiantur æstuararia,' &c. Transcripsit hæc quoque Palladius in Augusto lib. IX. tit. 9. p. 136. Tractat egregie hoc argumentum

Agricola de Re Metall. lib. VI. p. 172.

^j *Æstuararia*] Gallice, *des soupiraux*.

^k *Sine arenato*] Ita Reg. 2. et Chifflet. Male editi, *sine arena*. Sensus est, innum parietem, qui puteum inferne ambit, lapidibus tantum aliis super alios aggestis et collocatis strui, sine intrita calcis et arenæ, ne venæ aquarum obstruantur. Accepta hæc quoque ex Vitruvio IV. 7. p. 172. 'Cum ad aquam erit perventum, tunc sepiatur structura, ne obturentur venæ.'

^l *Simili ratione*] Ut in portu scilicet ejus insulæ incipiente æstate frigida aqua sit: in excelsioribus oppidi partibus maximo æstu rigeat.

^m *Athenis*] De hoc fonte egimus IV. II.

Jovis horto. At ille siccitatibus riget: maxime autem puteiⁿ circa Arcturum.^o

(iv.) Non^s ipsa æstate deficiunt, omnesque quadriduo eo subsidunt. Jam vero multi hyeme tota: ut circa Olympum,^p vere primum aquis redeuntibus. In Sicilia quidem^q circa Messanam et Mylas hyeme in totum inarescunt fontes: æstate exundant, amnemque faciunt. Apolloniæ in Ponto fons juxta mare æstate tantum superfluit, et maxime circa Canis ortum:⁹ parcus, si frigidior sit æstas. Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro: quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum^r fieri prodens, imbre pulverem.

XXIX. Omnis aqua hyeme dulcior, æstate autem minus, autumno minime:^t minusque per siccitates. Neque æqualis annium plerumque gustus est, magna alvei differentia. Quippe tales^s sunt aquæ, qualis terra per quam fluunt, qualesque herbarum, quas lavant, succi. Ergo iidem amnes^t parte aliqua² reperiuntur insalubres. Mutant saporrem et influentes rivi, ut Borysthenem, victique diluuntur.

//////////

oppidis.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Nam Gronov. et al. vett.—9 Cod. Dalec. et al. *et maxime Canis ortu.*

CAF. XXIX. 1 Hæc duo verba, *autumno minime*, desunt in cod. Dalec.—

NOTÆ

ⁿ *Maxime autem putei*] Athenis scilicet.

^o *Circa Arcturum*] Circa Arcturi exortum, qui fere accidit Idibus Septemb. ut dictum est XVIII. 74.

^p *Ut circa Olympum*] Sic etiam Mss. omnes, quos quidem vidi. Gronovius ex suo, *circa Olythum.*

^q *In Sicilia quidem*] Hoc verum esse Fazellus in iis oris natus testatur, Decad. 1. de rebus Siculis, IX. 8.

^r *Siccitate lutum*] Cum arena post imbres in luti duritiem glebasque majores coit: quæ mox imbre adveniente solvantur: post effusos imbres, iterum coit ac durecit.

^s *Quippe tales*] Ex Vitruvio VIII. 4.

p. 166. Plinius II. 106. 'Lacus Sinnaus in Asia circumnascente absinthio inficitur.'

^t *Ergo iidem amnes*] De Hypani idem, quod Plinius de Borysthene, prodit Vitruvius VIII. 3. p. 160. 'In Ponto est flumen Hypanis,' inquit, 'qui a capite profluit circiter millia XL. sapore dulcissimo: deinde cum pervenit ad locum qui est ab ostio ad millia CLX. admisceatur ei fonticulus oppido quam parvulus. Is cum in eum influat, tantam magnitudinem fluminis facit amaram: ideo quod per id genus terræ, et venas unde sandaraca foditur, ea aqua manando perficitur amara.'

Aliqui vero et imbre³ mutantur. Ter accidit in Bosporo, ut salsi deciderent, necarentque frumenta: toties et Nili^u rigua pluviae amara fecere,^a magna pestilentia Ægypti.

XXX. Nascuntur fontes decisis plerumque sylvis, quos arborum alimenta consumebant: sicut in Hæmo^a obsidente Gallos¹ Cassandro,^b cum valli gratia sylvas cecidissent. Plerumque vero damnosi torrentes corrivantur de tracta collibus sylva, continere nimbos ac digerere consueta. Et coli moverique terram, callumque summæ cutis solvi, aquarum interest. Proditur certe^c in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes, amnesque qui in eo situ multi erant: rursus condito post sex annos emersisse, uti quæque cœpissent partes coli.

(v.) Terræ quoque^d motus profundunt, sorbentque aquas: sicut circa Pheneum Arcadiæ quinquies accidisse constat. Sic et in² Coryco monte amnis erupit, posteaque³ cœptus

^a Ter agros, Nili aquis irrigatos, pluviae amaras fecere.



2 Cod. Dalec. *alia*.—3 Vet. Dalec. *imbribus*.

CAP. XXX. 1 *Galatas margo* edd. Dalec. et Gronov.—2 Cod. Dalec. *constat, sicut et in*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

NOTE

^u *Toties et Nili*] Narrat hoc ipsum Athenæus lib. II. p. 42. ex Theophrasto.

^a *Sicut in Hæmo*] Seneca Natur. Quæst. III. II. p. 869. 'Fuit aliquando aquarum inops Hæmus: sed cum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illum se contulisset, et sylvas cecidisset, ingens aquarum copia apparuit, quas videlicet in alimentum summæ nemora ducebant: quibus excisis, humor, qui desiit in arbusta consumi, superfluous est. . . Sed pace Theophrasti dixisse liceat, non est hoc simile veri; quia fere aquosissima sunt, quæcumque umbrosissima,' &c.

^b *Cassandro*] Macedoniae Rege, Alexandri successore.

^c *Proditur certe*] Seneca loc. cit.

'Idem (Theophrastus) ait circa Arcadiam, quæ urbs in Creta insula fuit, fontes et lacus substitisse, quia desierit coli terra, diruta urbe: postea vero quam cultores receperit, aquas quoque recepisse. Causam siccitatis hanc ponit, quod obdurerit constricta tellus, nec potuerit imbres inagitata transmittere,' &c.

^d *Terræ quoque*] Ex Seneca et istud, loco cit. 'Sæpe motu terrarum itinera fluminum turbantur, et ruina interscindit aquas, quæ retentæ novos exitus quærunt, et aliquo impetu faciunt, aut ipsius quassatione terræ aliunde alio transferuntur. . . quod accidisse ait Theophrastus in Coryco monte, in quo post terrarum tremorem nova vis fontium emersit.'

est coli. Illa mutatio mira, ubi causa nulla evidens apparet: sicut in Magnesia calidas factas frigidas, salis^d non mutato sapore. Et in Caria,^e ubi Neptuni templum est, amnis, qui fuerat ante dulcis, mutatus in salem est. Et illa miraculi plena, Arethusam^f Syracusis fimum redolere per Olympia:^g verique simile, quoniam Alpheus in eam insulam sub ima maria permeet. Rhodiorum^h fons in Chersoneso nono anno purgamenta egerit. Mutantur et colores aquarum: sicut Babyloneⁱ lacus æstate rubras habet diebus XI. Et Borysthenes^j æstatis temporibus cœruleus fertur, quanquam omnium aquarum tenuissimus: ideoque^k innatans Hypani. In quo et illud mirabile, Austris flantibus superiorem Hypanim fieri. Sed tenuitatis^l argumentum et aliud est, quod nullum halitum, non modo nebulam emittat. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt aquas graviore post brumam fieri.

XXXI. (VI.) Ceterum^m a fonte duci fictilibus tubis uti-



et recentt. *postea quam* Gronov. et vulgg.—4 Chiffi. *calidam facta frigida salis.* Pro *salis*, Gronov. et al. ante Harduin. *alias.*—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Babyloniæ* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTE

^e *Et in Caria*] Hoc ipsum refert Athenæus lib. 11. p. 42. ex Theophrasto.

^f *Arethusam*] De eo fonte diximus 11. 14.

^g *Per Olympia*] Vide Strab. lib. vi. p. 270. Seneca Natur. Quæst. 111. 26. p. 874. 'Quidam fontes certo tempore purgamenta ejectant, ut Arethusa in Sicilia, quinta quaque æstate per Olympia. Inde opinio est Alpheum ex Achaia eo usque penetrare, et agere sub mare cursum, nec ante quam in Syracusano littore emergere. Ideoque iis diebus, quibus Olympia sunt, victimarum sterces secundo traditum flumini illic reddere. Hoc et a te traditum est in poemate, Lucili carissime, et a Virgilio qui alloquitur Arethusam:

'Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermiscet undam.'

^h *Rhodiorum*] Seneca loc. cit. p. 874. 'Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est.'

ⁱ *Sicut Babylone*] Athenæus lib. 11. p. 42.

^j *Borysthenes*] Athenæus loc. cit.

^k *Idoque*] 'Ἐν τοῖς βορροῖς, flantibus Aquilonibus, inquit Athenæus, loc. cit. Borysthenes supernatat: Hypanis, Austris.

^l *Sed tenuitatis*] Vide quæ de Nili simili fere dote diximus v. 10.

^m *Ceterum*] Ex Vitruvio VIII. 7. p. 168. 'Ductus autem aquæ fiunt ge-

lissimum est crassitudine binum digitorum, commissuris pyxidatis,^a ita ut superior intret, calce viva ex oleo lævigatis.^b Libramentum^c aquæ in centenos pedes sicilici^d minimum erit: si cuniculo veniet,^d in binos actus lumina^p

^a *Juncturis tubulorum in morem pyxidum ex una parte angustioribus.*

^b *Illitis.*

^c *Declivitas aquæ ductus, a fonte usque in centenos pedes, ut minimum debet esse sicilici, hoc est, quartæ partis pollicis.*

^d *Si canali structili aqua ducatur.*



CAP. XXXI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in centenos pedes sursum

NOTÆ

neribus tribus: rivis, per canales struictiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus,' &c. Et p. 171. ' Multo salubrior est ex tubulis aqua, quam per fistulas: quod per plumbum videtur esse ideo vitiosa, quod ex eo cerussa nascitur: hæc autem dicitur esse nocens corporibus humanis: ita, si quod ex eo procreatur, id est vitiosum, non est dubium, quin ipsum quoque non sit salubre . . . Itaque minime fistulis plumbeis aqua duci videtur, si volumus eam habere salubrem. Saporem quoque meliorem ex tubulis esse,' &c. Consentit et Palladius in Augusto lib. 1x. tit. 11. p. 137.

^b *Commissuris pyxidatis*] 'Lingulatis' eodem sensu dixit Vitruvius loc. cit. p. 170. 'Sin autem minore sumtu voluerimus aquam ducere, sic erit faciendum: tubuli crasso corio ne minus digitorum duorum fiant ex testa, sed ita ut hi tubuli ex una parte sint lingulati, ut alius in alium inire convenireque possint. Tum coagmenta eorum calce viva ex oleo subacta sunt illinenda,' &c. Palladius loc. cit. 'Sed quod est salubrius et utilius, fictilibus tubis cum ducitur, duobus digitis crassi, et ex una parte reddantur angusti, ut palmi spatium unus in alterum possit in-

trare: quas juncturas viva calce oleo subacta debemus illinere.'

^c *Libramentum*] Descensus aquæ a fonte, seu capite, ad eum locum quo deducenda est. Hinc 'aquam librare,' deducere est: Gallis, *Prendre le niveau*. Hinc etiam, ut Festus ait, 'Delibrare' est, 'aquam sulco derivare:' ubi delirant, qui 'delirare' ibi reponere nituntur: quanquam lira sulcum significat. Nam vel series elementorum, quam Festus sequitur, 'delibrare' ibi legi monet oportere. Antecedit enim 'deliberare,' subsequitur 'delicare:': quas inter voces suas et huic 'delibrare' locus deletur: non isti, 'delirare.' Itaque libra alitudinem aquæ, fastigiumque significat, unde illa deducitur: viamque omnem quæ decurrit. Frontinus de Aquæd. lib. 1. 'Aquæ omnes diversa in Urbem libra perveniunt,' id est, altitudine ac via. . . 'Altissimus Anio est novus, proxima Claudia, tertium locum tenet Julia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quæ capite etiam Claudiæ libram æquat.' Vide Notas et Emend. num. 12.

^p *In binos actus lumina*] Hoc est, in pedes cccxl. ut diximus xviii. 3. Lumina spiramenta sunt, sive æstuararia: *des soupiraux*. Vide Notas et Emend. num. 13.

esse debebunt. Quam surgere^q in sublime opus fuerit, e plumbo veniat. Subit altitudinem exortus sui. Si longiore tractu veniet,² subeat crebro descendatque, ne libramenta pereant. Fistulas^r denumpedum longitudinis esse legitimum est: et, si quinariae^s erunt, sexagena pondo pendere: si octonariae, centena:³ si denariae, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denariae^u appellantur,⁴ cujus laminæ latitudo, antequam curvetur, digitorum decem est, dimidioque ejus quinarium. In omni anfractu collis quinarium fieri, ubi dometur impetus,^v necessarium est: item castella,^w prout res exiget.



elici Gronov. et vulgg.—2 Gronov. et al. ante Harduin. si uno cuniculo veniet, in binos actus: laminæ esse debebunt, per quas surgere in sublime opus fuerit, e plumbo. Subit altitudinem exortus sui: si longiore tractu veniet.—3 Vitruvius, nonaginta sex.—4 Denaria appellatur Vet. Dalec.

NOTÆ

^q *Quam surgere*] Salientem aquam intelligit. *Un jet d'eau.*

^r *Fistulas*] Tubulos plumbeos. Vitruvius VIII. 7. pag. 16. hæc fere totidem verbis.

^s *Et, si quinariae*] Minima hæc fuit fistularum latitudo: maxima, cum denariae forent. Lex antiqua, apud Frontinum de Aquæd. lib. I. NE. CVI EORVM. QVIBVS. AQUA. DARETUR PVBLICA. IVS. ESSET. INTRA. QVINQVAGINTA. PEDES. EIVS. CASTELLI EX. QVO. AQUAM. DYCERENT. LAXIOREM. FISTVLAM. SVBICERE. QVAM QVINARIAM. Modulos fistularum varios, et eorundem iconem, exhibet Alexand. Donatus III. 18. pag. 294.

¹ *Si octonariae, centena*] Rotundo numero absolutoque Plinius utitur: aliter Vitruvius loc. cit. pag. 170. 'Si octonum, pondo xcvi.'

^u *Denariae*] Vitruvius loc. cit. 'Ex latitudine laminarum, quot digitos habuerint, antequam in rotundationem flectantur, magnitudinem ita nominum concipiunt fistulae. Namque quæ lamina fuerit digitorum decem,

cum fistula perficietur ex ea lamina, vocabitur denaria, similiterque reliquæ.' Discrepare tamen a Vitruvio Frontinus videtur de Aquæd. lib. I.

^v *Ubi dometur impetus*] Aquæ nimirum decurrentis.

^w *Item castella*] Castellum receptaculum est, quod aquam publicam recipit, auctore Ulpiano Pandect. lib. XLIII. de aqua quotid. et æstiva Gallice, *un Regard*. Vitruvius VIII. 7. pag. 170. 'Inter actus ducentos non est inutile castella collocari: ut si quando vitium aliquis locus fecerit, non totum omneque opus contundatur, et in quibus locis sit factum, facilius inveniatur: sed ea castella neque decursu, neque in ventris planitie, neque omnino in vallibus, sed in perpetua fiant æqualitate.' Qui horum reficiendorum curam haberent, in vetustis inscriptionibus apud Reines. pag. 572. et apud Gruterum, pag. 601. CASTELLARIUM appellantur. Fuit et alius castellorum usus, ut ne aliunde aqua duceretur. Extat de ea re Senatusconsultum, apud Fron-

XXXII. Homerum calidorum fontium^a mentionem non fecisse demiror, cum alioqui lavari calida^b frequenter induceret:¹ videlicet quia medicina tunc non erat hæc, quæ nunc aquarum perfugio utitur. Est autem utilis sulfurata nervis,^c aluminata^{2d} paralyticis, aut simili modo solutis: bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia,^e bibendo³ atque purgationibus. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum: quod est inimicissimum: namque paulo diutius, quam balineis, uti oportet, ac postea frigida dulcedine,⁴ nec sine oleo discedentes: quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiiis. Quippe et vastitate odoris capita replentur, et frigore infestantur sudantia, corporum parte mersa. Similis error, quam plurimo potu gloriantium.⁵ Vidique jam turgidos bibendo: in tantum ut annuli integerentur cute, cum reddi non posset hausta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri convenit sine crebro salis gustu. Utuntur et cæno

//////////

CAP. XXXII. 1 Vet. Dalec. *lavantes c. f. indicaverit*; Chiff. *indiceret*.—2 Vet. Dalec. *aluminosa*. Mox, *simili morbo* Gronov. et al. ante Harduin. *simili morbo solutis, ut et bituminosa*. At *nitrosa* Vet. Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Cutilia, utilis est bibendo* Gronov. et vulgg.—4 ‘Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ *Brotier. dulci* al. ante Brotier. *dulci sine oleo discedentibus* Vet. Dalec. *discedere* al. vett. ap. Dalec. Mox, *idcirco morbis non, &c.* Vet. Dalec.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *reliqua*

NOTÆ

tin. de Aquæd. lib. I. NE. CVI. PRIVATO. AQVAM. DVCCERE. EX. RIVIS PVBLICIS. LICERET. VTIQVE. OMNES. II. QVIBVS. AQVÆ DVCCENDÆ IVS. ESSET. DATVM. EX. CASTELLIS DVCCERENT. ANIMADVERTERENTQVE CVRATORES. AQVARVM. QVIBVS. LOCIS. INTRA. EXTRAQVE. VRBEM. APTE CASTELLA. PRIVATI. FACERE. POSSENT. EX. QVIBVS. AQVAM. DVCCERENT QVAM. EX. CASTELLO. COMMVNEM ACCEPISSENT. A. CVRATORIBVS. AQVARVM. Olim dividiçula appellata, auctore Festo: ‘Dividiçula antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam

quisque in suum fundum ducit.’

^a *Homerum fontium*] Si unius Scamandri fontem exceperis, cujus aquam tepidam commendat Iliad. X. 147. Sed forte ab æstatibus.

^b *Lavari calida*] Vide quæ diximus XXV. 38.

^c *Sulfurata nervis*] Sulfur ipsum ad nervorum vulnera laudat Galenus κατὰ γένη, lib. III.

^d *Alum inata*] Galenus lib. VII. κατὰ γένη, et κατὰ τόπους.

^e *Qualis Cutilia*] Hanc quoque commendat Cælius Aurel. Chron. III. 2. De ejus situ diximus III. 17.

fontium ipsorum utiliter: sed ita, si illitum Sole inarescat. Nec vero omnes, quæ siut calidæ, medicatas esse credendum, sicut in Segesta^{6f} Siciliæ, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. Nec decolor species æris argente (ut multi existimavere) medicaminum argumentum est: quando nihil eorum in Patavinis fontibus,^g ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur.

XXXIII. Medendi modus idem et in marinis erit, quæ calefiunt ad nervorum dolores,^{1h} ferruminandasⁱ fracturas, ossaque contusa: item corpora siccanda,² qua de causa et frigido mari utuntur. Præterea est alius usus multiplex, principalis vero navigandi phthisi affectis, ut diximus,^j aut sanguinem^k exscreantibus: ³ sicut proxime Annæum^l Gal-

//////////

corporum . . . quo quidam plurimo potu gloriantur Gronov. et al. vett.—6 Egesta Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ferruminant et fracturas . . . corpora siccant* Gronov. et al. vett.—3 Ita Vet. Dalec. et Editio princeps. *sanguinem egerentibus* Gro-

NOTÆ

^f *In Segesta*] Ita Mss. recte, cum Parm. edit. Hermolaus perperam correxit *Egesta*.

^g *Patavinis fontibus*] Quorum aqua, cum vis ei medica insit, nihil a vulgari, vel odore vel colore, differt. De his fontibus egimus II. 106.

^h *Ad nervorum dolores*] Sic Q. Serenus cap. 55. pag. 159. ‘Si vero occultus nervos dolor urit inertes, Convenit et pelagi calidis perfundier undis.’ Dioscor. v. 19. de aqua marina: *Θερμὴν δὲ καταπλούμενον . . . ἀρμόζον τοῖς περὶ νεύρα πάθεισι, κ. τ. λ.* Ad podagram vel sic commendat Marcellus Empiricus cap. 36. pag. 217.

ⁱ *Ferruminandas*] Ad fracturarum fascias idecirco marinam aquam Hippocrates adhibet, *πρὸς ὑποδεσμίδας*, de liquidorum usu, cap. 3. pag. 445. tom. VI. operum Galeni.

^j *Ut diximus*] Lib. XXIV. cap. 19.

et XXVIII. 14. Celsus Corn. III. 22. ‘Quod si mali plus est, et vera phthisis est, . . . opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, cœli mutatione, sic ut densius quam id est ex quo discedit æger petatur. Ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur,’ &c.

^k *Aut sanguinem*] Plinius junior, Epist. v. 19. ‘Dum Zosimus,’ inquit, ‘libertus meus intente instanterque pronuntiat, sanguinem rejicit, atque ob hoc in Ægyptum missus a me, post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper.’

^l *Annæum*] Junium Annæum Gallionem, Senecæ Philosophi fratrem, cujus mentio apud Tacitum Annal. xv. pag. 265. Quo anno Consulatum gesserit, extraordinarium utique, nam in Consulom fastis non censetur, obscurum est.

lionem fecisse post consulatum meminimus. Neque enim Ægyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi. Quin et vomitiones ipsæ instabili volutatione^m commotæ plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris, medentur: omnibusque, propter quæ helleborum bibitur. Aquam veroⁿ maris per se efficaciorum discutiendis tumoribus putant medici, si illa decoquatur⁴ hordeacea farina ad parotidas. Emplastris^p etiam, maxime albis, et malagmatis miscent. Prodest et infusa^q crebro ictu. Bibitur quoque,^r quamvis non sine injuria stomachi,^s ad purganda corpora, bilemque atram, aut sanguinem concretum reddendum alterutra parte.^t Quidam et in quartanis⁵ dedere eam bibendam, et in tenesmis^u articularibusque^v morbis⁶ asservatam, et in hoc vetustate virus deponentem. Aliqui decoctam,⁷ omnes ex alto haustam, nullaque dulcium mixtura



nov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 *A. v. m. per sese decoquitur* Chiff. Mox, et ad parotidas Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Quidam quartanis* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. Editio princeps, al. vett. et Gronov. *articularisque morbis* ex codd. Harduinus et recentt.—7 *Aliqui præcoctam* margo edd.

NOTÆ

^m *Instabili volutatione*] Navis, qua vehimur, agitatione.

ⁿ *Aquam vero*] Plinius Valer. 111. 47.

^o *Si illa decoquatur*] Diosc. v. 19. et Marcellus Empir. cap. 15. pag. 107.

^p *Emplastris*] Diosc. loc. cit.

^q *Prodest et infusa*] Ad tumores nimirum, ac parotidas, ad cetera quæ mollienda sunt ac discutienda. Crebro ictu, hoc est, crebris, ut loquitur Cælius Aurel. 11. 3. ‘aquarum supercadentium illisionibus, quas Græci κατακλυσμοῦς vocant.’ Et 1. 4. ‘Aquarum illisio est, qua patientes partes percussæ mutari cogantur.’ Itemque 11. 7. ‘Aquarum illisio patientibus locis, quam Græci κατακλυσµον vocant.’ Nugantur, qui *cerebro icto* hic reponunt, invitis etiam Mss.

^r *Bibitur quoque*] Diosc. fere totidem verbis, loc. cit.

^s *Non sine injuria stomachi*] Quem corrodit. Dioscor.

^t *Alterutra parte*] Superne, vel inferne: vomitu, aut per alvum.

^u *Et in tenesmis*] Marcellus Empir. cap. 29. pag. 203. Plinius Valer. 11. 21. cui titulus, ‘Ad tenesmum:’ ‘Aqua marina,’ inquit, ‘ex alto hauritur, servaturque, ut vetustate vires accipiat: postea bibitur cum vino et aceto, vomitu præcedente.’

^v *Articularibusque*] Celsus 11. 21. ‘de articularum doloribus in manibus, pedibusque. Aquam marinam, vel muriam duram ferverefacere oportet: deinde in pelvem conjicere: et cum jam homo pati potest, pedes demittere,’ &c.

^w *Aliqui decoctam*] Celsus 11. 12.

corruptam, in quo usu præcedere vomitum volunt. Tunc quoque^x acetum aut vinum aqua^s miscent. Qui puram^y dedere, raphanos supermandi ex mulso aceto jubent, ut ad vomitiones^{9z} revocent. Clysteribus^a quoque marinam infundunt tepefactam. Testium quidem^b tumori fovendo non aliud præferunt. Item pernionum^c vitio ante ulcera. Simili modo^d pruribus, psoris, et lichenum curationi. Lendes quoque^e et tetra capitis animalia hac curantur: ¹⁰ et liventia^f reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus post marinam aceto calido fovere plurimum prodest. Quin et ad ictus^g venenatos salutaris intelligitur, ut phalangiorum

//////////

Dalec. et Gronov. e Diosc.—8 Vet. Dalec. aquæ; Chiff. ex aqua. Mox, Qui parum Gronov. et al. ante Hardnin. Qui puram Chiff.—9 Vet. Dalec. ut vo-

NOTÆ

de ejectione: 'Tunc immittenda in alvum est, si levi medicina contenti sumus pura aqua: si paulo valentiori, mulsa.... Aeris autem est marina aqua, vel alia sale adjecto: atque utraque decocta commodior est.'

^x Tunc quoque] Q. Serenus cap. 50. de quartana, pag. 157. 'Prodest et potus, sed mulsus Doridis humor.'

^y Qui puram] Vide Notas et Emend. num. 14.

^z Ut ad vomitiones] 'Ut sit vomitus facilior, qui tenesmi causas effundat,' inquit Marcellus Empiricus cap. 26. pag. 203.

^a Clysteribus] Marcellus Empiric. cap. 27. pag. 196. 'Torminosis saluberrime aqua marina per clysterem infundetur, si molestia dintina fuerit.' Plinius Valer. II. 25. 'Aqua marina calida clysterio infunditur.' Denique Diosc. v. 19. Πρὸς τὰ κενώματα ἐνιέμενον χλιαρὸν, καὶ πρὸς στρόφους θερμὸν. Ad morendas dejectiones tepefacta clysteribus infunditur: ad tormina vero calens.

^b Testium quidem] Q. Serenus cap. 37. pag. 149. 'Et tumidos testes Nercia lymphæ coëcret.' Marcellus Em-

piricus cap. 33. pag. 228. 'Testiculi tumentes aqua marina rationabiliter foventur.' Sic etiam Theod. Priscianus I. 25.

^c Item pernionum] Diosc. totidem verbis, v. 19. 'Ἀρμόξον χιμέτλοις πρὸ τοῦ ἔλκωθῆναι. Theod. Priscianus I. 28. de pernionibus: 'Pernionibus, qui cum pruritu sunt, aquæ marinæ fofus satis prodest.'

^d Simili modo] Dioscor. item: Ψώρας τὲ καὶ κνησμῶν, καὶ λειχήνων, κ. τ. λ.

^e Lendes quoque] Plinius Valer. I. 4. 'Lendes, et alia capitis tetra animalia quæ nocent, lotione aquæ marinæ necantur.' Q. Serenus cap. 6. de phthiriasi arcenda, pag. 128. 'Unda maris lendes capiti deducit iniquas, Et quicquid crebri defendit sylvæ capilli.'

^f Et liventia] Dioscor. loco citato.

^g Quin et ad ictus] Diosc. loc. cit. Καὶ πρὸς τὰ τῶν θηρίων δῆγματα, ὕσα τρῶμους καὶ ψυγμοὺς φέρει, μάλιστα δὲ σκορπίων καὶ φαλαγγίων, καὶ ἀσπίδων. Salutaris quoque est ad venenatorum morsus ictusæ, quæ quidem tremores

et scorpionum: et ptyade aspide^h respersis.¹¹ Calida autem in his assumitur.¹² Suffitur^a eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina^j quoque et choleram calida¹³ infusa clysteribus sedat. Difficilius perfrigescent marina calefacti. Mammæ sororiantes,¹⁴ k præcordia, maciemque corporis^l piscinæ maris corrigunt. Aurium gravitatem,^m capitis dolores, cum aceto ferventium vapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. Pecorum quoque scabiem sanant, lanasque emolliunt.

XXXIV. Nec ignoro hæc mediterraneis supervacua¹ videri posse. Verum et hoc cura providit, inventa ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plus quam sextarius salis in quatuor aquæ sextarios² mergatur, vini aquam, salemque non liquari. Cetero sextarius salis, cum quatuor aquæ sextariis, salsissimi maris vim et naturam implet. Moderatissi-

^a Calefactæ vapor excipitur.

//////////

mitiones.—10 Vet. Dalec. hac necat.—11 Chiff. respersus. Margo edd. Dalec. et Gronov. respersis si quis in calidam descendat, e Diosc.—12 Ibid. ex eodem, aditur.—13 Ibid. ex eodem, tepcfacta; Chiff. calefacta.—14 Vet. Dalec. rigentes.

CAP. XXXIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. supervacanea Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. sextarius s. cum q. a. sextariis Gronov. et al. vett. sextarium salis in

NOTÆ

perfrictionesque inferunt: maxime vero scorpionum, phalangiorum, aspidumque.

^h Ptyade aspide] Πτυχὰς, hoc est, sputatrix: species quædam aspidis est, cujus et Ægineta meminit: ab inspuendo corporibus veneno nomen traxit.

ⁱ Suffitur] Dioscor. loc. cit. de aqua marina: Ἐπατμιζόμενον δὲ θερμὸν ὑδρωπικὸν, κεφαλαλγίας, καὶ δυσηκότας παραγορεῖ.

^j Tormina] Diosc. loc. cit. ut jam diximus.

^k Mammæ sororiantes] Festus: ¹ Sororiare mammæ dicuntur puella-

rum, cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Frivolaria: 'Tum papillæ plurimum Sororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.' Dioscor. v. 19. μαστῶν σπαργόντων, mammæ nimio lacte turgentes.

^l Maciemque corporis] Hoc verborum ambitu phthisin intelligit, sive tabem, et malum corporis habitum. Diosc. loc. cit. Καὶ ταῖς χρονίαις καχεξίαις τοῦ σώματος . . . ὠφέλιμον τὸ δ' αὐτοῦ λουτρόν.

^m Aurium gravitatem] Diosc. supra citatus.

num autem putant, supra dictam aquæ mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita et nervos excalefaciat,³ et corpus non exasperet.

XXXV. Inveteratur:ⁿ et quod vocant^r thalassomeli, æquis portionibus maris, mellis, imbris ex alto: et ad hunc usum advehunt, fictilique vase² et picato condunt. Prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione, et sapore grato et odore.

XXXVI. Hydromeli^o quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vini^r ægris, veluti innocentiore potu, damnatum jam multis annis, iisdem vitiis,^p quibus vinum, nec iisdem utilitatibus.

XXXVII. Quia^r sæpe navigantes defectu aquæ dulcis laborant, hæc quoque subsidia demonstrabimus. Expansa circa navim vellera madescunt accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur. Item demissæ^q reticulis in mare² concavæ e cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata³ dulcescit. Luxata⁴ corpora et hominum et quadrupedum, natando in cujus libeat⁵ generis aqua, facillime in artus redeunt. Est et in metu peregrinantium, ut tentent valetudinem aquæ ignotæ: hoc cavent e balineis⁶ egressi statim frigidam suspectam hauriendo.

//////////

q. a. sextarius Chiff. — 3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. calefaciat Gronov. et vulgg.

CAP. XXXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Inveteratur, quod vocatur Gronov. et al. vett. — 2 Chiff. vaso.

CAP. XXXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. vinum Gronov. et vulgg.

CAP. XXXVII. 1 Et quia Vet. Dalec. — 2 Gronov. et al. ante Harduin. et in mari. — 3 Vet. Dalec. argilla marina aqua percolata. — 4 Jacta Chiff. Mox, pro corpora, Vet. Dalec. membra. — 5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. cujuslibet Gronov. et vulgg. — 6 Cod. Dalec. a balineis.

NOTÆ

ⁿ Inveteratur] Hæc totidem fere verbis Plinius Valer. II. 23. et Dioscor. v. 20. Θαλασσόμελι δοκεῖ καθαίρειν ἀνδρικῶς, κ. τ. λ.

^o Hydromeli] Vide quæ de eo dicta sunt XIV. 20. et XXII. 51.

^p Iisdem vitiis] Plinius XXXII. 51.

de hydromelite, seu aqua mulsa: 'Longa vetustate transit in vinum, ... stomacho inutilissimum, nervisque contrarium.' Damnat et in ægrotantium potu hydromeli Diosc. v. 17.

^q Item demissæ] Vide quæ de Arado et Ormuzia diximus II. 106.

XXXVIII. Muscus, qui^a in aqua fuerit, podagris illitus prodest: item oleo admixto, talorum dolori tumorique. Spuma aquæ affrictu¹ verrucas tollit. Nec non arena^b littorum maris, præcipue tenuis et Sole² candens, in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum, aut rheumatismos sentientium. Et hactenus de aquis: nunc de aquatilibus. Ordinemur autem, ut in reliquis, a principalibus eorum, quæ sunt sal et spongia.

XXXIX. (VII.) Sal omnis^c aut fit, aut gignitur: ^a utrumque pluribus modis, sed causa gemina, coacto humore,^d aut siccato. Siccatur in lacu Tarentino æstivis Solibus, totumque stagnum in salem abit, modicum alioqui, altitudine genua non excedens. Item in Sicilia in lacu qui Cocanicus^e vocatur, et alio juxta Gelam. Horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi,

^a Aut factitius est, aut natus.

//////////

CAP. XXXVIII. 1 Vet. Dalec. *aquæ marinæ affrictu*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sed sole* Chiff. *et solibus* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

^a *Muscus, qui*] De Musco marino certe Diosc. idem prodit iv. 99. Βρόνον θαλάσσιον . . . ποιῶν πρὸς φλεγμονὰς καὶ ποδάγρας, κ. τ. λ.

^b *Nec non arena*] Totidem verbis Diosc. v. 267. Ἄμμος ἢ παρὰ τοῖς ἀγί-αλοῖς πυρωθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἐξικμάζει τὰ ὑδερῶδη σώματα περιχωρνούμενα δίχα κεφαλῆς. *Arena littoralis Sole fervefacta hydropicorum corpora resiccat, si capite tenuis ea undique obruantur.* Cælius Aurel. Chron. III. 8. de hydrope: 'Item,' inquit, 'ex arena littoris Sole ignita torrenda corpora: hyemis vero tempore igne prætorrenda,' &c. Theod. Priscianus II. 2. 19. de hydropticis: 'Et de arena calida in littore hæc loca' (ventris sub umbilico) 'detergere, maximum interdum est beneficium.' Prævit his Celsus III. 21. ubi de aqua inter cutem: 'Evocandus est sudor, non exercitatione tan-

tummodo, sed etiam in arena calida, vel laconico, vel elibano,' &c. Græci hanc curationem *παρόπτησιον*, et *φοινιγμὸν* appellant: de qua abunde idem Cælius Aurel. edisserit, Chron. II. 1. de paralyti.

^c *Sal omnis*] Sal omnis, inquit, aut natus est, aut factitius. Nativus vel in terra, vel extra terram reperitur. Qui in terra est, aut in montibus cæditur, aut foditur in campis, aut ab eorundem arenis extrahitur. Sal vero qui gignitur extra terram, fontibus, fluviis, mari, lacubusque continetur.

^d *Coacto humore*] Densato humore sub terra, unde effoditur, cæditurve, ut mox dicitur.


^e *Qui Cocanicus*] Stagnum Cocanicum haud procul ostio Dirilli amnis, latere Siciliae meridionali. Fazellus Decad. I. l. v. c. 2. p. 119.

ubi largius coquitur, et usque ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile, quod tantundem nocte^r subvenit, quantum die auferas. Omnis est talis sal minutus, atque non gleba est.

Aliud genus^f ex aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus ac scopulis relicta. Hic omnis rore densatur: et est acrior qui² in scopulis invenitur.

Sunt etiamnum naturales differentiae tres. Namque in Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios,³ sale exaestuant: sicut ad Citium in Cypro, et circa Memphin, extrahunt e lacu,⁴ dein Sole siccant. Sed et summa^g fluminum densantur in salem, amne reliquo veluti sub gelu fluente, ut apud Caspiae portas, quae salis flumina appellantur. Item circa Mardos et Armenios. Praeterea apud Bactros amnes⁵ Ochus et Oxus,⁶ ex appositis montibus deferunt salis ramenta. Sunt et in Africa lacus, et quidem turbidi, salem ferentes. Ferunt quidem et calidi fontes, sicut Pagasæi. Et hactenus habent se genera ex aquis sponte provenientia.

Sunt et montes^h nativi salis, ut in Indis Oromenus, in quo lapidinarum modo caeditur renascens: majusque regum vectigal ex eo, quam ex auro est atque margaritis.⁷



CAP. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. noctu Gronov. et vulgg.—2 Hæc . . . quæ Vet. Dalec.—3 Idem Vet. Parios. Mox, æstuant Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. extrahunt lacu Gronov. et vulgg.—5 Gronov. et al. ante Harduin. amnis.—6 Vet. Dalec. Iaxartes. Mox, ex his appositis Chiffli.—7 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Har-

NOTÆ

^f Aliud genus] Spuma hæc salis, seu spuma maris arida est, ἀλδς ἕχρη dicta Diosc. v. 127. ramentum videlicet, purgamentumve maris spumosum, quod in exilibus petris reperitur, ejusdem cum sale facultatis, ἐπίψηγμα ἀλδς ἀφρώδους, εὐρισκόμερον ἐπὶ τῶν πετρίδιων, κ. τ. λ. Vide Agricola de Natura Fossil. l. III. p. 208.

^g Sed et summa] Amnium, lacuum,

fontiumque salsorum clennum vide apud Agricola lib. I. de natura eorum quæ effluunt ex terra, p. 99.

^h Sunt et montes] Exscripsit hunc locum Isidorus Orig. XVI. 2. Caeditur hodieque copiosus in Carpatho Hungariae monte, aliisque quos Agricola recenset de Natura Fossil. lib. III. p. 207.

Effoditurⁱ et e terra, ut palam est, humore densato, in Capadocia. Ibi quidem cæditur specularium lapidum modo. Pondus magnum glebis, quas micas vulgus appellat. Gerrhis Arabiæ^{8j} oppido muros domosque massis salis faciunt, aqua ferruminantes.^k Invenit et juxta Pelusium Ptolemæus rex, cum castra faceret. Quo exemplo postea inter Ægyptum et Arabiam, etiam squalentibus locis, cœptus est inveniri, detractis arenis: qualiter et per Africæ^l sitientia usque ad Hammonis oraculum. Is quidem⁹ crescens cum Luna noctibus. Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Hammoniaco^m et ipso, quia sub arenis inveniatur, appellato. Similis est colore¹⁰ alumini, quod schiston vocant, longis glebis, neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicinæ utilis. Probatⁿur quam maxime perspicuus, rectis scissuris.¹¹ Insigne de eo proditur, quod levissimus intra specus suos, in lucem universam¹² prolatus, vix credibili pondere ingravescat. Causa evidens, cuniculorum spiritu madido sic adjuvante molientes, ut adjuvant aquæ.^o Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellavimus: nec non et Cyprio mire simili. In Hispania quoque^p citeriore



duin. 1. 2. 3. et recentt. *ex eo est quam ex auro atque margaritis* Gronov. et vulg. — 8 *Carrhis Arabiæ* Gronov. et al. ante Harduin. — 9 *Vet. Dalec. oraculum is quidem.* — 10 *Similis est corpore* Vet. Dalec. — 11 *Margo edd. Dalec. et Gronov. segmentis ὀρθέλας διαφύσεις ἔχων,* e Diosc. — 12 *Vet. Dalec. universi.*

NOTÆ

ⁱ *Effoditur*] Etiamnum ad secundum a Cracovia Poloniæ lapidem, alisque in locis, effodi salem, Agricola refert loc. cit.

^j *Gerrhis Arabiæ*] Vide Notas et Emend. num. 15.

^k *Ferruminantes*] Conglutinantes aspersione aquæ, quæ mox in salem concrestat.

^l *Qualiter et per Africæ*] Iisdem verbis Isidorus Orig. XVI. 2. Plinius ipse v. 5. ‘Domos sale montibus suis exciso, ceu lapide, construunt.’

^m *Hammoniaco*] Non igitur ab Hamnone, sed *παρὰ τῆς ἁμμων,* ab

arena, nomen. Gallice, *Sel Ammoniac.*

ⁿ *Probatⁿur*] Dioscor. v. 126. Ἄμμωνιακὸν τῶ γένει, εὐσχιστόν τε καὶ ὀρθέλας τὰς διαφύσεις ἔχων. *Hammoniacum natione, quod quidem et findi facile potest, et rectis est scissuris.*

^o *Ut adjuvant aquæ*] Quæ injecta pondera gestitant, et nobis ea movere conantibus levia præbent.

^p *In Hispania quoque*] Solinus cap. 23. p. 43. de Hispania: ‘Non coquant ibi sales, sed effodiunt.’ Gellius II. 22. ex Catone: ‘Est in his regionibus mons ex sale mero magnus: quantum demas, tantum accrescit.’

Egelestæ cæditur, glebis pæne translucentibus, cui jam pridem palma a plerisque medicis inter omnia salis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur sal, sterilis est, nihilque gignit: et in totum sponte nascens intra hæc est.^b

Factitii¹³ varia genera. Vulgaris plurimusque in salinis, mari affuso, non sine aquæ dulcis riguis, sed imbre maxime juvante, ac super omnia Sole multo, non aliter inarescens. Africa circa Uticam construit acervos salis ad collium speciem: qui ubi Sole Lunaque induruere, nullo humore liquescunt, vixque etiam ferro cæduntur. Fit tamen et in Creta sine riguis, in salinas mare infudentibus:^c et circa Ægyptum, ipso mari^q influente in solum (ut credo) Nilo succosum.^d Fit et e puteis in salinas ingestis. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur,^e oleo simile, quo et in lucernis utuntur: hoc detracto subest sal. Et in Cappadocia e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt.¹⁴ In Chaonia^r excoquant aquam ex fonte, refrigerandoque salem faciunt inertem, nec candidum.¹⁵ Galliæ Germaniæque ardentibus lignis^s aquam salsam infundunt.

XL. Hispaniæ quadam sui parte e puteis hauriunt,^a mu-

^b Et omnino hæc sunt nativi salis genera.

^c Sine mixtura aquæ dulcis, sola marina aqua affusa in salinas.

^d Nili aquis nitrosis irrigatum.

^e Aqua e puteis Babylone hausta et in salinas ingesta primum densatur in bitumen, &c.



—13 Vet. Dalec. et cod. ejusdem: sal sponte nascens, sterilis est, nihilque gignit in totum. Sunt inter hæc factitii. Gronov. et al. vett. inter hæc est. Factitii, &c.—14 Cod. Dalec. sal, et in Cappadocia puteis, ac fonte, quem in salinas ingerunt.—15 Vet. Dalec. sed candidum.

NOTÆ

Sic etiam Isidorus Orig. xvi. 2. Hue lepide Sidonius allusit Epist. ix. 12. 'Venit in nostras a te profecta pagina manus, quæ trahit multam similitudinem de sale Hispano, in jugis cæso Tarraconensibus: nam recensenti lucida et salsa est.'

^q Ipso mari] Ipsum mare, inquit, sua vi influens in Ægypti solum, abit

in salem.

^r In Chaonia] Vide Notas et Emend. num. 16.

^s Ardentibus lignis] Salis ita conficiendi rationem Agricola edocet de Re Metall. l. vi. p. 450.

^a E puteis hauriunt] Aquam salsam, quam lignis infundant.

riam appellant : et illi quidem etiam lignum referre arbitrantur. Quercus optima, ut quæ per se cinere sincero vim salis reddat : alibi corylus laudatur : ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur. Quicumque ligno¹ confit sal, niger est. Apud Theophrastum invenio, Umbros^{2b} arundinis et junci cinerem decoquere aqua solitos, donec exiguum superesset humoris. Quin et e muria^c salsamentorum recoquitur, iterumque consumto liquore ad naturam suam redit : vulgo e mænis^d jucundissimus.

XLI. Marinorum^e maxime laudatur Cyprius a Salamine : de stagnis¹ Tarentinus, ac Phrygius,^f qui Tattæus vocatur. Hi duo oculis utiles. A Cappadocia vero, qui in laterculis^g affertur, cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extendit is, quem Citieum appellavimus.^h Itaque a partu ventrem eo cum melanthio illinunt.² Salsissimus sal qui siccissimus :³ suavissimus omnium Tarentinus atque candidissimus : et de cetero fragilis, qui maxime candidus. Pluvia dulcescit omnis. Suaviorem tamen rores faciunt : sed copiosum Aquilonis flatus. Austro non nascitur. Flos salisⁱ non fit, nisi Aquilonibus. In igne^j nec crepitat, nec

CAP. XL. 1 Qui e ligno cod. Dalec. Mox, conficitur sal Vet. Dalec.—2 Umbrios Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XLI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. al e stagnis Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Chiffi. qui Tacteus . . . utiles. E Cappadocia. Deinde, qui in utriculis affert Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. illinunt Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. sal qui siccissi-

NOTÆ

^b Umbros] Vide Notas et Emend. num. 17.

^c Quin et e muria] Muria salsugo est, in qua salsamenta innatant, hoc est, pisces, ceteraque id genus, quæ sale condiuntur, ad diuturnum usum : la Saumure.

^d Vulgo e mænis] E mænis sale conditis, salsugine sen muria decocta, jucundissimus sal eximitur.

^e Marinorum] Diosc. v. 126.

^f Ac Phrygius] Dioscor. loc. cit. Ἐν τοῖς λεγομένοις δὲ καὶ τὰ λιμναῖα προκριτέον· εὐτονώτατον δὲ αὐτοῦ ἐστὶ

τὸ φρύγιον, καλούμενον δὲ Τατταῖον.

^g Qui in laterculis] Tubulis e laterculo coctili, aut simili vase. Ita Mss. omnes.

^h Citieum appellavimus] Cap. 39.

ⁱ Flos salis] Sic appellabant tenuissimum, favillæ instar, levissimum, candidissimumque salem. De eo inferius c. 42. Neque is porro, neque omnino ullus sal minutatim dissolutus in igne crepitat, aut exsilit. Vide Agricol. de Natura Fossil. lib. III. p. 209.

^j In igne] Isidorus Orig. XVI. 2.

exsilit Tragasæus, neque Acanthius ⁴ ^k ab oppido appellatus: nec ullius ¹ spuma, aut ramentum, aut tenuis. Agrigentinus ^m ignium patiens, ex aqua exsilit. Sunt et colorum differentiæ. Ruber ⁵ Memphi, ⁿ rufus est circa Oxum: Centuripis ⁶ ^o purpureus. Circa Gelam ^p in eadem Sicilia tanti splendoris, ut imaginem recipiat. In Cappadocia ^q croceus ⁷ effoditur, translucidus et odoratissimus. Ad medicinæ usus, antiqui Tarentinum maxime laudabant. Ab hoc quemcumque e marinis: ex eo genere, spumeum præcipue. ^r Jumentorum ^s vero et boum oculis, Tragasæum et Bæticum. Ad opsonium et cibum utilior quisquis facile liquescit; item humidior: minorem enim amaritudinem habent, ut Atticus et Euboicus. Servandis carnibus aptior

mus codd. Dalec. et Chiff. sal siccissimus Gronov. et vulgg.—4 *Cantis* Chiff. Mox, Vet. Dalec. aut *tania*.—5 *Rubei* Chiff.—6 *Centum ripis* in

NOTÆ

Sali Tragasæo in Troade tributum impositum scribit Athenæus lib. III. p. 73. Strabo lib. XIII. p. 605. eodem in tractu, haud procul Hamaxito, de quo v. 33. diximus, salinas Tragesæas locat: Τὸ Τραγεσαῖον ἀλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἐτησίαις πηγνύμενον πρὸς Ἀμαξίτην, ubi sal sponte sua cogitur spirantibus Etesis. Consentit etiam Galenus de Fac. Simp. Med. XI. 2. p. 316. In Reg. 1. *Tragasæus*. In Reg. 2. *Tragesæus*. Errat Stephanus, qui Tragasas, et Tragasæum salem in Epiro locat.

^k *Acanthius*] Ab Acantho Macedonia oppido, de quo dictum est IV. 17.

¹ *Nec ullius*] Subintellige, salis. Vide Agricola, loco proxime cit.

^m *Agrigentinus*] Solini paraphrasis, c. 5. p. 20. 'Salem Agrigentinum si igni junxeris, dissolvitur ustione: cui si liquor aquæ proximaverit, crepitat veluti torreatur.' Futilis Menrsii conjectura, in Antigon. p. 188. vel inde intelligitur, qui legi suadet,

'Agrigentinus ignium impatiens.' Ignium patiens dicitur, qui in igne non crepitat, nec exsilit. August. de Civit. Dei XXI. 5. et 7. Agrigentinum salem ait, 'cum fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere: cum vero aqua, velut in igne crepitare.'

ⁿ *Ruber Memphi*] Isidorus Orig. XVI. 2.

^o *Centuripis*] Isidorus loco citato.

^p *Circa Gelam*] Isidor. loc. cit.

^q *In Cappadocia*] Sic Isidorus loc. cit. At Solinus c. 5. p. 20. 'in Pachyno adeo splendidus et lucidus, ut imagines reddat.' Quo id auctore prodatur, incertum. In Mss. et apud Isidor. *crocinus*.

^r *Spumeum præcipue*] Spumam maris intelligit, seu spumam salis, ut juniores aiunt, de qua Diosc. II. 127.

^s *Jumentorum*] Et hominum similiter oculis Plinius Valer. adhibet I. 18. 'Sal fixum,' inquit, 'tritum, admixto melle Attico inunges, et caliginem tollit.'

acer et siccus, ut Megaricus. Conditur etiam odoribus additis,⁸ et pulmentarii vicem implet, excitans aviditatem,⁴ invitansque in omnibus cibis, ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta. Ita est^u in mandendo quæsitus garo.^{a 9} Quin et pecudes^v armentaque et jumenta sale maxime sollicitantur ad pastum multo largiore lacte,^w multoque gratiore etiam in casco dote. Ergo hercules vita humanior sine sale non quit¹⁰ degere: adeoque necessarium elementum est, ut transierit intellectus ad voluptatem, animi quoque.^b Nam ita sales^{11 x} appellantur: omnisque vitæ lepos et summa hilaritas, laborumque requies

^a Ita ut in omnibus condimentis vis ejus peculiariter sentiat. Idcirco et in gari esu imprimis quaritur.

^b Ut id nomen salis intelligamus transiisse etiam ad voluptates animi significandas, non ad palati tantum gustum.



codem codice.—7 Chiff. *crocinus*.—8 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *additus* Gronov. et vulgg.—9 *Iterum in mandendo quæsitum garum* Chiff.—10 Gronov. et al. vet. *nequit*.—11 Ita Regg. Biot. 1. 3. ‘Vetus hæc erat lectio, *voluptates animique quoque somnia*,

NOTÆ

⁴ *Excitans aviditatem*] Expressit hoc ipsum carmine Vir Clarissimus Huëtius, in poematio de sale: ‘Pulsa fames, et amor salibus revocatur edendi, Obsusque abeunt fastidia longa palato.’

^u *Ita est*] Mss. Reg. 2. et Chiff. *Iterum in mandendo*.

^v *Quin et pecudes*] Vide quæ dicitur sumus inferius, sub finem cap. 44.

^w *Multo largiore lacte*] Arist. Hist. Anim. VIII. 13. p. 909. et Isidorus Orig. XVI. 2. Neque id Maronem latuit Georg. lib. III. ita canentem: ‘At cui lactis amor, cytisum lotosque frequentes Ipse mann salsasque ferat præsepibus herbas: Hinc et amant fluvios magis, et magis ubera tendunt, Et salis occultum referunt in lacte saporem,’ &c. Nec minus eleganter idem Huëtius, nihilo sane Marone inferior: ‘Ipse fovens mol-

les clausis præsepibus agnos, Matribus upilio sparsas sale præbuit herbas: Præbuit, atque nova vidit pinguedine lætos In spem lanigeræ fœtus adolescere gentis, Plenaque spumanti retulit mulctralia lacte.’

^x *Num ita sales*] Sal enim, vel sales, urbanitas est, jocus, argutia, lepos. Hinc librorum sales, sal humanitatis, protervi urbanive sales, sal dicendi et facetiæ, similiaque, quæ Latine periti norunt. Vates idem, qui proxime laudatus a nobis, admodum scite: ‘Denique non nostros commendat gratia mores, Ni fuerint tincti salibus: frigemus inepti: Nullus honos, nulla ingrato sermone venustas: Aversæ fugiunt Charites, Venus ipsa facessit, Et formosa suum præcludit nympha cubile. Adde sales verbis, o non indocte poemata, Si quis mausuro speras de carmine fa-

mam.’

non alio magis vocabulo constat. Honoribus etiam militiæque interponitur, salariis inde^y dictis, magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salaris viæ,^z quoniam illa salem in Sabinos portari convenerat.¹² Ancus Marcius rex salis modios sex mille¹³ in congiario^a dedit populo, et salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarii vice usos veteres, auctor est: et salem cum pane esitasse eos^b proverbio¹⁴ apparet. Maxime¹⁵ tamen in

sales, &c. Vide Turn. in Eunuch.⁷ *Dalcc. voluptatem animi, &c.* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—12 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sal in S. p. consuerat* Gronov. et al. vett.—13 Gronov. et al. ante Harduin. *modia sex millia.*—14 Ita ex codd. Harduini et recentt. *et salem cum pane esitasse proverbio* Vet. Dalec. *esitasse enim salem cum pane et caseo, ut proverbio* Gronov. et vulgg.—15 *Maxima* Vet. Dalec.

NOTÆ

^y *Salariis inde*] Salarii nomine proprie significabatur Tribunorum militarium et ducum annona: forte quod nihil victui magis necessarium, quam sal: vel quod salaria percipientes, inde se alerent. Joan. de Janna: 'Salarium: A sale dicitur salarium, id est, stipendium, reditus . . . diarium quotidianum, cibarium, victus: unde legitur quod olim poëtae vivebant de communi salario, id est, stipendio.' Idem qui supra Huetius: 'Temporibus sale constabat stipendia prisca: Hinc et perpetuum merruere salaria nomen. Prisca Romulidum plebi, sanctoque Senatu Munera grata salis donavit Marcius Ancus, Primus et instituit populo gaudente salinas.'

^z *Salaris viæ*] Consentit Verrins Flaccus, qui apud Festum, 'Salaris viam,' ait, 'incipere a porta quæ nunc Collina a colle Quirinali dicitur.' 'Salaria autem,' inquit, 'propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, ut ea liceret a mari in Sabinos salem portari.'

^a *In congiario*] Joan. de Janna: 'Congiarium, id est, beneficium, donatio Imperatoris, quod quilibet Im-

perator favorem populi captans adiciebat, ut largior videretur in donis.'

—'Congiarium in nummis Augustorum Populo Romano datum sæpe occurrit, sed non ante Neronem. Sub Tito occurrunt inprimis duo: Prior est exquisitissimus integerimusque, inquit Mediobarbus: T. CÆSAR VESPASIANVS PONT. TR. P. COSS. II.)(CONG. TER. P. R. IMP. MAX. DAT. Titus Cæsar in suggesto sedens, stante Dea Liberalitate, dat congiarium: ante suggestum, cive in alterius sinum largiter effundente. Sic interpretare: CONGIARIUM TERTIUM Populo Romano IMPENSIS MAXIMIS DATUM. Alter est ejusdem Titi jam Augusti: IMP. T. CÆSAR. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.)(CONGIAR. TER. P. R. IMPDAT. ÆREUS EST INTER AŒSCHOTANOS Tab. XXIX. nro. 10. Lege: 'CONGIARIUM TERTIUM Populo Romano IMPENSIS PROPRIIS DATUM.' Ed. sec.

^b *Esitasse eos*] Ad hunc morem, et ad hoc proverbium respexisse Horatius videtur, II. Sat. 2. 'Cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.'

sacris intelligitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa.^c

XLII. Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam, quandam¹ favillam salis, quæ levissima ex eo est, et candidissima appellatur et flos salis,^d in totum diversa res, humidiorisque naturæ, et crocei coloris, aut rufi, veluti rubigo salis: odore quoque ingrato, ceu² gari, dissentiens a sale, non modo a spuma. Ægyptus^e invenit,³ videturque Nilo deferri. Et fontibus^{4 f} tamen quibusdam innatat. Optimum^g ex eo, quod olei quandam pinguitudinem⁵ reddit. Est enim etiam in sale pinguitudo, quod miremur. Adulteratur^h autem tingiturque rubrica, aut plerumque testa trita: qui fucusⁱ aqua deprehenditur, diluente factitium colorem: cum verus ille non nisi oleo resolvatur, et unguentarii propter colorem^j eo maxime utantur. Canitia in vasis summa est: media⁶ vero pars humidior,^a ut diximus.^k Floris natura^l aspera, excalfactoria, stomacho in-

^a Floris ejus pars summa in vasis canu est: media humidior.

//////////

CAP. XLII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quadam Gronov. et vulgg.—2 Gronov. seu.—3 Ægypto invenitur cod. Dalec.—4 Et lucubus margo edd. Dalec. et Gronov. et Diosc.—5 Cod.

NOTÆ

^c Sine mola salsa] Molam salsam vocabant far tostum addito sale. Ovid. Fast. 1. 127. 'Inde vocor Jannus: cui cum Cereale sacerdos Imponit libum, mixtaque farra sale,' &c. Ib. 337. 'Ante, Deos homini quod conciliare valeret, Far erat, et puri lucida mica salis.'

^d Appellatur et flos salis] Quanquam differt omnino a flore salis. Hæc totidem fere verbis Dioscor. v. 129. Hodie nostris pharmacopolis salariisque incognitus.

^e Ægyptus] Dioscor. loc. cit.

^f Et fontibus] Diosc. Ἐφίσταται δὲ λίμναις τισὶ, stagnis quibusdam innatat.

^g Optimum] Diosc. loc. cit. ὑπολίπαρον ceteris similiter anteponit.

^h Adulteratur] Τὸ δὲ ἔμμιλτον ἢ θρόμβους ἔχον, φαῦλον ἡγήτεον. Fucatus rubrica, aut grumusus, improbat. Diosc. loc. cit.

ⁱ Qui fucus] Ἐπεὶ τὸ ἀκέραιον ἐλαίῳ συνανέται μόνον τὸ δεδολωμένον δὲ, ἐκ μέρους καὶ ὕδατος. Prætereæ verus ac sincerus non nisi oleo resolvitur: adulteratus nonnulla ex parte etiam aqua diluitur.

^j Propter colorem] Ad colorem unguentis emplastrisque addendum: μίγννται καὶ ἐμπλάστροις καὶ μύροις εἰς χρῶσιν, ὡς καὶ τῷ ῥοδίῳ. Diosc. loc. cit. Utitur eo et ad flavum colorem capillis inducendum Alexander Iatros, 1. 11.

^k Ut diximus] Paulo ante, initio hujus cap.

utilis. Sudorem^m ciet, alvum solvitⁿ in vino et aqua, acopis^o et smegmatis⁷ utilis. Detrahit et ex palpebris pilos efficacissime. Fæces imæ concutiuntur, ut color croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur in salinis sal-sugo, ab aliis salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, vidistans.

XLIII. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garon^p vocaverit, intestinis piscium, ceterisque quæ abjicienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci garon^q vocabant: capite ejus usto, suffitu extrahi^r secundas monstrantes.

(VIII.) Nunc e scombro^r pisce laudatissimum in Car-

//////////

Dalec. pinguedinem.—6 Canities in vasis summo. Est, &c. Vet. Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. acopis et smegmaticis Gronov. et vulgg.

CAP. XLIII. 1 Chiff. suffitus extrahit. Mox, secundas morantes Gronov. et

NOTÆ

¹ Floris natura] Totidem verbis hæc Diosc. loc. cit.

^m Sudorem] Diosc. loc. cit.

ⁿ Alvum solvit] Diosc. loc. cit. Κοιλίας παρακτικὸν σὺν οἴνῳ καὶ ὕδατι ληφθὲν, alvum turbat, &c.

^o Acopis] Μίγνυται καὶ ἀκόποις καὶ σμήγμασι πρὸς τριχῶν λεπτυσμόν. Ad-ditur et acopis, et smegmatis: quæ extenuandorum pilorum gratia componuntur. Diosc. loc. cit.

^p Quod garon] Qua id arte pararetur, docet auctor Geopon. lib. xx. c. ult. pag. ult. Γαρῶν ποίησις. Τὰ ἔγκατα τῶν ἰχθύων βάλλεται εἰς σκεῦος, καὶ ἀλίξεται. . . καὶ ἐν ἡλίῳ ταριχεύεται πυκνῶς δονοῦμενα. Ὅταν δὲ ταριχευθῶσι τῇ θερείᾳ, ἐξ αὐτῶν γάρσος οὕτως αἴρεται. Κόφινος μακρὸς πυκνὸς ἐτίθεται εἰς τὸν μεστὸν ἀγγεῖον τῶν προεξημένων ὕφαρίων, καὶ εἰσρεῖ τὸ γάρσος εἰς τὸν κόφινον, καὶ οὕτως διὰ τοῦ κοφίνου διηθηθὲν, ἀναίρουνται τὸ καλούμενον λικουαμὲν, τὸ δὲ λοιπὸν πάτημα γίνεται ἄλιξ. Intestini piscium injiciuntur in vas, et saliantur

. . . et in Sole inveterantur, frequenterque versantur. Postquam vero per calorem fuerunt inveterati, garum ex ipsis hoc modo tollitur. Cophinus longus imponitur in vas plenum prædictorum piscium, influitque garum in cophinum: atque sic per cophinum percolatum liquamen appellatum garum suscipiunt: reliquum vero retrimentum, alex efficitur, et vocatur. Gari meminit Martial. vii. 26. 'Sed coquus ingentem piperis consumet acervum: Addet et arcano mixta Falerna garo.' Usus ejus hodieque esse Constantinopoli Bellonius prodidit.

^q Græci garon] Item Plinio xxxii. 53. 'Garus.' Pisciculus ignotus. Isidorus Orig. xx. 3. 'Garum est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce, quem Græci γάρσον vocabant. Et quamvis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumis.'

^r Nunc e scombro] Laudatissima hæc muria fuit, propriaque divitum.

thaginis^b Spartariæ cetariis:^t Sociorum id^u appellatur, singulis millibus nummum permutantibus congios fere binos.² Nec liquor ullus pæne præter unguenta majore in pretio esse cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem, et Mauretania,³ Bæticæque Carteia, ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud utiles. Laudantur et Clazomenæ garo, Pompeiique, et Leptis: sicut muria Antipolis,^v ac Thurii, jam vero et Dalmatia.

XLIV. Vitium hujus est alex,^a imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen^b et privatim ex inutili^c pisciculo, mi-

al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *congios pæne binos* Gronov. et al. vett.—3 *Mauritana, Batica-que, et Carteia* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTE

Martial. XIII. 102. pag. 721. cui titulus, 'Garum scombrorum:' vel, ut habet Aldina editio, 'Garum sociorum:' 'Expirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fæcosum, munera cara, garum.' Horatius II. Sat. 8. 46. 'garum' laudat 'de succis piscis Iberi,' hoc est, scombri, quem ex Hispania petebant, insulaque Scombraria inde dicta prope Carthaginem. Auctor Strabo lib. III. p. 159. 'Ἡ τοῦ Ἡρακλέους νῆσος ἦδη πρὸς Καρχηδόνα, ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν, ἀπὸ τῶν ἀλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρου. Scomber Gallis, un Maquereau.

* *Carthaginis*] De eo Carthaginis cognomine diximus XIX. 7.

† *Cetariis*] De ea voce egimus IX. 19.

^u *Sociorum id*] Assentiri viris eruditus vix queo, Bisciolæ, Radero, Cæcio, Aldrovando, ceterisque, existimantibus id nominis obtinuisse garum, quod a sociis populi Rom. nempe Hispanis Romam deferretur. A societate publicanorum potius inditum putarim, qui vectigal garo impositum exigerent: quo sensu XXXIII. 39. ex adulterato minio 'prædam' esse 'so-


cietati' dixit. Vel quod majorem habet adhuc similitudinem veri, a ganeonibus, lureconibusque gulæ deditis, qui sociatim eo uterentur et in deliciis haberent. Sic convicii loco, in usu sermonis vernaculi, ganeonem appellare consuevimus, un *bon compagnon*. Placuit hæc sententia jam ante Galeni Scholiastæ, in lib. *κατὰ τὸ πικρὸν*. Meminere 'gari sociorum' Apicius, Seneca Epist. 95.

^v *Antipolis*] Fuit Galliæ Narbonensis oppidum, ut in Geographiis diximus. Meminit Martial. XIII. 103. de muria: 'Antipolitani, fateor, sum filia thyoni: Essem si scombri, non tibi missa forem.' Muriam seu garum e thynno inferioris notæ ac pretii fuisse significat: e scombro, pretiosius.

^a *Vitium hujus est alex*] Quid sit alex, intelliges non ex hoc loco modo, sed etiam ex auctore Geopon. superius laudato. Meminit Martial. III. 77. 'Et putri cepas alece natantes.' Horatius II. Sat. 4. 73. 'Ego fæcem primus et alece Invenior puris circumposuisse catillis.'

^b *Cœpit tamen*] Altera ejus vocis acceptio: ut non fa x gari solum, sed

nimoque confici. Apuam nostri,^d aphien Græci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascitur. Foro Julienses piscem ex quo faciunt, lupum appellant.^e Transiit deinde in luxuriam, creveruntque genera ad infinitum: sicuti garum ad colorem mulsi veteris, adeoque dilutam suavitatem,^f ut bibi possit. Aliud vero castimoniarum superstitioni etiam, sacrisque Judæis dicatum,^{2f} quod fit e piscibus squama carentibus. Sic alex^g pervenit ad ostreas, echinos, urticas, cammaros, mullorum jocinera. Innumerisque ge-



CAP. XLIV. 1 Vet. Dalec. *diluta suavitate*.—2 Ita codd. Hardnini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad superstitionum castimoniam et s. J. abdicatum* Vet. Dalec. *aliud vero ad castimoniarum superstitionem etiam*

NOTÆ

et muria vilior e pisciculis minutis alec sit appellatum.

^c *Ex inutili*] Ad nihil aliud utili. Ita Mss. omnes: non, ut quibusdam placuisse intelligo, *ex mutilo*.

^d *Apuam nostri*] Egimus de ea ix. 74. et in Notis et Emend. ad eum librum, num. 129. De eo genere piscium parœmia efficta, apud Athen. lib. vii. Zenobium Suidam, aliosque: Ἀφία ἐς πῦρ.

^e *Lupum appellant*] Piscem tamen intellige, ab eo lupo discretem, de quo actum est ix. 28. Apuis potius, viliorique pisciculorum turbæ congenerem: immo apuam ipsam, quam ab oris scissura *λυκόστομον* Ælianus appellat Hist. Animal. viii. 18. Ex siluro tamen quoque confectum liquam garum appellat Cælius Aurel. Chron. ii. 1. de paralyti.

^f *Judæis dicatum*] Qui *abdicatum* hoc loco, vel *squamam habentibus* legunt, et vim sententiæ afferunt, et conjecturæ plus, quam conditivorum codicum auctoritati tribuunt. Quæ sint tamen ea Judæa sacra, castimoniarumque ad castimoniam instituta, nondum est nobis sane compertum. Scimus Levitici cap. xi. vetitum Ju-

dæis piscium esum, qui squamis carent: non tamen omnium, sed eorum, qui cartilaginei, (σελάχη hæc Græci vocant,) quique molles: non eorum etiam qui contacti crustis tenuibus, aut testis conclusi duris, quales sunt ostrææ, cammarique, hic appellati. Auctor Porphyrius lib. iv. de abstinentia, pag. 163. Πᾶσι γέ μιν ἀπηγόρευτο ὕδς ἐσθίειν, ἢ ἰχθύων τῶν ἀφολιδώτων, ἃ σελάχια καλοῦσιν Ἕλληνες.

^g *Sic alex*] Sic muria, inquit, vel muriaæ fæce condita ostrea, echini, urtica, &c. Sic vero condita, a Plauto 'muriatica,' Festo teste, nuncupantur: 'Narita,' inquit, 'est genus piscis minuti. Plautus: 'Muriatica autem video in vasis stanneis: Bonam naritam, et cammarum, et tagenia, Echinos fartos, conchas piscinarias.' Nam quæ Plinio ostrea, Plauto nerita sunt, ostrei genus: echinos deinde fartos, sive saginatos in variis, conchas in piscinis, uterque laudat. Pro *tagenia* vero, quæ vox a Scaligero in Varronem maxime hic probatur, forte *cnidia* legi satius fuerit: *κνίδη* enim urticam sonat: quo de piscium genere diximus ix. 68.

neribus ad saporem gulæ cœpit sal tabescere.^a Hæc obiter indicata sint desideriis vitæ: et ipsa tamen nonnullius usus in medendo. Namque et alece scabies pecoris sanatur, infusa per cutem incisam: et contra canis morsus draconisque marini prodest. In linteolis autem concerptis³ imponitur. Et garo ambusta recentia sanantur, si quis infundat, ac non nominet garum. Contra canum^h quoque morsum⁴ prodest, maximeque crocodili, et ulceribus quæ serpunt,⁵ aut sordidis. Oris quoque et aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodest. Muria quoque,¹ sive illa salsugo,⁶ spissat,^j mordet, extenuat, siccatur. Dysentericis^k utilis est, etiam⁷ si nome intestina corripit. Ischiadicis, cœliacis⁸ veteribus, infunditur. Fotu quoque¹ apud mediterraneos aquæ marinæ vicem pensat.⁹

XLV. (IX.) Salis natura est per se ignea, et inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora vero^m astringens, siccans, alligans: defuncta etiam¹ a putrescendo

^a Putrescere in muria vel alece.

~~~~~  
*sacris Judæis dicatum* Gronov. et vulgg. Mox, non carentibus Mital.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *concerptis* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *morsus* Gronov. et al. vett.—5 Chiffi. *et nomis depuscentibus*.—6 Vet. Dalec. *sive halme, aut salsugo*.—7 Dalec. *τὸ etiam expungit e Diosc.*—8 Vet. Dalec. *et caliacis*.—9 Vet. Dalec. *præstat*.

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Contra canum*] Diosc. II. 34.

<sup>i</sup> *Muria quoque*] Muria nempe salsamentorum, de qua diximus cap. 40. Ἀλμη Dioscoridi v. 128. Et illa præterea salsugo, de qua c. 42.

<sup>j</sup> *Spissat*] Astringit, et extenuat pariter: quas vires nec Diosc. ipse a muria abjudicat, cum salis ei effectus ascribit loc. cit. Ἀλμη τὴν αὐτὴν τοῖς ἀλσὶν ἔχει ἐνέργειαν. Sali enim vero is cap. 126. vim astringentem extenuantemque attribuit, *στυπτικὴν καὶ ἰσχωρικὴν*. Quare cum Dalecampius hoc loco Plinium ineptiarum arguit, suam ipse inscitiam prodit.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

<sup>k</sup> *Dysentericis*] Diosc. loc. cit. Δυσεντερικοίς τέ ἐστι τοῖς κατὰ νομὴν ἔγκλισμα, καὶ ἰσχιαδικοῖς χρόνιοις. *Dysentericis utiliter infunditur, quorum intestina nome (hoc est, ulcus) corripuit: itemque ischiadicis jam diuturno dolore vexatis.* Celsus IV. 15. 'de torminibus, id est, dysenteria. Themison muria dura quam asperrima utendum memoriæ prodidit.'

<sup>1</sup> *Fotu quoque*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Corpora vero*] Locum hunc Isidorus ad verbum exscripsit, Orig. XVI. 2.

12 K

vindicans, ut durent ita <sup>2</sup> per sæcula. In medendo <sup>d</sup> vero mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissolvens. Stomacho tantum inutilis, præterquam ad excitandam aviditatem. Adversus serpentium <sup>o</sup> morsus cum origano, melle, hyssopo. Contra cerasten cum origano, aut cedria, aut pice, aut melle. Auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus: adversus scorpionum <sup>p</sup> ictus, cum quarta parte lini seminis, ex oleo vel aceto illitus: adversus crabrones <sup>3</sup> vero vel vespas, similiaque, ex aceto. Ad heterocraneas, <sup>q</sup> capitisque ulcera, et pusulas, <sup>4</sup> papulasve, et incipientes verrucas, cum seyo vitulino: item oculorum <sup>r</sup> remediis, et ad excrescentes ibi carnes, totiusque corporis pterygia: <sup>5</sup> sed in oculis peculiariter: ob id collyriis emplastrisque <sup>6</sup> additur. Ad hæc maxime probatur Tattæus, <sup>7</sup> aut Caunites. Ex ictu vero suffusis cruore oculis sugillatisque, cum myrrha pari pondere ac melle, aut cum hyssopo <sup>8</sup> ex aqua calida, utque foveantur salsugine. Ad hæc Hispaniensis eligitur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coti- culis teritur. Privatim <sup>s</sup> sugillationibus in linteolo involutus,



CAP. XLV. 1 Cod. Dalec. *autem*.—2 Vet. Dalec. *ca*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *teredines*, e Diosc.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pusulas* Gronov. et al. velt.—5 Alii, et *pterygia*.—6 Chiff. *emplastris quoque*.—7 *Tragæus* Vet. Dalec. *Eteus* Chiff.—8 Vet.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *In medendo*] Diosc. v. 126. Δύνα-  
μιν δὲ ἔχουσι . . . στυπτικὴν τε καὶ σμηκ-  
τικὴν, καὶ ἀποκαθαρτικὴν, καὶ διαχυ-  
τικὴν, ἔτι δὲ κατασταλτικὴν, καὶ ἰσχυρω-  
τικὴν, καὶ ἐσχαρωτικὴν, κ. τ. λ. *Astringens, abstergens, repurgans, dissolvens: insuperque reprimens, extenuans, et crustas inducens.*

<sup>o</sup> *Adversus serpentium*] Diosc. tot-  
idem verbis, loc. cit. Πρὸς δὲ σκορπίων  
πληγὰς, σὺν λινοσπέρμῳ· πρὸς δὲ ἔχων  
δήγματα, σὺν ὑριγάνῳ καὶ μέλιτι, καὶ  
ὑσσώπῳ, πρὸς δὲ κεράστου, μετὰ πίσεως ἢ  
κεδρίας ἢ μέλιτος· πρὸς δὲ σκολοπένδρας  
δῆγμα, σὺν μέλιτι καὶ ὕξει· πρὸς δὲ σφη-  
κῶν πληγὰς . . . σὺν στέατι μοσχοίφ.


<sup>p</sup> *Adversus scorpionum*] Theod. Pris-  
ciannus i. 22. ‘Scorpiouum vero per-  
cussus sales frixi, et cum oleo con-  
triti, loco appositi, curavere.’

<sup>q</sup> *Ad heterocraneas*] Dioscor. loc.  
cit. Definit versiculo ἑτεροκρανίαν κε-  
φαλαίαν Q. Serenus: ‘Portio si ca-  
pitis morbo tentetur acuto.’ Ἡμικρα-  
νίαν alii nuncupant.

<sup>r</sup> *Item oculorum*] Dioscor. loc. cit.  
Στέλλουσι καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπερο-  
χὰς, καὶ πτερύγια τήκουσι, καὶ τὰς ἄλλας  
δὲ ὑπερσαρκώσεις αἴρουσι.

<sup>s</sup> *Privatim*] Ungillata faciei tollere  
cum melle, scribit Dioscor. loc. cit.

crebroque ex aqua ferventi impositus. Ulceribus oris<sup>1</sup> manantibus in linteolo concepto. Gingivarum tumori<sup>9</sup> infri-  
catus. Et contra scabritiem linguæ fractus<sup>10</sup> comminutus-  
que. Aiunt dentes<sup>v</sup> non erodi, nec putrescere,<sup>11</sup> si quis quo-  
tidie mane jejunos salem contineat sub lingua, donec li-  
quescat. Lepras idem,<sup>w</sup> et furunculos, et lichenas, et psoras  
emendat cum passa uva, exempto ejus ligno, et sevo bubulo,  
atque origano, ac fermento, vel pane, maxime Thebaicus.  
Hic et ad pruritus<sup>x</sup> eligitur. Tonsillis<sup>y</sup> et uvis cum  
melle prodest. Quicumque<sup>z</sup> ad anginas: hoc amplius,<sup>12</sup>  
cum oleo et aceto eodem tempore extra faucibus illitus  
cum pice liquida. Emollit<sup>a</sup> et alvum in vino mixtus in-  
noxie: et tæniarum<sup>13</sup> genera pellit in vino potus. Æstus  
balinearum<sup>c</sup> convalescentes ut tolerare possint, linguæ sub-  
ditus præstat. Nervorum dolorem,<sup>d</sup> maxime circa hume-



Dalec. æsypo.—9 Diosc. τῶ πλάδῳ, *humori*.—10 Vet. Dalec. *frictus*; alii vett. *infractus*.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *neque putrescere* Gronov. et al. vett.—12 Vet. Dalec. *hic amplius*. Mox, cod. Dalec. *extra fauces illitus, aut cum*; Vet. Dalec. *extra faucibus illitus aut cum*.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in vino mixtus*. *Idem noxia et tinearum* Gronov. et vulgg. et deest

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Ulceribus oris*] Quas ἄφθας vocant: his cum polenta crematus sal inspergitur. Diosc. loc. cit.

<sup>9</sup> *Gingivarum tumori*] Sic Mss. omnes. Dioscor. loc. cit. οὐλων πλάδων dixit, hoc est, *humida gingivarum vitia*, diffluentes humore giogivas.

<sup>v</sup> *Aiunt dentes*] Plinius Valer. 1. 36. et Marcellus Empir. cap. 12. pag. 93.

<sup>w</sup> *Lepras idem*] Diosc. ad verbum fere loc. cit.

<sup>x</sup> *Hic et ad pruritus*] Ad sedandos pruritus quemlibet salem ex oleo et aceto infricatum ad ignem Diosc. adhibet, dum sudor provocetur loc. cit.

<sup>y</sup> *Tonsillis*] Diosc. loc. cit.

<sup>z</sup> *Quicumque*] Subintellige, utiliter adhibetur. Sic Dioscor. loc. cit. Συν-

αγκικούς τε κουφίζουσι, σὺν μέλιτι καὶ ὄξει καὶ ἐλαίῳ διαχρίόμενοι.


<sup>a</sup> *Emollit*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>b</sup> *Et tæniarum*] Lumbricorum.

<sup>c</sup> *Æstus balinearum*] Hoc ipsum de aqua frigida superius affirmavit, cap. 23. 'Æstus in balineis arcetur, si quis ore teneat.'

<sup>d</sup> *Nervorum dolorem*] Saccis inditum salem fotu dolore mitigare testatur etiam Diosc. loc. cit. Πυρία τε ἢ δι' αὐτῶν ἐν σακκίοις πρᾶντικὴ ἀλλαγμάτων. Πυρία est sudatio sicca, quæ calidarum rerum appositu excitatur. Et Theod. Priscianus 11. 1. 10. de spasmis: 'Conveniet etiam locis ipsis de salibus calidis adhibere saccellos,' &c.

ros<sup>14</sup> et renes, in saccis aqua ferventi crebro madefactus<sup>e</sup> levat. Colum torminaque et coxarum dolores potus: et in iisdem saccis impositus candens. Podagras<sup>f</sup> cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxime usurpanda observatione, quæ totis corporibus nihil esse utilius<sup>g</sup> sale et Sole dixit.<sup>15</sup> Itaque cornea<sup>h</sup> videmus corpora piscatorum. Sed hoc præcipuum dicatur in podagris. Tollit et clavos pedum: item perniones. Ambustis<sup>i</sup> ex oleo imponitur, aut commanducatus, pusulasque<sup>16</sup> reprimit. Ignibus vero<sup>j</sup> sacris, ulceribusque quæ serpant, ex aceto, aut hyssopo.<sup>17</sup> Carcinomatis cum uva taminia. Phagedænis<sup>k</sup> ulcerum, tostum<sup>18</sup> cum farina hordei: super imposito linteolo madente vino. Morbo regio<sup>l</sup> laborantes, donec sudent ad ignem, contra pruritus quos sentiunt, ex oleo et aceto infricatus juvat: et fatigatos ex oleo. Multi et hydropicos<sup>m</sup> sale curavere, fervero-



in Vet. Dalec. ubi legitur *taniarum*.—14 Ita codd. Harduini, Chiffli. et Vet. Dalec. *maxime usurpanda observatione circa humeros* Gronov. et al. vett. Mos. *maderfactis* Vet. Dalec. et al.—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *usurpanda observatione* (sic et Chiffli.) *quæ quidam . . . dicunt* Vet. Dalec. *observanda usurpatione, qua quidem totis . . . dicunt* edd. vett. et Gronov.—16 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pusulasque* Gronov. et vulgg.—17 Vet. Dalec. *asyppo*.—18 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tostus*

## NOTE

<sup>e</sup> *Maderfactus*] Sic libri omnes editi, et Reg. 2. priore manu: recentiore, *candefactus*: quam scripturam et Reg. 1. et Chiffli. præ se ferunt, non satis probabiliter: aqua ferventi enim maderferi salem simul et incalescere, naturæ rerum consentaneum est: vel sic candescere, non est intellectu facile.

<sup>f</sup> *Podagras*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Nihil esse utilius*] Isidorus XVI. 2.

<sup>h</sup> *Itaque cornea*] Arida, sicca, non mollia. Catullus Carm. XXIII. p. 39. 'Atqui corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est, habetis, Sole, et frigore, et esuritione.'

<sup>i</sup> *Ambustis*] Dioscor. loco citato, Πρὸς πυρκαυττα δὲ σὺν ἐλαφῷ ἐπιτεθέντες οὐκ ἐὼσι φλυκταινοῦσθαι. *Ambustis igni cum oleo impositus pusulas erum-*

*pere non patitur.*

<sup>j</sup> *Ignibus vero*] Dioscor. loc. cit. Ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ ἔρπητας ἴσχυοσι, μετ' ὄξους καταχρισθέντες, ἢ καταπλασθέντες σὺν ὑσσώπῳ. Sic libri omnes. Et Pliniani Mss. editique codices, *hyssopo*, non *asyppo*.

<sup>k</sup> *Phagedænis*] Vide Notas et E-mend. num. 19.

<sup>l</sup> *Morbo regio, &c.*] Dioscor. loco citato.

<sup>m</sup> *Multi et hydropicos*] Diosc. loc. cit. Καὶ πρὸς τὰ οἰδήματα τῶν ὑδροπικῶν. Theod. Priscianus II. 2. 19. de hydropicis: 'Si vero multus humor ex putrefactis eorum carnibus aggregatus ventrem satis adimpleverit, saccellos ex tostis salibus sub umbilico locis admoveo.'

resque febrim cum oleo perunxere, et tussim veterem linetu ejus discussere. Clysteribus infudere ischiadicis. Ulcerum<sup>19</sup> excrescentibus vel putrescentibus imposuere. Crocodilorum<sup>n</sup> morsibus ex aceto in linteolis, ita ut batuerentur ante ictuum ulcera.<sup>20</sup> Bibitur<sup>p</sup> et contra opium ex aceto mulso. Luxatis<sup>q</sup> imponitur cum farina et melle: item extuberationibus.<sup>r</sup> Dentium dolori cum aceto fotus,<sup>21</sup> et illitus cum resina, prodest. Ad omnia autem<sup>s</sup> spuma salis jucundior utiliorque. Sed quicumque sal acopis<sup>t</sup> additur ad excalfactiones: item smegmatis ad extenuandam cutem levandamque.<sup>22</sup> Pecorum quoque scabiem et boum illitus tollit. Daturque lingendus:<sup>u</sup> et oculis jumentorum inspuitur. Hæc et de sale dicta sint.

//////////

Vet. Dalec. *tritius* edd. vett. et Gronov.—19 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ulceribus* Gronov. et al. vett.—20 *Batuerentur ante ictuum ulcera*] Ita Ms. Reg. 3. In Ms. Reg. 5. *batuerentur ante ictum ulcera*. In Mss. Reg. 1. et 2. *battuarentur ante hic ulcera*. Emendavit eruditus Harduinus, *paurentur ante hic ulcera*. At nimis audacter. Videtur tantum priscos, antequam salem morsibus crocodilorum imponerent, ulcera, morsibus facta, ante batuisse. Ex illo autem verbo oritur verbum nostrum *Batre*.<sup>7</sup> Brotier. Nostram lectionem exhibet etiam cod. Dalecampii. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. *batuantur acete vinctu ulcera* Dalec. e Diosc. id est, comprimantur, astringantur recte vincta loca.—21 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum aceto et fotu* Gronov. et vulgg.—22 Gronov. et al. ante Harduin. *smegmaticis ad extendendam cutem lavandamque*.

#### NOTE

<sup>n</sup> *Crocodilorum*] Dioscor. loc. cit. Καὶ κροκοδειλοδῆκτοις βοηθοῦσιν, ἐνδεθέντες εἰς ὀθόνιον λείοι, καὶ βαπτόμενοι εἰς ὕδus, στυφομένων τῶν μερῶν τοῖς ἐνδέσμοις. *Crocodilorum morsibus auxiliatur tritus, in linteolo involutus, et in acetum intinctus, fasciis insuper additis, quibus partes affectæ constringantur.*

<sup>o</sup> *Ita ut batuerentur ante ictuum* [*paurentur ante hic*] *ulcera*] Sententia hujus loci est, a multis olim ita morsibus crocodilorum adhiberi salem in linteolis ex aceto solitum, ut, ante hoc medicinæ genus, hic, ubi morsus inflictus esset, ulcera vehementer paurent. Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>p</sup> *Bibitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Luxatis*] Diosc. loc. cit. totidem verbis.

<sup>r</sup> *Extuberationibus*] Carnis videlicet supervacuis excrescentiis, ὑπερσαρκώσεσι. Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Ad omnia autem*] Ad verbum Λῆτιος II. 76. Spuma salis est, quam spumam maris aridam alii nuncupant: Diosc. ἄλδς ἔχνην, ejusdem cum sale efficientiæ, v. 127.

<sup>t</sup> *Acopis*] Ad lassitudines discutendas, κόπου λυτήριος. Diosc. loc. cit. De acopis egimus XXI. 45.

<sup>u</sup> *Daturque lingendus*] Vide Plutarch. in Quæst. Natur. pag. 912. Διὰ τί παραβάλλουσι τοῖς θρέμμασιν

XLVI. (X.) Non est differenda et nitri natura,<sup>a</sup> non multum a sale distans: et eo diligentius dicenda, quia palam est et medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quenquam Theophrasto<sup>b</sup> diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyrhaga.<sup>1 c</sup> Minus etiam in Thracia juxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium.<sup>d</sup> Nam quercu cremata<sup>e</sup> nunquam multum factitatum est, et jam pridem in totum omissum. Aquæ vero nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi.<sup>a</sup> Optimum copiosumque in Litis Macedoniae,<sup>2 f</sup> quod vocant Chalastricum, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa Canis ortum novenis diebus, totidemque cessat, rursus innatat, et deinde cessat. Quo apparet, soli naturam esse quæ gignat, quoniam compertum est, nec Soles proficere quicquam cum cesset,<sup>3</sup> nec imbres. Mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum neque augeri, neque fluere.<sup>4</sup> Iis autem diebus, quibus gignat

<sup>a</sup> Sed quibus ea vis deest, ut densari possint in nitrum.



CAP. XLVI. 1 Dalec. halmirrhaga; id est, erumpentem salem, vel sanguinem.—2 Chytis Macedoniae Vet. Dalec. Cytis Macedoniae Gronov. et vulgg. Litis Macedoniae Harduin. et recentt. Est Lete oppidum Macedoniae, de quo dictum supra IV. 17. Et forte emendandum, in Lete Macedoniae. Corrupte enim codd. Regg. inclitis Macedoniae. Brotier.—3 Vet. Dalec. cessat.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. nec augeri,

#### NOTE

ἄλας οἱ βομῆϊς; Cur pecori pastores salem proponunt? Et Arist. Hist. VI. 19. p. 733. Vide quæ superius dicta sunt, cap. 41.

<sup>a</sup> Et nitri natura] Nitrum nostrum, quod Sal petrae nominamus, le Salpêtre, idem plane est cum veterum nitro, sed aliquanto tamen inferioris notæ. Non observavere veteres hanc nitri efflorescentiam e muris atque pavimentis, uti nos facimus, cum illi habuerint in agris apertis, quibus caremus. Vide Guill. Clarke, Anglum, in opusc. de nomine et natura Nitri,

c. 1. p. 20. et c. 2. p. 24.

<sup>b</sup> Theophrasto] In aliquo ex iis operibus quæ interciderunt.

<sup>c</sup> Halmyrhaga] Ἀλμύραγα, nomine ducto, partim ex sapore, quem habet subsalsum, partim ex eo quod erumpit e terra, ac sponte efflorescit.

<sup>d</sup> Agrium] Ἀγρίον, sylvestre.


<sup>e</sup> Nam quercu cremata] Ut salem e quercu pariter cremata fieri dictum est superius, c. 40.

<sup>f</sup> In Litis Macedoniae] Vide Notas et Emend. num. 21.



nitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt: Aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hoc quidem nascitur.<sup>8</sup>

In Ægypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius. Nam fuscum lapidosumque est. Fit pænc eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare infundunt, Nilum autem<sup>h</sup> nitrariis. Hæ cedente Nilo madent<sup>5</sup> succo nitri XL diebus continuis, non (ut in Macedonia)<sup>i</sup> statis. Si etiam imbres affuerunt,<sup>6</sup> minus de flumine addunt: statimque ut densari est coeptum, rapitur, ne resolvatur in nitrariis. Sic quoque<sup>7</sup> olei<sup>j</sup> natura intervenit, ad scabiem animalium utilis. Ipsum autem conditum in acervis durat. Mirum, in lacu Ascanio,<sup>k</sup> et quibusdam circa Chalcida fontibus, summas aquas dulces esse potarique, inferiores<sup>8</sup> nitrosas. In nitro optimum, quod tenuissimum: et ideo spuma melior.<sup>m</sup> Ad aliqua tamen sordidum,<sup>n</sup> tanquam ad



*nec effluere* Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. ex codd. et recentt. *Excedente Nilo siccantur, decedente madent* Gronov. et vulgg. *nitrariis quæ accedente Nilo madent, decedente siccantur concrecente nitro* Vet. Dalec. *nitro diebus* cod. Dalec.—6 Ita codd. Regg. Brot. 1. 5. *affuerint* al. ante Brotier.—7 *Hic quoque*

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Et hoc quidem nascitur*] Hactenus de nitro nativo: sequitur factitium.

<sup>h</sup> *Nilum autem*] Nili aquis, quæ nitrosæ sunt, in nitrarias infusis, sive derivatis: ibi Solis ardore decoctæ vertuntur in nitrum: sicut aqua maris, aut alia salsa, in salinas infusa, calore Solis coquitur, et mutatur in salem.

<sup>i</sup> *Ut in Macedonia*] Ut in Litis Macedoniae, quemadmodum paulo antea dictum est: ubi 'fit nitrum circa Canis ortum novenis tantum diebus, totidemque cessat, ac rursus inuatat, et deinde cessat.'

<sup>j</sup> *Sic quoque olei*] Ita Mss. Forte rectius, *Hic quoque*, hoc est, etiam in nitro, ut in sale dictum est c. 42. est olei quædam pinguitudo. Hanc certe detrahunt a nitro, qui pulve-

rem igniarium ad bellica tormenta ex eo parant: idque suo more aiunt, *dégruisser le salpêtre*.

<sup>k</sup> *Mirum, in lacu Ascanio*] Hujus aquas esse impense nitrosas, scribit auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1154.

<sup>l</sup> *Inferiores*] Mss. quidam, *interiores*: eadem sententia.

<sup>m</sup> *Et ideo spuma melior*] Albertus M. Mineral. v. 7. 'Nitri spuma, seu flos,' inquit, 'subtilioris est substantiæ et virtutis, quam ipsum nitrum,' &c. Ut in salinis, sic etiam in nitrariis, tenuissimum, et levissimum, spuma, sive flos appellatur: sed multo frequentius spuma. Græci ἀφρόν νίτρον plerumque vocant: quandoque et ἀφρόνιτρον.

<sup>n</sup> *Ad aliqua tamen sordidum*] Subin-

inficiendas purpuras tincturasque omnes. Magnus et vitro<sup>9</sup> usus, qui dicitur suo loco.

Nitrariæ<sup>p</sup> Ægypti circa<sup>9</sup> Naucraticum et Memphim tantum solebant esse, circa Memphim deteriores. Nam et lapidescit ibi in acervis: multique sunt<sup>9</sup> cumuli<sup>10</sup> ea de causa saxei. Faciunt ex his vasa, nec non frequenter liquatum<sup>11</sup> cum sulphure coquentes in carbonibus. Ad ea quoque,<sup>r</sup> quæ inveterari volunt, illo nitro utuntur. Sunt ibi nitrariæ, in quibus et rufum exit a colore terræ. Spumam nitri, quæ maxime laudatur, antiqui negabant fieri, nisi cum ros cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri incitatis,<sup>12s</sup> etiamsi caderet. Alii acervorum<sup>t</sup> fermento gigni<sup>13</sup> existimavere.<sup>b</sup> Proxima ætas<sup>u</sup> medicorum aphronitru tradidit in Asia colligi, in speluncis mollibus<sup>c</sup> destillans.<sup>14</sup> Specus eos colicas vo-

<sup>b</sup> Alii ex acervis fermentescentibus gigni spumam eam existimavere.

<sup>c</sup> E saxosis molibus.



Vet. Dalec. id est, in nitro.—8 Chiff. interiores.—9 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. Nitrariæ egregiæ Ægyptiis. Nam circa Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. tumuli Gronov. et vulgg.—11 Vet. Dalec. liquant.—12 Turneb. incientibus, i. e. partni vicinis, ut supra xi. 37.—13 Ita codd. Reg. Brot. 2. Dalec. et Editio princeps. In codd. Regg. Brot. 1. 5. operimentorum. Vet. Dalec. operimentum id pro fermento; al. vet. operimentum, id fermentescentibus gigni; alii, operimentum fermenti; Chiff. acervorum fermento; Gronov. et vulgg. operimentum fermento gigni.—14 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5.' Brotier. Nec aliter Vet. Dalec. et Chiff. motibus distillans Harduin. et recentt.—

#### NOTÆ

tellige, optimum est, vel eligitur, ac vel ipsi spumæ, seu flori anteponiuntur.

<sup>9</sup> Magnus et vitro] Ad conficiendum vitrum, cui nitri admixtio utilis, ut dicitur xxxvi. 65. et 66.

<sup>p</sup> Nitrariæ] Inde Nitriæ urbi et præfecturæ in Ægypto nomen, ut diximus in Notis et Emend. ad lib. v. num. 30.

<sup>9</sup> Multique sunt] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>r</sup> Ad ea quoque] Ad ea quæ in diturnum usum asservare lubet, ut ea

quæ sale conduntur, pro sale utuntur nitro. Sic defunctorum corpora condiebant, teste Herodoto lib. ii. p. 121. ut carnibus nitro absumentis, cutis sola eum ossibus superesset.


<sup>s</sup> Incitatis] Sic Mss. omnes: hoc est, proximis partni: quas et incientes veteres appellarunt. Vide quæ de ea voce diximus xi. 84.

<sup>t</sup> Alii acervorum] Sic Mss. Reg. 2. et Chiff. recte. Alii operimentorum: qua sententia, non satis intelligo.

<sup>u</sup> Proxima ætas] Exscripsit hunc locum Isidorus Orig. xvi. 2.

cant: <sup>15</sup> v dein siccant Sole. Optimum <sup>w</sup> putatur <sup>16</sup> Lydium: probatio, ut sit minime ponderosum, et maxime friabile, colore pæne purpureo. Hoc in pastillis affertur. Ægyptium in vasis picatis, ne liquescat.<sup>x</sup> Vasa quoque ea Sole in-arscentia perficiuntur.

Nitri <sup>17</sup> probatio,<sup>y</sup> ut sit tenuissimum et quam maxime spongiosum fistulosumque. Adulteratur in Ægypto calce: deprehenditur gustu. Sincerum enim facile resolvitur: adulteratum pungit. Calce aspersum reddit odorem vehementem.<sup>18</sup> Uritur in testa opertum, ne exultet: alias igni non exsilit nitrum: <sup>19</sup> nihilque gignit aut alit, cum in salinis herbæ gignantur, et in mari tot animalia, tantum <sup>20</sup> algæ.<sup>z</sup> Sed majorem esse acrimoniam nitri <sup>21</sup> apparet, non hoc tantum argumento, sed in illo, quod nitrariæ calceamenta protinus consumunt: alias salubres, oculorumque claritati utiles. In nitrariis non lippiumt. Ulcera allata co-celerrime sanantur: ibi facta, tarde. Ciet et sudores <sup>22</sup>



15 <sup>v</sup> In codd. Regg. 1. 2. 3. 5. et Editione principe, *colligas vocant*. Recentt. edd. *colycas vocant*. Melius, *collicas*. Sunt enim *κόλλικες*, panes rotundi. Brotier. *helicæ* Vet. Dalec. *cochlicæ* alii vett. ap. Dalec. Mox, *siccari Sole* Vet. Dalec.—16 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *putant* Gronov. et vulgg.—17 *Aphronitri* al. ap. Dalec.—18 Chiffi. *et uspersured. od. vehementer*.—19 <sup>v</sup> *Igni non exsilit nitrum* Ita libri omnes scripti et editi. At enim nitrum, *le Sulpêtre*, igni exsiliat, particulam negativam dentam vellet eruditus Michaëlis, Commentationes de nitro Plinii, num. 21. Brotier.—20 Vet. Dalec. *totque animalia, non tantum*.—21 Ita codd. Harduini et Chiffi. *nitro* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *sed et illo* Vet. Dalec. et Chiffi.—22 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

## NOTE

<sup>v</sup> *Colicas vocant*] In Mss. Reg. 1. et 2. *colligas*. Credo *collicas* scribi oportere: nomenque duci a rotunda forma molium saxearum, unde succus nitrosus in iis specibus manat. Nam et *κόλλικας* et *κόλλικας* panes rotundos Græci vocarunt: Hesychius: et Jul. Pollux VI. II. p. 286.

<sup>w</sup> *Optimum*] Diosc. v. 131. Ἄφρονος δὲ νίτρον ἕριστος μὲν εἶναι δοκεῖ ὁ κομφότατος, καὶ πλακώδης, εὐθρυπτός τε καὶ ἐμπόρφυρος . . . οἷός ἐστιν ὁ ἐκ Φιλαδελφείας κομιζόμενος τῆς ἐν Λυδία δευτε-

ρεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος.

<sup>x</sup> *Ne liquescat*] Terrei vasis et humidum figlini contactu.

<sup>y</sup> *Nitri probatio*] Sic v. 130. nitrum illud ceteris anteponit, quod *leve, κοῦφον*, et rosaceo colore aut caudido, perforatumque, et quasi spongiosum, fistulosumve quiddam, *κατατετρημένον, οἶον ἐσπογγῶδες τι*.

<sup>z</sup> *Tantum algæ*] Ex variis herbarum generibus tantum algæ in mari nascuntur: cum tot illud pariat animalia: tot herbas salinæ feriat.

cum oleo perunctis, corpusque emollit. In pane salis vice utuntur Chalastræo: ad raphanos Ægyptio: teneriores<sup>23</sup> eos facit: sed opsonia alba et deteriora, olera viridiora.<sup>a</sup> In medicina autem calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccatur, exulcerat. Utile his,<sup>b</sup> quæ evocanda sint,<sup>24</sup> aut discutienda, et lenius mordenda atque extenuanda, sicut in papulis pusulisque.<sup>25</sup> Quidam in hoc usu accensum vino austero restinguunt, atque ita trito in balineis utuntur sine oleo. Sudores nimios inhibet cum arida iride, adjecto<sup>26</sup> oleo viridi. Extenuat et cicatrices oculorum, et scabritias genarum<sup>d</sup> cum fico illitum, aut decoctum in passo ad dimidias partes: item contra argema<sup>27</sup> oculorum. Ungues<sup>e</sup> decoctum cum passo in mali Punici calyce adjuvat: claritatem<sup>28</sup> visus<sup>c</sup> cum melle inunctum. Prodest dentium dolori ex vino, si cum pipere colluantur: item cum porro<sup>d</sup> decoctum. Nigrescentes<sup>e</sup> dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia<sup>f</sup> et lendes necat, cum Samia terra illitum ex oleo. Auribus<sup>g</sup> purulentis vino liquatum infunditur. Sordes<sup>h</sup> ejusdem partis erodit<sup>29</sup> ex

<sup>d</sup> Palpebrarum.<sup>e</sup> Pterygia oculorum.

recentt. sudorem Gronov. et vulgg.—23 Nam teneriores Vet. Dalec.—24 Vet. Dalec. sunt.—25 Gronov. pustulisque.—26 Gronov. adjecta.—27 Chiffi. argemas.—28 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. nitrum claritatem Gronov. et vulgg.—29 Voss. extergit;

## NOTE

<sup>a</sup> Olera viridiora] Brassicam, ut dictum est XIX. 41. Apicius III. 1. 'Omne olus smaragdinum fiet, si cum nitro coquatur.' De raphanis nitro sparsis dictum est XIX. 26.

<sup>b</sup> Utile his] Diosc. v. 131. misceri pariter ait emplastris discentientibus, extrahentibus, extenuantibusque: Μίγνεται καὶ διαφορητικαῖς, καὶ ἐπισπαστικαῖς . . . ἐμπλάστοις, καὶ λεπτοσυντικαῖς.

<sup>c</sup> Claritatem visus] Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> Item cum porro] Certe quidem ad colorem nitidum reducere den-

tes nitrum cum porro viridi coctum, et pro dentifricio sumtum, anctor est Marcellus Empir. c. 13. p. 97.

<sup>e</sup> Nigrescentes] Marcellus Empir. loc. cit.

<sup>f</sup> Capitis animalia] Marcellus Empir. c. 4. p. 43. ad pedunculos necandos nitrum Alexandrinum imprimis commendat.

<sup>g</sup> Auribus] Diosc. v. 131. Plinius Valer. I. 9. et Marcellus Empir. c. 9. p. 79.

<sup>h</sup> Sordes] Diosc. et Plinius Valer. verbis totidem locis cit.

aceto. Sonitus<sup>i</sup> et tinnitus discutit siccum additum.<sup>30</sup> Vitiliginēs albas cum Cimolia creta, æquo pondere ex aceto, in Sole illitum emendat. Furunculos<sup>j</sup> admixtum resinæ extrahit,<sup>31</sup> aut cum uva alba passa, nucleis ejus simul tritis. Testium inflammationi occurrit: item eruptionibus pituitæ in toto corpore cum axungia. Contraque canis<sup>k</sup> morsus, addita et resina: initiis cum aceto illinitur. Sic et serpentium morsibus, phagedænis, et ulceribus quæ serpunt, aut putrescunt, cum calce ex aceto.<sup>32</sup> Hydropicis<sup>l</sup> cum fico tusum datur illiniturque. Discutit et tormina,<sup>m</sup> si decoctum bibatur pondere drachmæ cum ruta, vel anetho, vel cumino. Reficit lassitudines cum oleo et aceto<sup>33</sup> perunctorum. Et contra algores horroresque proddest, manibus pedibusque confricatis cum oleo. Comprimit et pruritus suffusorum felle,<sup>n</sup> maxime cum aceto in usu datum.<sup>34</sup> Succurrit<sup>p</sup> et venenis fungorum ex posca potum: aut si buprestis pasta sit,<sup>35</sup> ex aqua, vomitionesque evo-

nec aliter Diosc. *extertit* cod. Dalec.—30 Vet. Dalec. *inditum*.—31 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aperit*, e Diosc.—32 Vet. Dalec. *et aceto*.—33 Ita Vet. Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex aceto* Gronov. et vulgg.—34 'Ita cod. Reg. 3. Sic infra Plinius xxxii. 14. 'excellens in usu.' In codd. Regg. 1. 2. et Editione principe, *cum aceto insudatum*.' Brotier. *cum aceto datum* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Ms. mens et Chiffli. *aceto insudatum*. Lego, *in sudore datum*, e Diosc.' Dalec.—35 Vet. Dalec. *hausta sit*. Et sic in quibusdam codd. ap. Nic. Heins. Advers. 11. 14.

## NOTE

<sup>i</sup> *Sonitus*] Diosc. et Plinius Valer. locis cit.

<sup>j</sup> *Furunculos*] Plinius Valer. 111. 32. Diosc. loc. cit. Ἀναστομοῦ δὲ καὶ δοθῆνας ἀναληφθὲν τερμινθίνῃ ῥητινῇ. Resina exceptum terebinthinu furunculos aperit.

<sup>k</sup> *Contraque canis*] Hoc totidem verbis Plinius Valer. 111. 51. Diosc. loc. cit. pro resina asininum adipem vel suillum adhibet.

<sup>l</sup> *Hydropicis*] Diosc. loc. cit. Μετὰ σίκων δὲ ὑδρωπικῶν ἐστὶ κατὰπλάσμα.

<sup>m</sup> *Discutit et tormina*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. atque ita Mar-

cellus Empir. c. 28. p. 201.

<sup>n</sup> *Suffusorum felle*] Morbo regio, sive arquato, laborantium.

<sup>o</sup> *Cum aceto in usu datum*] Mss. Reg. 1. 2. Colb. 3. Chiffli. aliique, *cum aceto insudatum*. Forte, *instillatum*. Vel, quod verius arbitror, *in sudatu*, hoc est, in sudatione: subintellige, ex antecedente sententia, confricatum.

<sup>p</sup> *Succurrit*] Diosc. loc. cit. totidem verbis. Galenus item, de Fac. Simp. Med. ix. 3. p. 265.

<sup>q</sup> *Aut si buprestis pasta sit*] *Hausta*, vel deglutita. Diosc. loc. cit. πρὸς δὲ βουπρήστεις, σὺν ὕδατι.

cat. His qui sanguinem<sup>r</sup> tauri biberint cum lasere datur. In facie quoque exulcerationes sanat cum melle et lacte bubulo. Ambustis tostum, donec nigrescat, tritumque illinitur. Infunditur ventris<sup>s</sup> et renium dolori,<sup>36</sup> aut rigori corporum, nervorumque doloribus. Paralyti<sup>t</sup> in lingua<sup>37</sup> cum pane imponitur. Suspiriosis in ptisana sumitur. Tussim veterem sanat flore, mixto galbauro resinae terebinthinæ, pari pondere omnium, ita ut fabæ magnitudo devoletur. Coquitur,<sup>38</sup> dilutumque postea cum pice liquida sorbendum in angina datur. Flos ejus cum oleo cyprino articulorum doloribus in Sole jucundus est. Regium quoque morbum extenuat in potione vini.<sup>39</sup> Et inflationes discutit: sanguinis profluvium e naribus sistit ex ferventi aqua vapore naribus raptō. Porriginem<sup>40 u</sup> alumine permixto tollit: alarum virus ex aqua quotidiano fotu: ulcera ex pituita nata cera permixtum: quo genere nervis quoque prodest: cœliacis infunditur. Perungi ante<sup>v</sup> accessiones frigidas nitro et oleo multi præcepere: sicut adversus<sup>41</sup> lepras, lentigines. Podagricis in balineis uti solio nitri prodest, atrophis, opisthotonis, tetanis. Sal nitrum<sup>42 w</sup> sulfuri concoctum in lapidem vertitur.



p. 321.—36 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *ventris et r. doloribus* Gronov. Harduin. et al. ante Brotier. *urceis et r. doloribus* Chiffli.—37 *Paralyti lingua* Vet. Dalec. et sic Diosc.—38 *Uritur margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—39 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *morbum exterminat in potione vini* cod. Dalec. *morbum in vino exterminat potum* Gronov. et vulgg.—40 *Porriginem* Gronov. et al. ante Harduin.—41 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sic et adversus* Gronov. et al. vett. Mox, et *lentigines* Vet. Dalec. Deinde, *in balnearum solio uti nitro* alii ap. Dalec.—42 Vet. Dalec. *tetanis, ut sale nitrum.*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *His qui sanguinem*] Diosc. ad verbum loc. cit.

<sup>s</sup> *Infunditur ventris*] Mss. omnes, *infunditur urceis et renium, &c.* Hoc est, infunditur ex urceis.

<sup>t</sup> *Paralyti*] Diosc. loc. cit. Μηνυται καὶ ἄρθρῳ ὠφελίμως ἐπὶ τῶν τὴν γλῶτταν παραλελυμένων.

<sup>u</sup> *Porriginem*] Vide Notas et E-mend. num. 23.

<sup>v</sup> *Perungi ante*] Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Sal nitrum*] De nitro ipso loquitur, quod et sal nitrum quidam vocabant, quod haud multum a sale distaret, ut dictum est initio hujus cap. Hoc illud est quod paulo ante Plinius de saxeis nitri acervis dixit: 'Faciunt ex his vasa, nec non frequenter liquidum cum sulfure coquentes in carbonibus.'

XLVII. (XI.) Spongiarum genera diximus<sup>a</sup> in naturis aquatiliū marinorum. Quidam eas<sup>b</sup> ita distinguunt. Alias ex his mares existimavere, tenui fistula, spissioresque, persorbentes, quæ et tinguntur<sup>c</sup> in deliciis,<sup>d</sup> aliquando et purpura: alias fœminas, majoribus fistulis ac perpetuis. E maribus duriores alias, quas appellant tragos, tenuissimis fistulis atque densissimis. Candidæ<sup>e</sup> cura fiunt, e mollissimis<sup>2</sup> recentes per æstatem tinctæ salis spuma, ad Lunam et pruinas<sup>3</sup> sternuntur inversæ, hoc est, qua parte adhæsere,<sup>d</sup> ut candorem bibant. Animal esse docuimus,<sup>e</sup> etiam cruore inhærente. Aliqui narrant<sup>f</sup> et auditu regi eas, contrahique ad sonum, exprimentes abundantiam humoris, nec avelli petris posse, ideo abscindi ac saniem emittere. Quin et eas quæ ab Aquilone sint genitæ præferunt ceteris. Nec usquam diutius durare spiritum<sup>g</sup> medici affirmant. Sic et

<sup>a</sup> Colorem quemlibet, quo tinguntur, avide bibentes.



CAP. XLVII. 1 Ita codd. Hardnini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spissiores, quæ tinguntur* cod. Dalec. *spissiores, quæ et tinguntur* Vet. Dalec. *spissioresque p. et quæ tinguntur* Gronov. et al. veit.—2 Vet.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Spongiarum genera diximus] Lib. IX. c. 69.

<sup>b</sup> Quidam eas] Secutus est eos auctores Diosc. v. 138. Τῶν δὲ σπόγγων, inquit, τοὺς μὲν ἄρρενας ἐκάλεισαν τινες λεπτοτήτους, καὶ πυκνοὺς ὄντας ὡς τοὺς σκληροτέρους τράγους ὠνόμασαν τοὺς δὲ θήλειαι, οἱ ἐναντίως τοῖς προειρημένοις διάκεινται. E spongiis alius nonnulli mares appellavere, quæ sunt tenuibus fistulis, ac spissæ, densæve, e quibus rursus duriores tragos nominaverunt: alias vero fœminas, quæ contrario atque antedictæ modo se habent. Nostri contra primum genus, seu mares, vocant ἔρponge femelle.

<sup>c</sup> Candidæ] Totidem verbis Diosc. loc. cit. Λευκαίνονται δὲ αὐτῶν οἱ ἀπαλώτατοι ἐν τοῖς καίμασι, βρεχόμενοι τῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν συνισταμένη ἁλὸς ἕχρη, καὶ ἡλιαζόμενοι. Ἐπιβλεπέτω δὲ

τὸ μὲν κοίλον αὐτῶν ἄνω, κάτω δὲ ἡ ἀποτομή. Candidæ porro cura fiunt, quæ sunt inter eas mollissima, si per æstivos ardores salis spuma petris adhærescente tinguntur, et insolentur inversæ: ita ut parte cava sursum spectent, qua vero parte resecta fuerint, deorsum. Dioscoridem, ut solet, Oribasius sequitur lib. XIII. p. 232.

<sup>d</sup> Qua parte adhæsere] Qua parte resectæ sunt, deorsum spectent.

<sup>e</sup> Animal esse docuimus] Lib. IX. c. 69.

<sup>f</sup> Aliqui narrant] Cum his et Plutarchus de Solert. Animal. pag. 980.

<sup>g</sup> Durare spiritum] Spiritum illum nativum, quem e mari natalibusque suis conceptum, et fistulis abditum celant, ut recte Dalcampius interpretatus est.

prodesse corporibus, quia nostro suum misceant: et ideo magis recentes<sup>h</sup> magisque humidas: sed minus in<sup>4</sup> calida aqua, minusque unctas, aut unctis corporibus impositas: et spissas minus adhærescere. Mollissimum<sup>i</sup> genus earum penicilli: <sup>5</sup> oculorum tumores levant ex mulso impositi. Idem abstergendæ<sup>j</sup> lippitudini utilissimi: eosque tenuissimos et mollissimos esse oportet. Imponuntur et spongiæ<sup>6</sup> ipsæ epiphoris ex posca: ex aceto calido ad capitis dolores. De cetero recentes discutiunt, molliunt, mitigant. Veteres non glutinant<sup>k</sup> vulnera. Usus earum ad abstergenda, fovenda, operienda, a fotu, dum aliud imponatur.<sup>7</sup> <sup>1</sup> Ulcera quoque<sup>m</sup> humida et senilia impositæ siccant: fracturæ et vulnera spongiis utilissime foventur. Sanguis rapitur<sup>8</sup> in secando,<sup>b</sup> ut curatio perspicui possit. Et ipsæ vulnerum inflammationibus imponuntur, nunc siccæ, nunc aceto aspersæ, nunc vino, nunc aqua<sup>9</sup> frigida. Ex aqua vero cœlesti<sup>n</sup> impositæ secta recentia non patiuntur intu-

<sup>b</sup> Sanguis spongia sorbetur, dum fit sectio.



Dalec. fiunt. E mollissimis.—3 Vet. Dalec. rores.—4 Præpositio in deest in cod. Dalec.—5 Vet. Dalec. e quo penicilli. Mox, idem Vet. impositæ. Eadem . . . utilissimæ ideoque eas tenuissimas et mollissimas; al. vett. utilissimæ. Eam quæ tenuissima est, mollissimam, &c.—6 Imponuntur spongiæ Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis et Chiff. τὸ et recepit. Mox, cod. Dalec. et ex aceto. Paulo post, Vet. Dalec. mitigant, conglutinant vulnera, non item veteres; Gronov. et al. ante Harduin. etiam, conglutinant; Chiff. al. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. non glutinant.—7 Chiff. apponuntur.—8 Vet. Dalec. iis rapitur.—9 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. nunc ex aceto inspersæ, nunc e

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Et ideo magis recentes] Subintellige ex superioribus, 'præferant ceteris.' Dioscor. v. 138. novas quoque et recentes, ac minime pingues ceteris anteponebat: 'Ὁ κενὸς δὲ καὶ ἀλιπῆς . . . ὁ δὲ παλαιὸς, ἄχρηστος.

<sup>i</sup> Mollissimum] Nostris, *éponge fine*. Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>j</sup> Idem abstergendæ] Crematas ex aceto lippitudini aridæ opitulari ait Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> Veteres non glutinant] Vide No-

tas et Emend. num. 25.

<sup>1</sup> Dum aliud imponatur] Splenium exempli gratia, vel apparatus, ut vocant, *la bande, ou l'appareil*.

<sup>m</sup> Ulcera quoque] Dioscor. loco citato.

<sup>n</sup> Ex aqua vero cœlesti] Totidem verbis Plinius Valer. iii. 20. 'Secta recentia' sunt vulnera recentia, seu recens factæ Chirurgorum opera sectiones, a quibus spongiæ arcent tumorem.



mescere. Imponuntur et integris partibus, sed fluctione<sup>10</sup> occulta laborantibus, quæ discutienda sit, et iis quæ apostemata vocant, melle decocto perunctis. Item articulis, alias aceto salso madidæ, alias e posca.<sup>11</sup> Si ferveat impetus,<sup>p</sup> ex aqua. Eadem et callo, e salsa:<sup>12</sup> at contra scorpionum ictus ex aceto. In vulnerum curatione et succidæ lanæ vicem implent, nunc ex vino et oleo, nunc ex eadem.<sup>13</sup> Differentia hæc, quod lanæ emolliunt, spongiæ coërcent, rapiuntque<sup>r</sup> vitia ulcerum. Circumligantur<sup>s</sup> et hydropicis siccæ, vel ex aqua tepida poscave, utrumque blandioribus opus est operirive<sup>14</sup> aut siccarum cutem. Imponuntur et his morbis, quos vaporari oporteat, ferventi aqua perfusæ, expressæque inter duas tabulas. Sic<sup>t</sup> et impositæ stomacho<sup>15</sup> prosunt, et in feбри contra nimios ardores. Sed splenicis<sup>16</sup> e posca, ignibus sacris<sup>u</sup> ex aceto, efficaciores quam aliud. Imponi oportet<sup>v</sup> sic, ut sanas quoque partes spatiosè operiant. Sanguinis<sup>w</sup> profluvium

//////////

vino, nunc ex aqua edd. vett. et Gronov.—10<sup>t</sup> Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. Fluctio idem est ac fluxio. In codd. Regg. 1. 3. 5. *fluctuatione.* Brotier. *fluxione* Vet. Dalec. *fluctuatione* Gronov. et vulgg.—11 Vet. Dalec. *alias posca.*—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *callo salsa madidæ* Gronov. et vulgg. *callosa immissa laxant* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—13<sup>t</sup> Ita quidem cod. Reg. 2. et Editio princeps. Forte tamen scripserat Plinius, *ex aqua.* Brotier.—14 Alii ap. Dalec. *aperirive.*—15 Chiffi. *et in stomacho.*—16 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Et sple-*

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Sed fluctione*] Sen fluxione. Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>p</sup> *Si ferveat impetus*] Inflammatio, tumor, ἐπιφορά.

<sup>q</sup> *Eadem et callo, e salsa*] Hoc est, ex aqua salsa. Ita plane Reg. 2. cod. et Colb. 3. Interpolatores sic edi hactenus curaverunt, *eadem et callo salsa madidæ*, obscuro aut penitus nullo sensu: voce *madidæ* ex superiore sententia temere huc iterum revocata. Dioscor. loc. cit. Καὶ τύλους διαστέλλουσι, callos diducunt ac dirimunt.

<sup>r</sup> *Rapiuntque*] Attrahunt pravos

succos, sordes, saniem.

<sup>s</sup> *Circumligantur*] Plinius Valer. III. 12. et Scribonius Largus cap. 33. ‘ad hydropicis,’ Compos. 133.

<sup>t</sup> *Sic*] Aqua ferventi perfusæ.

<sup>u</sup> *Ignibus sacris*] Plinius Valer. ad verbum III. 24.

<sup>v</sup> *Imponi oportet*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>w</sup> *Sanguinis*] Diosc. v. 138. Ἐπέχουσι δὲ καὶ αἰμῶν βαγίαν σὺν ὄξει. Marcellus Empir. cap. 10. pag. 83. ‘Ad sistendum sanguinem e naribus erumpentem:’ ‘Proderit,’ inquit, ‘et spongiæ particulam præsectam apte

sistunt ex aceto, aut frigida. Livorem ab ictu<sup>x</sup> recentem ex aqua salsa calida sæpius mutata tollunt, testium tumorem<sup>y</sup> dolorémque ex posca. Ad canum<sup>z</sup> morsus utiliter concisæ imponuntur ex aceto, aut frigida, aut melle, subinde<sup>17</sup> humectandæ. Africanæ cinis<sup>a</sup> cum porri sectivi succo sanguinem rejicientibus haustu salis exfrigida<sup>18</sup> prod-est. Idem cinis vel cum oleo vel aceto fronti illitus tertianas tollit. Privatim Africanæ ex posca tumorem<sup>19</sup> discutunt. Omnium autem<sup>b</sup> cinis cum pice crematarum sanguinem sistit vulnere. Aliqui raras<sup>c</sup> tantum, ad hoc cum pice urunt. Et oculorum<sup>d</sup> causa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra scabritias genarum,<sup>e</sup> excrescentesque carnes, et quicquid opus<sup>e</sup> sit ibi destringere,<sup>d 20</sup> spissare, explere. Utilius<sup>f</sup> in eo usu lavare cinerem. Præstant<sup>g</sup> et strigilum

<sup>c</sup> *Palpebrarum.*

<sup>d</sup> *Detergere, astringere, replere.*

//////////

*nicis* Chiffi. *Sed splenetivis* Chiffi.—17 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *melle, abunde subinde* Gronov. et vulgg.—18 Vet. Dalec. *cum sale et frigida.* Mox, *cinis cum oleo et aceto* Vet. Dalec.—19 Vet. Dalec. *tumores.*—20 Vet. Dalec. *adstringere*; Gronov.

#### NOTÆ

forfice, et ad amplitudinem narium figuratam, injicere paulo pressius, aceto infectam, et interdum eodem aspersam.<sup>7</sup>

<sup>x</sup> *Livorem ab ictu*] Marcellus Empiric. cap. 19. pag. 131. ‘Spongia nova cum aqua salsa calida sæpius imposita sugillationes livoresque detergit.’

<sup>y</sup> *Testium tumorem*] Ad verbum Marcellus Empir. cap. 33. p. 227.

<sup>z</sup> *Ad canum*] Plinius Valer. III. 51. iisdem verbis, et Theodorus Priscianus III. 19.

<sup>a</sup> *Africanæ cinis*] Marcellus Empir. cap. 16. p. 120. ‘Spongiæ Africanæ exusta cinis cum succo porri sectivi haustus empyricos sanat,’ hoc est, purulentas excreationes. Plinius Valer. I. 63. cui titulus est,

‘Ad sanguinem excreantes, et phthisicos affectos:’ ‘Spongiæ Afræ cinis,’ inquit, ‘cum porri sectivi succo sorbetur.’ De Africanis spongiis IX. 69.

<sup>b</sup> *Omnium autem*] Dioscor. III. 138. totidem verbis.

<sup>c</sup> *Aliqui raras*] Hoc est, genus illud quod ‘rarum’ Latini, Græci *μαρδν* vocant, ut diximus IX. 69.

<sup>d</sup> *Et oculorum*] Dioscor. loco citato.

<sup>e</sup> *Et quicquid opus*] *Destringere*, abstergere est; *spissare*, astringere, ut sæpe monuimus. Diosc. loc. cit. Καὶ ὑποῦ δὲ σμῆξαι τι, ἢ στύψαι.

<sup>f</sup> *Utilius*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Præstant*] Strigili, hoc est, instrumento ferreo, aureo, argenteo, eborcove utebantur veteres ad ra-

vicem, linteolorumque, affectis <sup>21</sup> corporibus. Et contra Solem apte protegunt capita. Medici inscitia ad duo nomina eas redegere: Africanas <sup>h</sup> quarum firmitus sit robur: Rhodiacasque, <sup>22</sup> ad fovendum molliores. Nunc autem mollissimæ circa muros Antiphelli <sup>i</sup> urbis reperiuntur. Trogus auctor est, circa Lyciam penicillos mollissimos <sup>23</sup> nasci in alto, unde ablatae sint spongiæ. Polybius super ægrum suspensos <sup>24</sup> quietiores facere noctes. Nunc revertemur ad marina animalia et aquatilia.

//////////

et al. ante Harduin. *distringere*. Mox, *respissare* Chiffi.—21 Vet. Dalec. *fri-*  
*candis*.—22 Voss. et *Rhodiacas, quæ*.—23 Vet. Dalec. *penicillis mollissimas*.—  
24 Idem Vet. *suspensas*.

#### NOTE

dendas corporis sordes, ad sudorem detergendum, præcipueque in frictionibus. Martialis xiv. 51. cujus lemma, 'Strigiles:' 'Pergamus has misit: curvo destringere ferro: Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.'

que laudat Marcellus Empiric. cap. 36. pag. 246. Genus utrumque ad podagram commendat Scribonius Largus c. 41. Compos. 158.

<sup>i</sup> *Antiphelli*] Urbs ea Lyciæ est, ut diximus v. 28.

<sup>h</sup> *Africanas*] Africanas Rhodiacas-

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XXXI.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

---

1. CAP. II. *Alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi junctæ . . . tenui intervallo discernente*] Ita Reg. 1. et Colb. 3. optime. In Reg. 2. codice, *inunctæ*, mendose. Sequitur nihilominus huic similem Hermolaus, et *unctæ* legit, interpretaturque pingues aquas, ὕδατα λιπαρά. Qua interpretatione nihil est quod a mente scriptoris longius abhorreat: qui frigidas alibi aquas emicare ait, alibi calidas, alibi utrasque conjunctim, tenui eas a se invicem discriminante spatio.

2. CAP. III. *Ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa majestate ingenii*] Hæc totidem plane syllabis apicibusque literarum scriptura codicis Regii 2. et illius quem Pintianus vidit: propemodum etiam et Chiffletiani: quæ vel ipsa interpretatione facili et expedita sese legentibus approbat. In libris hæcenus editis omnino mendose legitur: *Ut protinus noscatur etiam ministeriunt ejus ex illa majestate, voce ingenii extrita, vitiatisque ceteris.*

3. CAP. IX. *Ceronem, ex quo bibentes oves nigras fieri: Nelea, ex quo albas*] Prius legebatur in libris omnibus editis, *Melan, ex quo albas.* Quis

vero inducat animum ut existimet, inditum anni *Melan*, quod nigrum sonat, nomen fuisse, quod albas oves efficiat? In Reg. 1. *melle.* In Reg. 2. *melleam.* Nos ex Antigono Carystio c. 84. *Nelea*: Κέρων enim apud illum et Νηλεὺς vocantur: etsi is memoriæ lapsu, non oves, sed mulieres ipsas eo potu nigrescere prodidit. De Ceronis aquis, qui pullum sive nigrum lanis colorem afferat, Seneca Natur. Quæst. III. 25. p. 873. 'In Macedonia . . . est flumen, ad quod, qui facere albas oves volunt, adducunt . . . At si illis lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector est: ad Ceronem eundem gregem appellant.' Sed pro Cerone, quem primus in eum Senecæ textum Muretus invexit, *Penem* prius lectum esse, jam antea admonimus II. 106. *Nelea*, de quo nunc agitur, eundem esse Dalecampius putavit, eum Melane Bœoticiæ amne, cujus potu nigras oves fieri Plinius affirmavit II. 106. Falso.

4. CAP. XII. *At in Cea insula*] Re-fragantibus licet exemplaribus omnibus, sive editis, sive manu exaratis, *Chio insula* pro *Cea insula* scribi

oportere Dalecampius autumat, Vitruvii admonitu, a quo Plinius hoc accepisse visus est: ille enim VIII. 3. p. 186. 'Item,' inquit, 'est in insula Chio fons, e quo qui imprudenter biberint, fiunt insipientes: et ibi est epigramma insculptum ea sententia,' &c. Addere et Isidorum potuit, similiter scribentem, Orig. XII. 13. Sed utriusque mendosum codicem esse, non ex Plinianorum modo exemplarium consensu, sed ex Sotione ipso, vel Aristone potius, a quo ceteros id hausisse reor, haud temere conjicimus. Sic enim Sotion in Excerptis, p. 141. Ἀρίστων δὲ, ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, ἐν τῇ Κλίῳ (haud dubie pro Κέῳ) πηγὴν φησὶν ὕδατος εἶναι ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀνοισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψύχαις, εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τοῖονδε, κ. τ. λ.

5. CAP. XIII. *Vinum in tædium venire his qui ex Clitorio lacu biberint, ait Eudoxus. Theopompus, inebriari fontibus iis quos diximus. Mucianus, &c.*] Reg. 2. in tædium. Reg. 1. tædio, et mox, ait Eudoxus. In libris hactenus vulgatis: qui ex Clitorio lacu biberint. At Eudoxus et Theopompus, &c. Nos Eudoxum a Theopompo sejunximus: sic enim jucundius suus cuique miraculo auctor assignatur. Et vero Clitorii fontis a Stephano testis Eudoxus advocatur, verbo Ἀζανία, eumque rem ita literis eonsignasse prodit libro sexto Γῆς περιόδου Ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας, ἣ τοὺς γευσασμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μῆδὲ τὴν ὕσμην τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προϊτίδας ἐκάθαιραν, ξμβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα. Est autem Azania pars ipsius Arcadiæ, in qua Clitorius seu fons, seu lacus. Eudoxum transcripsit Ovid. Met. xv. 322. 'Clitorio quicumque sitim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis: Sen vis est in aqua calido contraria vino; Sive, quod indigenæ memorant, Amithæone natus, Proïtidas attonitas postquam per car-

men et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Misit aquas; odiumque meri permansit in illis.'

6. CAP. XVIII. *Cujus gurgitem perjury negantur pati, velut flammam urentem*] Sincerissima hæc est scriptura Regii codicis 2. aliorumque: quos corrumpere interpolatores pluribus modis: *Cujus gurgite perjury notantur pati, &c.* Barbarus, necantur. At familiaris est scriptori nostro ea loquendi forma, quam repræsentamus. Lib. xx. c. 15. 'Habentes eam feriri a serpentibus negantur.' Et XXI. 25. 'Habentes eam a serpentibus feriri negantur.'

7. Ibid. *In unum alveum coeunt vasto singuli anne. Siccantur duodecim diebus, aliquando vicenis*] Ita codex Reg. 2. et is quem Pintianus vidit, oratione magis dilucida, et quæ citius fidem obtineat, quam quæ in editis hactenus libros irrepsit: *In unum alveum coeunt vasto anne. Singulis siccantur duodecies diebus, aliquando vicies.*

8. Ibid. *Dirum est, non profluere eos aspiceret volentibus: sicut proxime Lartio Licinio legato post Præturam: post septem enim dies occidit*] Libri editi hactenus: *post Præturam post septem dies accidit.* Nos ex Chiffli. cod. voculam enim adjecimus: alteram ex conjectura sanavimus: *accidit.* Id enim dirum illud est quod eo prodigio prænuntiatum paulo ante annuit. Reg. 1. *Dirum* habet, ut editi. *Mirum*, Reg. 2. et Chiffli. male.

9. CAP. XIX. *Necare aquas Theopompus et in Thracia apud Cycchos dicit*] Consentunt omnia exemplaria. *Chropas* tamen, non *Cychoas*, Sotion ex eodem Theopompo scribit, nisi forte τῶν Χρωπῶν oppidum Κύχροι, ut Cilicum Σόλοι, fuerit. Sic enim ille in Excerptis, p. 139. Θεόπομπος ἱστορεῖ κρήνην ἐν Χρωπῆ τῆς Θρακίας, ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρῆμα μεταλλάσσειν. *Prodit Theopompus fontem apud Chropes esse, Thraciæ gentem, ex quo qui*

*laverint, statim moriuntur.* Vitruvius tamen VIII. 3. p. 162. 'Et apud Cychros in Thracia lacus, ex quo non solum qui biberint moriuntur, sed etiam qui laverint.' An *Cychropus* legi satius? Nam Auctor libri de Mirab. Auscult. ἐν δὲ Κύκλωσι τοῖς Θραξί, inquit, (forte pro Κύκλωσι) κρηνιδιὸν ἐστὶν ὕδωρ ἔχον δὲ τῆ μὲν ὕψει καθαρὸν καὶ διαφανές, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον· ὕταν δὲ πῆρ τι ζῶον ἐξ αὐτοῦ, παραχρῆμα διαφθείρεται.

10. CAP. XXII. *Ante omnia autem damnantur amaræ, et quæ cum sorbentur, statim implent, quod evenit Træzene*] Sic totidem plane syllabis apicibusque codex Regius 2. In Reg. 1. et quæ sorbem, statim implent. In Chiffli. quæ sorbentem. In libris vulgatis ridicule, et quæ scrobem statim implent. At præter codicum fidem haud minus sane certus emendandi auctor Athenæus extitit, lib. 11. p. 42. *Ex uquīs multæ, inquit, corpulentæ sunt, ac velut insita quadam gravitate ponderosa, ut ad Træzenem, quæ gustata os statim implet: ὡς τὸ ἐν Τροϊζῆνι· τοῦτο γὰρ καὶ τῶν γενομένων εὐθὺς ποιεῖ πλήρες τὸ στόμα.* Erit autem operæ pretium, uti remur, ad illustranda uberius ea quæ de aquarum pondere dicuntur a Plinio c. 23. hic obiter proferre in medium instrumentum quoddam, quo veteres asi ad dijudicandum de pondere aquæ, aut levitate. Stateræ minus apud Plinium mentio: subtilioris inventi Synesius viam suppeditat, Epist. xv. quod idcirco juvat hic afferre, quod a nemine adhuc, quem quidem legerim, ante hunc diem explanatum sit.

Τῆ Φιλοσόφου.

Οὕτω πάνυ πέπραγα πονηρῶς, ὥστε ὕδροσκοπίου μοι δεῖ ἐπίταξον αὐτὸ χαλεκῶθῆναι τε καὶ συνωνηθῆναι. Σωλήν ἐστι κυλινδρικός, ἀλλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων· οὗτος ἐπὶ τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομὰς, αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπήν ἐξετάζομεν. Ἐπιπωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, ὡς εἶναι κωνὴν βάσιν

ἀμφοῖν, τοῦ κῶνον τε καὶ τοῦ σωλήνος· αὐτὸ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ Βαρύλλιον. Ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῆς τὸν αὐλόν, ὀρθὸς ἐστήξει, καὶ παρέξει σοι τὰς κατατομὰς ἀριθμῶν· αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς εἰσι γνωρίσματα.

*Philosophiæ Magistræ.*

*Eo sum infortunii redactus, ut hydroscopio opus habeam. Jube hoc mihi fabricari et coëmi. Tubulus est cylindri figuram habens, tibicæ magnitudine atque forma. Hic in una recta linea incisiones habet, quibus aquarum pondus cognoscimus. Obturat enim illum ex altera parte comus, æquabili positura insertus, ita ut communis sit amborum basis, coni videlicet atque tubuli. Hoc ipsum est, quod Baryllium appellant. Jam cum tubulum in aquam deposueris, erectus subit, ita ut in eo incisiones facile numerare possis, ex quibus pondus cognoscitur.*

Nihil erat causæ cur interpres doctissimus, ῥοπήν pro ῥοπήν substitueret: neque enim ad libramentum aquarum, clepsydiasve, hoc Synesianum spectat organum: sed de ῥοπήν sive momenti aut ponderis aquarum quantitate agit. Ῥοπήν quippe pro pondere usurpavisse mechanicos Mathematicosque compertum est, vel ex Archimede uno, qui ἰσοῤῥοπικὰ inscripsit, quæ de æquiponderantibus solertissime demonstravit. Ipsius propositio prima libri secundi Περὶ ὀχυομένων, Ἐῖ τι μέγεθος κουφότερον τοῦ ὑγροῦ, κ. τ. λ. fundamentum est, cui Synesii instrumentum innititur. Verba problematis hæc sunt Latine: *Si magnitudo aliqua humido levior demittitur in humidum, eam in gravitate proportionem habebit ad humidum æqualis molis, quam pars magnitudinis demersæ habet ad totam magnitudinem.* Unde in promptu est efficere hanc propositionem alteram: *Si magnitudo aliqua humido levior demittatur in duo humida separatim, gravitates humidorum servabunt inter se proportionem magnitudinis partium de-*

mersarum. Cujus propositionis demonstrationem ex Archimedeâ deducere, nullius negotii est. Sint enim humida duo diversa, fontes, puteive: demittatur in prius humidum humido levius aliquid solidum corpus, cylindri specie, pedum omnino quaternum, cujus pars demersa sit binum pedum: deinde in posterius humidum demittatur idem solidum, aut ei æquale aliud, cujus pars demersa sit pedis unius: ita ut pars prioris solidi demersa duplo superet posterius: aio reciproce posterioris humidum gravitatem duplam esse ad gravitatem humidum prioris: idemque in omnibus proportionibus reciproce, et ἀντὶ πεπονηθῆτος, ut loquuntur Mathematici, concludendum. His ita constitutis, instrumentum quaeritur cujus beneficio expendi exacte et accurate gravitas aquarum possit. Huic autem rei neque elegantius neque commodius excogitari potest quam subsequens, quod Synesio præsentente construimus: Esto igitur canalis sive cylindrus æreus, intus cavus, instar fistulæ, cujus inferiori parti, quæ in aquam immittitur, conus aptetur, quo tubus obturetur, ne aqua in tubum influat; quique aquam facilius et æquabilius dividat, erectusque subeat. Scripta sit in cylindri latere linea perpendicularis, per quotlibet minutissimos, si velis, distincta gradus, quibus sui ascribantur numeri. Hoc peracto, quaeritur inter duas aquas quænam gravior et juxta quam proportionem. In priore demittatur instrumentum, ejusque pars demersa ad tertium exempli gratia gradum pertingat: demittatur deinde in posteriorem: et instrumenti pars in ea demersa quarto finiatur gradu. Palam erit statim gravitatem prioris aquæ ad gravitatem posterioris habere se omnino ut 4. ad 3.

11. Ibid. *Refert et si vasa ærea inficiunt*] In libris hætenus editis, *ære*. In Reg. 2. *ara*. Nos *ærea* ex indu-

bitata conjectura, quam firmat etiam egregie Palladius in Augusto lib. ix. tit. 10. pag. 137. ‘Aquam vero novam sic probabis,’ inquit: ‘in vase æneo nitido spargis, et si maculam non fecerit, probabilis judicetur.’ Vitruvius, viii. 5. ‘Si fons novus fuerit fossus, et in vas Corinthium, sive alterius generis, quod erit ex ære bono, ea aqua sparsa maculam non fecerit, optima erit.’ Athenæus lib. ii. pag. 46. indicium aquæ bonæ id statuit esse, si vasis æneis affusa nulla ea æruginè inficit, *eis χάλκεον ἄγγος ἐγχεόμενον οὐ ποιεῖ τὸ ἰώδες*.

12. CAP. XXXI. *Libramentum aquæ in centenos pedes sicilici minimum erit*] Ita totidem plane syllabis apicibusque codex optimæ notæ Reg. 2. et Colb. 3. et is quem Pintianus vidit. Hanc autem vocem coquere Plinii editores cum minime possent, *sursum elici* commenti sunt, non aliena modo, sed contraria plane sententia. Ut minimam porro declivitatem aquæductus sicilico Plinius definit, hoc est, ut diximus, quarta pollicis parte; sic majorem Vitruvius semipede toto, præsertim cum aqua ducitur per canales structiles: ‘Si canalibus,’ inquit viii. 7. pag. 168. ‘ut structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede,’ &c. Sesquipede integro Palladius, in Augusto. Plinium sequuntur libratores hujus ætatis, qui in pedes quadringentos pollice tantum uno depriment aquæductum, hoc est, quatuor sicilicis.

13. Ibid. *Si cuniculo veniet, in binos actus lumina esse debebunt. Quam surgere in sublime opus fuerit, e plumbo veniat. Subit altitudinem exortus sui*] Nullus toto opere ad hunc diem extitit inquinatio locus, sive præposita interpunctione, sive interpolatione criticorum. Nos sincerum præsentamus, qualem Mss. exhibent, Reg. 2. et is quem Pintianus ante

nos vidit, aliique. Prius sic edebatur: *Si uno cuniculo veniet, in binos actus: lamina esse debent, per quas surgere in sublime opus fuerit, e plumbo. Subit altitudinem, &c.* Qua oratione perturbatus nihil, alieniusve a bonamente, dici aut cogitari potest. Vitruvium, ut alias sæpe, nunc Plinius sequitur: is enim iisdem ferme verbis rem explanat, VIII. 7. pag. 169. 'Si terrenum,' inquit, 'aut arenosum erit solum, parietes cum camera in specu sternantur, et ita perducantur: puteique ita sint facti, ut inter duos sint actus.' Nam qui cuniculus Plinio dicitur, opus illud est structile, quod parietum nomine cum camera a Vitruvio designatur. Lumina Plinio sunt, qui putei Vitruvio nunc appellantur, alias æstuaria, quibus respirare possit perfluens aqua, et vis spiritus relaxetur, ne conclusus aër cursum aquæ moretur: quæ spiramenta alias idem columnaria nominat, ut Philander monet.

14. CAP. XXXIII. *Qui puram dedere, raphanos supermandi, &c.*] Sic libri omnes Mss. quos vidimus, cum Chiff. et Parm. editione. Frobenius, et omnes deinde eum secuti, qui *parum* ediderunt. Haud recte. Pura hic aqua intelligitur, quæ per se et sola datur, hoc est, quæ nulla sit dulcium mixtura corrupta. Sic Plinius Valer. II. 24. 'Ad tenesum:' 'Aliqui vero,' inquit, 'aquam marinam per se dant, sed raphanos supermandi jubent ex mulsa et aceto, ut vomatur.' Sic puram aquam Celsus II. 12. mulsæ opponit, et ei in qua fœnum Græcum, vel ptisana, vel malva decocta sit.

15. CAP. XXXIX. *Gerrhis Arabiæ oppido muros domosque massis salis faciunt aqua ferruginantes*] Libri omnes haecenus editi habent, *Carrhis Arabiæ*, quæ urbs illa est videlicet Crassi elade nobilis. In Reg. I. *Garrhis*. Nos *Gerrhis* rescripsimus, quod oppidi nomen in littore Arabiæ Felicis,

qua Soli orienti obvertitur, alluiturque Persico sinu. Qua emendatione certior esse nulla potest. Auctor enim Strabo lib. XVI. pag. 766. *Γέβρα Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλῶνος, οἰκούντων τὴν ἄλμυρίδα, καὶ ἐχόντων ἀλίνας τὰς οἰκίας, ἃς ἐπειδὴν λεπίδες τῶν ἁλῶν, ἀφιστάμεναι κατὰ τὴν ἐπίκαισιν τὴν ἐκ τῶν ἡλίων, συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταρβαίνοντες ὑδασι πικνὰ τοὺς τοίχους συνέχουσι. Διέχει δὲ τῆς θαλάττης διακοσίου σταδίου ἢ πόλις, κ. τ. λ. Γερρα, quam Chaldæi tenent, Babylonia extorres, loca salsa et domos ex sale factas habitantes: has cum salis squamæ propter Solis ardorem abscedentes continue cadant, crebro aquis aspergunt, atque eo pacto continuitatem parietum tutantur. Hæc urbs stadiis CC. a mari distat.* Plinius ipse in Geographicis VI. 32. 'Sinus Gerraicus. Gerra, quinque mill. pass. amplitudine, turres habet ex salis quadratis molibus.' Quin et tota hodie insula, quæ Ormuz dicitur, nec abest longissime ab eo littore, nihil est præter durum candidumque salem, ex quo ipsæ conficiuntur ædes, ut diximus II. 104. Isidorus Orig. XVI. 2. hunc Plinii locum exscribens, oppidi nomen prætermisit.

16. Ibid. *In Chaonia exeoquant aquam ex fonte, refrigerandoque salem faciunt inertem, nec candidum*] Sic libri omnes etiam manu exarati, quos vidimus. Dalecampius tamen ex nescio quo vetere exemplari affert, *sed candidum*, contraria plane sententia non modo menti scriptoris, sed et Philosophi, a quo is accepit, Meteorol. II. 3. p. 558. ubi de Chaonio illo sale disputans, εἰσὶ δὲ τὴν δύναμιν, inquit, ἀσθενέστεροι τῶν ἁλλῶν καὶ πλείους ἡδύνοουσιν ἐμβληθῆτες· καὶ τὴν χροάν οὐχ ὁμοίως λευκοί. Hoc genus salis imbecilliorum quam cetera virtutem obtinet, largiusque adhibitum gustum ingerit suavem: colore item non æque candido existit.

17. CAP. XL. *Apud Theophrastum*



invenio, *Umbros arundinis et junci cinerem decoquere aqua solitos, &c.*] Sane *Umbros* vetusta omnia exemplaria referunt, ut ipse fatetur Hermolans, Reg. 1. 2. Colb. &c. ut mirari subeat cur libri omnes editi *Imbros* vel *Imbrios* exhibeant, ut de *Imbro* Thraciæ insula id intelligatur, quod de *Umbris* Italiæ populis accipiendum est. Testis Aristoteles, Theophrasti magister, a quo ceteri id hauserunt, Meteorol. 11. 3. pag. 558. Τοιοῦτον δ' ἕτερον γίνεταί καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς· ἔστι γὰρ τις τόπος ἐν ᾧ πεφύκασι κάλαμος καὶ σχοῖνος· τούτων οὖν κατακαλοῦσι, καὶ τὴν τέφραν ἐμβάλλοντες εἰς ὕδωρ ἀφέψουσιν· ὅταν δὲ λίπωσί τι τοῦ ὕδατος, τοῦτο ψυχθὲν ἀλῶν γίνεταί πλῆθος. Aliud huic rei proximum *Umbræ* molliuntur : quendam enim locum habent, in quo arundines et junci enascuntur, quorum cinerem decoquere aqua soliti sunt, donec exiguum supersit humoris : qui ubi refriguit, in salis copiam solet evadere.

18. CAP. XLV. *Emollit et album in vino mixtus innoxie : et tinearum genera pellit in vino potus*] Sic totidem syllabis apicibusque literarum Mss. Reg. 2. aliique. In Reg. 1. *innoxia*. In libris hactenus vulgatis interpolata lectio : *Emollit et album in vino potus*. Idem *noxia*, et *tinearum, &c.*

19. Ibid. *Phagedænis ulcerum tostus cum farina hordei*] Sic restituimus ex fide codicum Reg. 2. in quo *tostus*, et ex vestigiis Regii 1. et Colb. 3. in quibus *totus* legitur : non, ut in editis, *tritius*. Favet Diosc. v. 126. similiter præcipiens inspergi phagedænis tostum salem cum polenta : Καὶ πρὸς φαγεδαίνας σὺν ἀλφίτῳ κεκαμμένοι καταπλάσσονται.

20. Ibid. *Multi et hydropicos sale curavere . . . Ulcerum exrescentibus vel putrescentibus imposuere. Crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis, ita ut paverentur ante hic ulcera*] His postremis verbis ad hunc diem nævus adhæsit, qui crucem Dalecampio

ceterisque fixit, dum tollere voluerunt. Legebatur enim, *ita ut batuerentur antehac*. Mss. omnes, *ita ut batuerentur ante hic*. Nos levi admodum immutatione, nec infelici plane Minerva, ut remur, *ita ut paverentur ante hic ulcera*. Imposuere, inquit, crocodilorum morsibus salem ex aceto : et ante hanc medicinam hic, ubi morsum crocodilus infixisset, ulcera prisca illi pavebant.

21. CAP. XLVI. *In Litis Macedonia, quod vocant Chalastricum*] Libri omnes ad hunc diem editi, in *Clytis*. Ex vetere nescio quo exemplari profert Dalecampius *Chytis*. Neutrum in censu urbium hujusce tractus locum nomen habet, si Geographis omnibus fides. In Mss. Reg. 1. 2. aliisque, in *Clitis*. Nos *Litis* rescripsimus, haud dubia conjectura : est enim *Lete*, sive *Lite*, ut diximus IV. 17. Macedonia oppidum semotum a mari, cujus in agro lacus ille nitri ferax, quod veteres scriptores *Chalastræum* sive *Chalastricum* appellarunt, ab oppido *Chalastra*, quod est in proximo sinn, e quo evehebatur.

22. Ibid. *Multique sunt cumuli ea de causa saxei. Faciunt ex his vasa, &c.*] In libris hactenus editis, *tumuli*. In Reg. 2. *cuniculi*. Reg. 1. et Chiffi. *cumuli*. Recte : nam et antecedit, *Lapidescit in acervis* : et sequitur statim, *faciunt ex his vasa*, ex cumulis utique saxeis nitri, non ex tumulis : nisi tumulos colles intelligis, *βουνούς*.

23. Ibid. *Porriginem alumine permixto tollit*] Ita rescripsimus admonitu Regii cod. 1. etsi ceteri, librique editi ad hunc diem omnes, *pruriginem* exhibent. Aliud porrigo, aliud prurigo est. Illa capitis, hæc reliqui corporis vitium est. Pruritus sanando vel leniendo medicinas ante ex nitro petitas ante recensuit : nunc sermo de porrigine, quæ caput infestat. Testis Plinius Valer. 1. 4. cui titulum inscripsit, de phthiriasis et porriginis cura-

tionē. 'Nitrum,' inquit, 'aluminum mixtum, capiti infricatum, porriginē tollit.' Marcellus Empir. c. 4. p. 40. 'pruriginē capitis' pro porriginē insolentius dixit: 'Nitrum aluminum admixtum pruriginē capitis tollit, si inde frequenter fricetur et lavetur.'

24. CAP. XLVII. *Mollissimum genus earum penicilli*] Sic Reg. 1. codex, et libri hactenus typis impressi. In Reg. 2. non aspernanda lectione, *penicillis*: ut sit sententia, non id ei generi nomen esse, sed penicillis aptandis concinnandisque id genus potissimum dicari. Nam Plinius, de hoc ipso genere agens, ix. 69. 'Tenuē,' inquit, 'densumque, ex quo penicilli, Achilleum.' Nihil tamen moveo, cum extremo hoc cap. mollissimos penicillos in Lycia nasci dicat:

ut ea tenuissimi generis appellatio propria esse videatur.

25. Ibid. *Veteres non glutinant vulnera*] Ita restitimus secuti codices Reg. 1. 2. Colb. Chiff. ceterosque Mss. vulgatamque scripturam aspernati, cuius contraria sententia est, *veteres conglutinant vulnera*. Certe Diosc. lib. ii. cap. 138. ubi recentes spongas dixit conglutinare vulnera, veteres idem subjungit statim esse inutiles, ὁ δὲ παλαιὸς ἄχρηστος.

26. Ibid. *Imponuntur et integris partibus, sed fluctione occulta laborantibus*] Sic libri Mss. Reg. 2. et alii, pro fluxione. Dioscor. v. 138. τὰ δὲ βευματικά, κ. τ. λ. In libris ad hunc diem editis inepte prorsus, *fluctuatione occulta*.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXXII.

---

---

#### *Medicinæ ex aquatilibus.*

I. VENTUM est ad summa<sup>1</sup> naturæ exemplorumque, per rerum ordinem: et ipsum sua sponte occurrit immensum potentiæ occultæ documentum, ut prorsus nec aliud ultra quæri debeat, nec par aut simile possit inveniri, ipsa se vincente natura,<sup>2</sup> et quidem numerosis modis. Quid enim<sup>3</sup> violentius mari ventisve, et turbinibus, et procellis? quo majore hominum ingenio in ulla sui parte adjuta est, quam velis remisque? Addatur his et reciproci æstus inenarrabilis vis, versumque totum mare in flumen.

(1.) Tamen omnia hæc, pariterque eodem impellentia,<sup>4</sup> unus ac parvus admodum pisciculus, echencis appellatus, in se<sup>4</sup> tenet.<sup>a</sup> Ruant venti licet, et sæviant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, et cogit stare navigia: quod non vincula ulla, non anchoræ pondere irrevocabili jactæ.<sup>5</sup> Infrænat<sup>6</sup> impetus, et domat mundi rabiem

<sup>a</sup> *Etiam navigia et ventos, quibus in altum provehimur.*

//////////

CAP. I. 1 Vet. Dalec. *summam*.—2 Cod. Dalec. *inveniri*. *Ipsam se invenit natura*.—3 Vet. Dalec. *modis declarante*. *Quid enim*. Mox, pro *ventisve*, Chiff. *besteisque*; unde Dalec. legit *bestiisve*.—4 Vet. Dalec. *per se*.—5 Vet.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *In se tenet*] Reg. 2. et alii, *in se sua temerat*. Alii, *ipse remoratur*, *tenuerat*. Conjiciebat Pintianus, *vi*

nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo, quam adhærendo. Hoc tantulo<sup>b</sup> satis est<sup>7</sup> contra tot impetus, ut vetet ire navigia. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur, velut e muris. Heu vanitas humana, cum rostra illa, ære ferroque ad ictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere devincta, pisciculus. Fertur Actiaco Marte tenuisse prætoriam navim Antonii, properantis circumire et exhortari suos, donec transiret in aliam. Ideoque Cæsariana classis impetu majore protinus venit. Tenuit et nostra memoria Caii principis<sup>c</sup> ab Astura Antium renavigantis:<sup>8</sup> ut res est etiam auspicalis pisciculus.<sup>b</sup> Siquidem novissime tum in Urbem reversus ille imperator suis<sup>9</sup> telis<sup>d</sup> confossus est. Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, cum e tota classe quinquereimis sola non proficeret,<sup>10</sup> exsiliens protinus qui id quærerent circa navim; invenere adhærentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se revocaret, quadringentorumque<sup>e</sup> remigum obsequio contra se intercederet. Constabat

<sup>b</sup> *In auspiciis valens plurimum.*



Dalec. factæ.—6 *Is frænat* al. ap. Dalec.—7 *Hæc tantilla est satis* Gronov. et al. ante Harduin. *Hoc tantulo satis est* Chiff. *Hic tantillus* Vet. Dalec. *Hæc tantilla vis est* al. vett.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *remantis* Vet. Dalec. *remigantis* Gronov. et vulgg. Mox, et res Vet. Dalec.—9 Vet. Dalec. *suorum*.—10 Vet. Dalec. *procederet*.

#### NOTE

<sup>b</sup> *Hoc tantulo*] Sic Reg. 2. et Chiff. In editis perperam, *Hæc tantilla est satis*.

<sup>c</sup> *Caii principis*] Caligulæ. De Astura et Antio III. 9. De hoc illius reditu in Urbem, et post quartum mensem nece ei illata, Suetonius in Caio, cap. 49.

<sup>d</sup> *Suis telis*] 'Potentissimorum libertorum' suorum telis, 'præfectorumque Prætorii,' inquit Suetonius, cap. 56.

<sup>e</sup> *Quadringentorum*] Totidem remis actam navim eam cecinit Silius Ita-

licus.—'Cum quadringentos remiges, inquit, in sua classe Caius princeps haberet sibi obsequentes, pisciculus contra illud obsequium intercessit, et omnium studium reddidit emortuum: siquidem illius quinquereimis, qua Princeps vehebatur, progressu inhibito, ceteræ simul detinebantur: quippe comites quinquereimis Principalis. Quod si fuere, ut verisimile est, in ea classe reliquæ triremes, et remis singulis quaterni remiges attributi, constitit ea triremibus omnia triginta duabus. Nec majorem eam

peculiariter miratum quomodo adhærens tenuisset, nec idem polleret in navigium receptus. Qui tunc posteaque videre, eum limaci magnæ similem esse dicunt. Nos plurimum<sup>11</sup> opiniones posuimus in natura aquatilium, cum de eo diceremus.<sup>f</sup> Nec dubitamus idem valere omnia genera,<sup>e</sup> cum celebri et consecrato etiam exemplo apud Gnidiam Venerem<sup>12</sup> conchas quoque ejusdem potentiae credi necesse sit. E nostris quidam Latine remoram appellavere eum. Mirumque, e Græcis alii lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem, adalligato<sup>13</sup> eo (ut diximus)<sup>h</sup> prodiderunt: alii sale asservatum adalligatumque gravidis partus solvere, ob id alio nomine odyolytem<sup>14</sup> appellari. Quocumque modo ista se habeant, quis ab hoc tenendi navigia exemplo de ulla potentia naturæ atque effectu in remediis sponte nascentium rerum dubitet? <sup>15</sup>

11. Quin et sine hoc exemplo per se satis esset ex eodem mari torpedo:<sup>j</sup> etiam procul, et e longinquo, vel si hasta virgave attingatur, quamvis prævalidos lacertos torpescere,

<sup>e</sup> Nec dubitamus quin easdem vires habeant genera echeneidum omnia, quæ suo loco diximus.

Mox, et exilientibus cod. Dalec. Deinde, Vet. Dalec. qui eum, &c.—11 Chiff. plurimum.—12 Chiff. venire; nec habet τὸ credi, quod sequitur. Mox, Et nostris Latinis quidam Vet. Dalec. Latine Chiff.—13 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. alligato Gronov. et vulgg. Mox, ut diximus dcest in cod. Dalec.—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. odyolyontem Gronov. et vulgg.—15 Vet. Dalec. dubitare debeat.

## NOTÆ

esse profecto oportuit, cum esset ora tantum prænaviganda, ab Astura Antium: quod confici spatium unius horæ navigatione potuit. Quamobrem etiam εἰρωνικῶς vocatur a Plinio, 'ille Imperator,' qui extra navigationem eam nunquam Imperatorem egit; nec in nummis suis gessit titulum IMP. nec a Plinio aliter appellatur, quam Caius Princeps: quamvis natalium jure præesse exercitiis posset, et dici IMP. Généralissime né.' Ed. sec.

<sup>f</sup> Cum de eo diceremus] Lib. 1x. c. 41.

<sup>g</sup> Apud Gnidiam Venerem] Recitata historia est 1x. 41.

<sup>h</sup> Ut diximus] Loco mox citato.

<sup>i</sup> Odyolytem] Ὀδυονόλητην, παρὰ τὸ λῦειν τὰς ὀδύνας, a solvendis doloribus gravidarum, quibus opitulari in partu echeneis putabatur. Sic Mss. Reg. Colb. alique: non, ut editi, odyolyontem.

<sup>j</sup> Torpedo] Egimus de ea, 1x. 67.

quamlibet ad cursum veloces alligari pedes.<sup>1</sup> Quod si necesse habemus fateri hoc exemplo esse vim aliquam, quæ odore tantum et quadam aura sui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis sperandum est?

III. Non sunt minus mira, quæ de lepore marino<sup>k</sup> traduntur. Venenum est<sup>1</sup> aliis in potu, aut in cibo datus; aliis etiam visus.<sup>1</sup> Siquidem gravidæ si omnino aspexerint foeminam ex eo genere duntaxat, statim nausea et redundatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio est mas, ob id induratus sale, ut in brachialibus<sup>m</sup> habeant. Eadem res in mari<sup>n</sup> et tactu quidem nocet. Vescitur eo<sup>o</sup> unum tantum animalium ut non intereat, mullus piscis: tenerescit<sup>2</sup> tantum, et ingrator, viliorque fit. Homines, quibus impactus<sup>a3</sup> est, piscem olent: <sup>p</sup> hoc primo argumento veneficium<sup>b</sup> id deprehenditur. Cetero moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus. Incertique temporis veneficium id esse,<sup>4</sup> auctor est Licinius Macer. In India affirmant non capi viventem: invicemque ibi hominem illi pro veneno esse, ac vel digito omnino in mari tactum mori. Esse autem ampliorem multo, sicut reliqua animalia.

IV. Juba in his voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium, de Arabia, tradit mitulos marinos<sup>a</sup> ternas<sup>1</sup>

<sup>a</sup> Quibus vel in cibo vel in potu oblatus.

<sup>b</sup> Venenum.

//////////

CAP. II. 1 Vet. Dalec. *pedes proditur.*

CAP. III. 1 Vet. Dalec. *aliis etiam visu.*—2 Cod. Dalec. *ac tenerescit.*—3 Cod. Dalec. *in pasta;* margo edd. Dalec. et Gronov. *in potu datus,* e Diosc.—4 Chiff. *de se.*

CAP. IV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'In codd. Regg. 1. 3. et

#### NOTE

<sup>k</sup> *De lepore marino*] Lib. IX. cap. 72.

<sup>1</sup> *Venenum est*] Vide quæ diximus loco proxime citato.

<sup>m</sup> *In brachialibus*] Brachialia, sive armilla, des brasselets.

<sup>n</sup> *Eadem res in mari*] Ex Reg. 1. et 2. rectius, *in marina:* ut in ipsos pis-

ces exerere vim eandem intelligatur, quam in hominum genus, vel ipso tactu.

<sup>o</sup> *Vescitur eo*] Et scarrum quoque lepore marino vesci auctor est Athenæus lib. VIII. p. 355.

<sup>p</sup> *Piscem olent*] Vide Diosc. in Alexiph. cap. 30.

hemina capere. Cetos<sup>2</sup> sexcentorum<sup>b</sup> pedum longitudinis, et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus mercatores negotiatos,<sup>3</sup> et omnium piscium adipe camelos perungi<sup>4</sup> in eo situ, ut asilos<sup>d</sup> ab his fugent odore.

v. (11.) Mihi videntur mira et quæ Ovidius prodidit<sup>1</sup> piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon<sup>e</sup> inscribitur. Scarum inclusum<sup>f</sup> nassis, non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere: sed aversum<sup>2</sup> caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum erumpere.<sup>3</sup>

Editione principe tantum *vitulos ternas*. In cod. Reg. 2. *vitulos marinos ternas*. Brotier. *vitulos* etiam Chiffli. *mitulos ternas* Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *Cetum*.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ejus mercatores ac negotiatores* cod. Dalec. *ejus negotiatores* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *perungere* edd. vett. et Gronov.

CAP. V. 1 Chiffli. *prodit*.—2 Chiffli. *aversum*.—3 Cod. Dalec. *reperere*.—

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Mitulos marinos*] Libri omnes manu exarati *vitulos* exhibent. Reg. 2. addit et *marinos*. Sed *mitulos* haud dubie, ut editi præferunt, scribi par est, quos in Arabia portentosæ molis esse Juba ait, quoniam ibi sunt omnia multo ampliora. Hemina mensura cum dicitur, significat cyathos sex, pondus vero drachmarum quindecim, ut diximus XXI. 109.

<sup>b</sup> *Cetos sexcentorum*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. aliique. Singularem numero, ut Græci τὸ κῆτος: sequitur enim, *pinguique ejus*.—‘Flumen’ autem ‘Arabia’ ipsum est ‘flumen Salsum’ a Plinio memoratum, VI. 32. et idem Mosi *Gehon*, in Genesi II. 13. Ed. sec.

<sup>c</sup> *Mercatores negotiatos*] Sic edidimus, cum in Reg. 2. legatur, *mercatores negotiatio*. In editis, *negotiatores tantum*.

<sup>d</sup> *Ut asilos*] Insecti genus, de quo XI. 34.

<sup>e</sup> *Halieuticon*] Ἀλιευτικὸν volumen, sive commentatio de piscatu. Non

modo hoc loco, sed et inferius cap. 51. hoc Halieuticon opus Ovidio Plinius asserit, decimo fere post Ovidii excessum anno natus. Plane ut mirari subeat, cur tanti viri auctoritate spreta, sæculis tot elapsis, una styli diversitate permoti quidam, quod lubricum est sane conjiciendi genus, Ovidio nunc illud abjudicent, Gratio vindicare moliantur. Ut ut est, nisi me majora rationum momenta, quam quæ hactenus prolata sunt, ab hac sententia divellant, deliberatum est a Plinii mente non desciscere.

<sup>f</sup> *Scarum inclusum*] Oppianus quoque hæc totidem verbis refert Halieut. IV. 44. et seqq. Ovidii verba hæc sunt, in Halieut. vs. 7. ‘omnibus hostem, Præsidiumque datum sentire, et noscere teli Vimque modumque sui: sic et Scarns arte sub undis. . . . Non audet radiis obnixa occurrere fronte: Aversus crebro veniens sed verberare caudæ Laxans subsequitur, tutumque evadit in æquor.’

Quem luctatum ejus<sup>g</sup> si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adjuvare nisus<sup>4</sup> erumpentis. Lupum rete<sup>5h</sup> circumdatum arenas arare cauda, atque ita condi,<sup>1</sup> dum transeat rete. Murænam<sup>j</sup> maculas<sup>c</sup> appetere<sup>6</sup> ipsas, consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec evadat. Polypum<sup>k</sup> hamos appetere, brachiisque complecti, non morsu: nec prius dimittere, quam escam circumroserit, aut arundine<sup>7</sup> levatum extra aquam.<sup>d</sup> Scit et mugil<sup>1</sup> esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat cibum.<sup>8</sup> Minus in providendo lupus solertiæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. Nam ut hæsit<sup>m</sup> in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec

<sup>c</sup> Foramina retis.

<sup>d</sup> Cum lino piscatorio attollitur extra aquam, brachia tum laxat, dimittitque hamum.



4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adjuvare nixus* Gronov. et vulgg. *adjuvat nixus* Dalec.—5 Cod. Dalec. *Lupum piscem rete*. Mox, *ita conditum transire rete* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Dalec. *impetere*.—7 Vet. Dalec. *vel arundine*.—8 Ita codd. Harduini et

#### NOTE

<sup>g</sup> *Quem luctatum ejus*] Annotavit et hoc Plutarchus de Solert. Animal. pag. 977. Ovid. Halieut. 15. 'Quin etiam si forte aliquis dum pone nataret Mitis luctantem scarus hunc in vimine vidit, Aversi caudam morsu tenet, atque trahendo Captivum texto socium de carcere solvit.' Vide et Æliannum Hist. Anim. 1. 4.

<sup>h</sup> *Lupum rete*] Oppianus ad verbum hæc quoque cecinit Halieut. III. 121. Ovid. vs. 23. 'Clausus rete lupus, quamvis immanis, et acer, Dimotis cauda summissus cedit arenis.' Casiod. Epist. XI. 40. 'Piscis lupus arenis se mollibus, ut plumbati lini insidias evadat, immergit: cujus ut superducta retia ejus terga frustra diraserint, alacer in undas exsilit, et vitati periculi gaudia liberatus agnoscit.'

<sup>1</sup> *Atque ita condi*] Vide Notas et

Emend. num. 1.

<sup>j</sup> *Murænam*] Oppianus Halieut. III. 127. Æliannus Hist. Anim. 1. 33. Ovid. Halieut. 26. 'Et mura na ferox teretis sibi conscia tergi, Ad laxata magis conversa foramina retis, Tandem per multos evadit lubrica flexus.'

<sup>k</sup> *Polypum*] Ovid. Halieut. 30. 'At contra scopulis erinali corpore segnis Polypus hæret . . . atque ubi prædam Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit Elato calamo, cum demum emersus in auras Brachia dissolvit, populatumque expuit hamum.'

<sup>1</sup> *Scit et mugil*] Eleganter hæc Oppianus, ut cetera, Halieut. III. 482. et seqq. itemque vs. 520. Ovid. vs. 37. 'At mugil cauda pendentem everberat escam, Excussamque legit.'

<sup>m</sup> *Nam ut hæsit*] Plutarchus de



excitant insidiæ. Murænæ amplius<sup>n</sup> devorant, quam hamum, admoventque dentibus lineas, atque ita erodunt. Anthiam tradit<sup>o</sup> idem infixam hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellato ei spina, eaque lineam<sup>o</sup> præsecare. Licinius Macer<sup>p</sup> murænas tantum foeminiini sexus esse tradit, et concipere e serpentibus, ut diximus:<sup>q</sup> ob id sibilo a piscatoribus, tanquam serpentibus, evocari et capi: pinguescere jaetatu,<sup>r</sup> fuste non interimi, easdem ferula protinus.<sup>s</sup> Animam in cauda habere certum est, eaque iecta celerrime exanimari: at capitis ictu difficulter. Novacula pisce<sup>t</sup> quæ tacta<sup>u</sup> sunt, ferrum olent. Durissimum esse piscium constat, qui orbis vocetur:<sup>v</sup> rotundus est, et sine squamis,<sup>z</sup> totusque capite constat.

VI. Milvago<sup>a</sup> quoties cernatur<sup>r</sup> extra aquam volitans,

<sup>c</sup> Agitatione aquæ.

Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cibus* Gronov. et vulgg.—9 *Pytheas id tradit. Idem infixam humo invertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaque lineam* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *a serpentibus* Chiff.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *luctatu* Chiff. *luctatu* Gronov. et al. vett.—11 Cod. Dalec. *attacta*. Mox, Vet. Dalec. *ferum olent*.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *scamis* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

Solert. Animal. p. 977. Ovid. vs. 38.

<sup>a</sup> Lupus, acri concitus ira, Discursu fertur vario, fluctusque ferentes Prosequitur, quassatque caput, dum vulnere sævus Laxato cadat hamus, et ora potentia linquat.

<sup>n</sup> *Murænæ amplius*] Ovid. vs. 42.

<sup>o</sup> *Anthiam tradit*] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>p</sup> *Licinius Macer*] Aliter sentire Aristotelem vidimus, IX. 39.

<sup>q</sup> *Ut diximus*] Lib. IX. c. 39.

<sup>r</sup> *Jaetatu*] Ita Mss. Reg. 1. 2. alii-que. Chiff. *luctatu*: editi, *luctatu*. Utrique male.

<sup>s</sup> *Easdem ferula protinus*] Plinius ipse XX. 98. *Natura ferularum murænis infestissima est: tactæ siqui-*

*dem ea moriantur.*

<sup>t</sup> *Novacula pisce*] Rhodi frequens hic piscis, et Melitæ. In Majoricæ quoque, Minoricæque littore. Gallis, Hispanisque, *Rason* appellari, Rondeletius ait, qui visum a se testatur, v. 17. Veterum, præter Plinium, nemo novit.

<sup>u</sup> *Qui orbis vocetur*] Describitur is a Rondeletio xv. 2. Venetis *Pesce Columbo* appellari ait: eundemque in ostiis Nili capi subscribit Hippol. Salvianus de Hist. Aquatil. fol. 209. Soli Plinio e veteribus nominatus.

<sup>v</sup> *Milvago*] Sive Milvus, de quo IX. 43. Quod porro de milvagine Trebiius hoc loco affirmat, illud ipsum de loligine Plinius XVIII. 87.

tempestates mutari,<sup>2</sup> Trebius Niger auctor est. Xiphiam,<sup>b</sup> id est, gladium, rostro mucronato esse: ab hoc naves<sup>c</sup> perfossas mergi in Oceano, ad locum Mauretaniæ, qui Cotta<sup>3</sup> d<sup>d</sup> vocetur, non procul Lixo flumine. Idem loligines evolare ex aqua tradit, tanta multitudine ut navigia demergant.

VII. E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Cæsaris villis:<sup>e</sup> sed quæ veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati, in Eloro<sup>1</sup> f<sup>f</sup> Siciliæ castello, non procul Syracusis: item in Labrandei<sup>2</sup> Jovis<sup>g</sup> fonte anguillas: hæ et inaures<sup>b</sup> additas gerunt. Similiter in Chio<sup>i</sup> juxta Senum delubrum: in Mesopotamiæ quoque fonte Chabura,<sup>3</sup> de quo diximus.<sup>j</sup>



CAP. VI. 1 Dalec. cernitur.—2 'Ms. ministrari: lego, minitari.' Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. qui acte Chiff. qui Gotta Gronov. et vulgg.

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. sed quos . . . admirati sunt, ut in Eloro.—2 Labradii Gronov. et al. ante Harduin. Mox, anguillas quæ, &c. Vet. Dalec.—3 Cabura Gronov. et al. ante Harduin. Mox, diximus, pisces codd. Dalec. et Chiff.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Xiphiam] De quo Ovid. Halient. vs. 97. 'At durus Xiphias, ictu non mitior ensis.' Græcis Ξιφίας. Narbonensibus *Emperador*: Massiliensibus et Italis, *Pesce Spada*. Maxilla superior ad duorum cubitorum longitudinem accedit, ossea duritie, gladii formam refert, quem ξίφος Græci vocant: unde pisci nomen. Sic Aristoteles ipse apud Athen. lib. vii. p. 314. Vide Rondelet. viii. 15.

<sup>c</sup> Ab hoc naves] Sic etiam Ælianus Hist. Anim. xiv. 23.

<sup>d</sup> Qui Cotta] Sic v. 1.

<sup>e</sup> Cæsaris villis] Qualis Baiæna fuit, de qua Martialis iv. 30. p. 213. 'Baiano procul a lacu monemus, Piscator, fuge, ne nocens recedas. Sacris piscibus hæ natantur undæ, Qui norunt dominum, manumque lambunt Illam, qua nihil est in orbe majus. Quid quod nomen habent, et ad magistri Vocem quisque sui venit citatus?' &c.

<sup>f</sup> In Eloro] 'Ελωρον πόλις, proprie

Pachynum et Syracusas, teste Scylace in Periplo, p. 4. Ælianus Hist. Animal. xii. 30. 'Ἐν Χλωρῷ δὲ τῆς Σικελίας, ὕπερ ἣν πάλαι Συρακουσίων φρούριον, λεγέ, ἐν 'Ελώρῳ. Stephanus: 'Ελωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ 'Ελώρου ποταμοῦ, τοῦ κατὰ Πάχυνον, ὃς λέγεται τιθασσοῦς ἰχθῦς ἔχειν, ἀπὸ χειρὸς ἐσθίωντας, κ. τ. λ. Et Apollodorum ejus rei laudat auctorem. Adde et Nymphodorum Syracensium, apud Athen. lib. viii. p. 331.

<sup>g</sup> In Labrandei Jovis] Vide Notas et Emend. num. 3. Fuit Labranda Cariæ vicus, in quo templum Jovis.

<sup>h</sup> Hæ et inaures] Ælianus Hist. Anim. viii. 30. Talis fuit et M. Crassi muræna, teste eodem Æliano Hist. Anim. vii. 4. Anguillas ejusmodi vidisse se in Chalcidis Arethusa, testatur Athenæus lib. viii. p. 331.

<sup>i</sup> In Chio] Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>j</sup> De quo diximus] Lib. xxxi. c. 22.

VIII. Nam in Lycia<sup>k</sup> Myris<sup>†</sup> in fonte Apollinis, quem Curium<sup>†</sup> appellant, ter fistula evocati veniunt ad augurium. Diripere eos carnes objectas, lætum est consultantibus: <sup>2</sup><sup>m</sup> caudis abigere, dirum. Hierapoli Syriæ<sup>n</sup> in lacu Veneris ædituorum vocibus parent vocati: exornati auro veniunt: adulantes scalpuntur: ora hiantia manibus inserendis præbent.<sup>3</sup> In Stabiano Campaniæ, ad Herculis petram, melanuri in mari panem abjectum rapiunt: iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

IX. Nec illa in novissimis mira, amarus esse pisces ad Pelen<sup>o</sup> insulam, et ad Clazomenas. Contra, ad scopulum Siciliæ,<sup>p</sup> ac Leptin<sup>†</sup> Africae, et Eubœam, et Dyrrachium. Rursus ita salsos, ut possint salsamenta existimari, circa Cephaleniam et Ampelon,<sup>q</sup> et Paron, et Deli petras: in portu ejusdem insulæ, dulces. Quam differentiam pabulo constare non est dubium. Apion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedæmonii orthragoricum<sup>†</sup> <sup>2</sup><sup>r</sup> vocant: grunnire eum, cum capiatur.<sup>3</sup> Esse vero illam<sup>s</sup> na-



CAP. VIII. 1 'Ita Editio princeps. Myra autem est urbs Lyciæ. Ælianus Hist. Anim. VIII. 5. ait pisces illos fatidicos esse Syrrhæ, in vico Lyciæ, inter Myra et Phellum.' Brotier. in Lyciæ Myris Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Chiff. consultantibus.—3 Cod. Dalec. præstant.

CAP. IX. 1 Scyllæ dulces ac Leptin Vet. Dalec.—2 Lacedæmoniorum Thago-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Nam in Lycia] Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>†</sup> Quem Curium] Κούριον, ἀπὸ τῆς κουρῆς, a tonsura, ob quam et ἀκερσεκῶμης, intonsus, idem cognominatus est. Ita Mss. omnes. Ludit operam Alciatus, qui Dirum pro Curium hic reponit.

<sup>m</sup> Consultantibus] Sic Mss. nostri: Chiff. consultantibus.

<sup>n</sup> Hierapoli Syriæ] Narrat hanc rem Lucianus prolixè de Syria Dea, p. 1073. oculatus testis.

<sup>o</sup> Ad Pelen] De Pele seu Pela, v. 38.

<sup>p</sup> Ad scopulum Siciliæ] Scopulum intelligit, qui in freto Siciliæ est, Delph. et Var. Clas.

qua dirimitur ab Italia: quo de scopulo III. 14. 'In eo freto est scopulus Scylla.'

<sup>q</sup> Et Ampelon] Macedoniæ oppidum, de quo IV. 17. Cretæne, de quo IV. 20. intelligendus hic locus sit, obscurum est.

<sup>†</sup> Orthragoricum] Ὀρθραγορίσκον. Vocis ejus originationem discite ex Aristocle, aliisque, apud Athen. lib. IV. p. 140. Describitur a Rondeletio XV. 7. Massilienses Mole vocant: Hispani, Bout. Narbonensium nonnulli, qui Hispaniam Provinciamque frequentarunt, utraque conjuncta appellatione Molebout. Diversus hic a marino porculo, de quo IX. 17.

Plinius.

12 M

turæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, apposito occurrit exemplo. Siquidem sal-samenta omnium generum in Italia Beneventi refici<sup>4</sup> constat.<sup>a t</sup>

x. Pisces marinos in usu fuisse protinus a condita<sup>1</sup> Roma, auctor est Cassius Hemina: cujus verba de ea re hic subjiciam: 'Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent ni polluerent:'<sup>a</sup> parsimonia<sup>2 b</sup> commentus, ut convivium publica et privata, cœnæque ad pulvinaria<sup>c</sup> facilius compararentur:<sup>b</sup> ni qui ad polluctum<sup>c d</sup> emerent, pretio minus<sup>e</sup> parcerent,<sup>d</sup> eaque præmercerentur.

xI. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, de quibus suo loco<sup>f</sup> satis diximus, tantum apud Indos<sup>g</sup> in

<sup>a</sup> Iterum sale condiri, evanescente priore conditura, ob mutationem cæli.

<sup>b</sup> Ne cœmerent ad epulas sacras Deorum: parsimonia viam excogitavit, qua cœnæ Deorum facilius compararentur.

<sup>c</sup> Ad cœnam Deorum.

<sup>d</sup> Pretium pecuniarum largius darent.

riscum Chiffi.—3 Cod. Dalec. capitur.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *recentia effici* Gronov. et vulgg.

CAP. X. 1 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *protinus condita* Gronov. al. vett. et Franz.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ni polluerent patrimonium* Gronov. et al. vett. *ne polluc. præter scarum* nonnulli e Festo v. 'pollucere;' *ni polluerent patrimonium* Chiffi. *parsimonia* Scal. in Festo, l. c. Paulo post, Chiffi. *comparantur: ut qui ad public. (sic) . . . puterent.* Deinde, *eosque præmercerentur* Vet. Dalec.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Essæ vero illam*] Quod porro pisces alibi dulces, alibi sint amari, sive salsi, contingere id naturæ ex differentia soli, cælive, aut pabuli, affini etiam monstratur exemplo.

<sup>t</sup> *Refici constat*] Sic Mss. Reg. 2. et Chiffi. Interpolatorum manu prius legebatur *recentia effici constat.*

<sup>a</sup> *Ni polluerent*] Usus hac voce Festus: 'Pollucere merces quas liceat, sunt far, polenta, . . . pisces quibus est squama, præter scarum.' Quæ si cum Plinianis componas, conceptam his verbis legem a Numa intelligas: PISCES. QUI. SQUAMOSI. NON. SUNT. NE. POLLUCETO. SQUAMOSOS. OMNES. PRÆTER. SCARUM

POLLUCETO.

<sup>b</sup> *Parsimonia*] Vide Notas et Emend. num. 6.


<sup>c</sup> *Ad pulvinaria*] Pulvinar, lectus qui in templis sterna consuevit, numini dicatus.

<sup>d</sup> *Ni qui ad polluctum*] Dictum prisco more, pro *ne qui*. *Polluctum* dixeret veteres, pro cœna lauta et sumptuosa: qua de re Vossium vide in Etymol. ne actum agam.

<sup>e</sup> *Pretio minus*] Ne pecuniæ non parcerent, ne pretio majore ultro oblato, annonam, ut dicitur, calface- rent, incenderentque.

<sup>f</sup> *De quibus suo loco*] Lib. IX, c. 54. et seqq.

curalio.<sup>7</sup> Namque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem et in Rubro mari, sed nigrius: item in Persico<sup>2</sup> vocatur Iace: laudatissimum in Gallico sinu circa Stœchadas<sup>h</sup> insulas, et in Siculo circa Æolias,<sup>i</sup> ac Drepanum.<sup>3</sup> Nascitur et apud Graviscas, et ante Neapolim Campaniæ: maximeque rubens, sed molle, et ideo vilissimum<sup>j</sup> Erythris. Forma est ei<sup>k</sup> fruticis, colos viridis.<sup>4</sup> Baccæ ejus<sup>l</sup> candidæ sub aqua ac molles: exemptæ<sup>m</sup> confestim durantur et rubescunt, quasi corna<sup>5</sup> sativa specie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapidescere, si vivat. Itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Qua de causa<sup>6</sup> curalium<sup>n</sup> vocitatum interpretantur.



CAP. XI. 1 *Indos curatio* cod. Dalec.—2 ‘Chiff. *in su Persico: forte, in sinu Persico.*’ Dalec. Mox, *vocaturque Vet. Dalec.*—3 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Æolias ac Drepana* Chiff. *Italian ac Drepanum* Gronov. et vulgg. *ac Pachynum* al. e Diosc.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et ideo utilissimum E. Forma . . . color, &c.* Gronov. *et ideo utilissimum. Formam, &c.* Cornar. voce *Erythris* expuncta; *et ideo utilissimum* eodd. Dalec. et Chiff.—5 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *quæ cornua.*—6 Ita eodd. Harduini et Chiff. eum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Hac de causa*

## NOTÆ

§ *Tantum apud Indos*] Etiam Isidoro teste, Orig. XVI. 8. Curalium, sic enim libri omnes prisca habent, sive, ut recentiores, corallium, et corallam, nomen retinet, *du Corail.*

<sup>h</sup> *Circa Stœchadas*] Nec ibi solum, sed etiam tota Provinciæ ora Stœchadibus apposita, probatissimum colligi scribit Honor. Bouche Hist. Prov. 1. 8. p. 49.

<sup>i</sup> *Circa Æolias*] Ita Chiff. cod. In Reg. 2. *circa Eulias.* In editis insulse, *circa Heliam.*

<sup>j</sup> *Et ideo vilissimum*] Ita Reg. 2. recte. Vilissimum, non quia rubens, sed quia molle. Prius *utilissimum* legebatur. Male.

<sup>k</sup> *Forma est ei*] Hæc quoque Solinus c. 2. p. 16. et Isidorus loc. cit.

<sup>l</sup> *Baccæ ejus*] Sic etiam loquitur Isidorus loc. cit. Ex quo palam fit curalium olim, cum ex aquis extraheretur, sectum in frusta, seu baccas,

corni specie ac magnitudine, etiam tum cum aquis foret ac mollius crederetur, ne postquam attigisset auras, frangendo durities obstitisset.

<sup>m</sup> *Exemptæ*] Passim ab antiquis creditum, proditumque est, corallium herbaceam mollitiem habere sub aqua: experimento compertum vel tum saxeam ei inesse duritiem. Quare comminisci ausi sunt alii, vivere sub aquis corallium, tactu lapidescere: quas nugas dum Plinius recitat, non probat. ‘Aiunt,’ inquit, ‘tactu lapidescere,’ &c. Vide Petr. Quiqueran. de Laud. Provinc. lib. II. fol. 57. Minus verecundus Ovid. Met. xv. 417. Marbodæus item de Lapid. Pret. c. 20. de corallio: et quod in medico magis, quam in vatibus, mirum, Dioscorides quoque v. 139. qui id asseverate pronuntiat.

<sup>n</sup> *Qua de causa curalium*] “Οτι ἐν ἀλι κορεται, quoniam in mari tendetur.

Probatissimum<sup>o</sup> quam maxime rubens, et quam ramosissimum, nec scabiosum,<sup>7</sup> aut lapideum, aut rursus inane, et concavum.<sup>8</sup> Auctoritas baccarum ejus non minus Indorum viris quoque pretiosa est, quam fœminis nostris uniones Indici. Aruspices<sup>9</sup> eorum vatesque inprimis religiosum id gestamen<sup>p</sup> amoliendis periculis arbitrantur. Itaque et<sup>10</sup> decore et religione gaudent. Prius quam hoc notesceret,<sup>11</sup> Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam raro cernatur in suo orbe. Surculi infantiaë adalligati tutelam<sup>q</sup> habere creduntur. Contraque torminum,<sup>12</sup> ac vesicæ, et calculorum mala in pulverem igne redacti, poti cum aqua, auxiliantur. Simili modo ex vino poti, aut, si febris sit, ex aqua, somnum afferunt. Ignibus diu repugnant. Sed eodem<sup>s</sup> medicamine sæpius potio<sup>13</sup> tradunt lienem quoque absumi. Sanguinem<sup>t</sup>

//////////

Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ψαρδν Diosc. *scabrosum* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vel rursus inane aut concavum* Gronov. et al. vett.—9 Chiffi. *uniones. Indici haruspices.*—10 *Itu et* Chiffi.—11 Chiffi. *nos deceret.*—12 *Contra tormin.* Vet. Dalec.—13 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *ex aqua potio*, e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Probatissimum*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. et post cum Orbasius lib. XIII. p. 228.

<sup>p</sup> *Religiosum id gestamen*] Solinus cap. 2. p. 16. de curalii ramulis: 'Exendantur ex illis multa gestamina. Habet enim, ut Zoroastres ait, materia hæc quandam potestatem: ac propterea, quicquid inde fit, ducitur inter salutaria. Curalium alias dicunt: nam Metrodorus Gorgiam nominat. Idem quod resistat typhonibus, et fulminibus, affirmat.' Hoc carmine Marbodæus expressit loc. cit. de corallio: 'Ex quo finguntur gestamina commoda multis: Quippe salutaris gestantibus ipse probatur: Illius, ut dixit Zoroastres, mira potestas. Et, sicut scribit Metrodorus, maximus anctor, Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit A rate, vel

tecto . . . Umbras dæmonicas, ac Thessala monstra repellit: Collo suspensus pellit de ventre dolorem.' Adde Geopon. anctorem, xv. 1. pag. 406.

<sup>q</sup> *Tutelam*] Adversus veneficia.

<sup>r</sup> *Contraque torminum*] Subscribit Plinio Diosc. v. 139. Petr. Quiqueranus loco ante cit. fol. 58. a Galeno id vere proditum, multisque recentiore ævo experimentis comprobatum ait: neque in eo solo genere morbi, sed et in plurimis aliis, sive appensum, sive tritum in pollinem, bibitumque, sive alio modo, valere plurimum.

<sup>s</sup> *Sed eodem*] Dioscor. loc. cit.

<sup>t</sup> *Sanguinem*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 16. p. 121. et c. 17 p. 125.

reijicientibus exscreantibusve medentur. Cinis eorum<sup>a</sup> miscetur oculorum medicamentis. Spissat enim ac refrigerat. Ulcera cava explet. Cicatrices extenuat.

XII. Quod ad repugnantiam rerum attinet,<sup>1</sup> quam Græci antipathiam vocant, nihil est usquam venenatius, quam in mari pastinaca, utpote cum radio ejus arbores necari dixerimus.<sup>a</sup> Hanc tamen persequitur galeos.<sup>b</sup> Idem et alios quidem pisces, sed pastinacas præcipue, sicut in terra serpentes mustela. Tanta est aviditas ipsius veneni. Percussis vero ab ea medetur et hic<sup>2</sup> quidem,<sup>c</sup> sed et nullus, ac laser.

XIII. (III.) Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus et in terris et in aqua victus est, sicut et fibris,<sup>d</sup> quos castores vocant, et castorea<sup>e</sup> testes eorum. Amputari hos ab ipsis, cum capiuntur,<sup>1 f</sup> negat Sextius<sup>g</sup> diligentissimus medicinæ. Quinimmo parvos esse substrictosque, et adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse. Adulterari autem renibus ejusdem, qui sint grandes, cum veri testes parvi admodum reperiantur. Præterea ne vesicas<sup>h</sup> quidem esse, cum sint<sup>2</sup> geminæ, quod nulli anima-

//////////

CAP. XII. 1 Quod repugnantiam rerum attingit cod. Dalec.—2 Chiff. medentur et hi.

CAP. XIII. 1 Cod. Dalec. capiuntur. Mox, auctor medicinæ Vet. Dalec.

#### NOTE

<sup>a</sup> Cinis eorum] Diosc. loc. cit. Στόφει δὲ τῆ ὀνιάμει, καὶ ψύχει ἐπεικῶς. Καταστέλλει δὲ τὰ ὑπερέχοντα· καὶ οὐλὰς σμήχει τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς πληροὶ δὲ καὶ κοιλώματα καὶ οὐλὰς. Quæ Plinius totidem rone verbis.

<sup>a</sup> Dixcrimus] Lib. ix. 72.

<sup>b</sup> Galeos] Egimus de hoc galeo capite ix. 70. Quod pari odio adversus pastinacas, atque mustelæ terrestres, quas Græci Γαλᾶς vocant, adversus serpentes, feratur, Galei nomen inditum ei Plinius credidit.

<sup>c</sup> Et hic quidem] Impositus plagæ.

<sup>d</sup> Sicut et fibris] De his egimus viii. 47.

<sup>e</sup> Et castorea] De quibus Virgil. Georg. i. 'Virosaque Pontus castorea,' hoc est, graveolentia, βρομώδη, qualia maxime probantur a Medicis.

<sup>f</sup> Cum capiuntur] Quidam, cum capiuntur. Sed nihil mutandum.

<sup>g</sup> Negat Sextius] Et Dioscor. ii. 26. Vide quæ diximus viii. 47.

<sup>h</sup> Ne vesicas] Negat præterea Sextius, inquit, castorea animalis ejus, quem castorem vocamus, vesicas esse geminas illas, seu folliculos potius, in quibus liquor continetur. De his folliculis egimus viii. 47.

lium. In his folliculis inveniri liquorem, et asservari<sup>3</sup> sale. Itaque<sup>1</sup> inter probationes falsi esse folliculos geminos ex uno nexu dependentes, quod ipsum corrumpi fraude conjicientium<sup>j</sup> gummi cum sanguine,<sup>a</sup> aut Hammoniacum: quoniam<sup>4</sup> Hammoniaci coloris esse debeant, tunicis<sup>k</sup> circumdati, liquore<sup>l</sup> veluti mellis cerosi, odore graves, gustu amaro, et acri, friabiles. Efficacissimi e Ponto, Galatiague, mox Africa.<sup>5</sup> Sternumenta<sup>m</sup> olfactu movent. Somnum conciliant, cum rosaceo et peucedano peruncto capite: et per se poti in aqua: ob id phreneticis utiles. Item lethargicos<sup>n</sup> odoris suffitu excitant: vulvarumque exanimationes vel subditi. Et menses<sup>o</sup> ac secundas cient, duabus drachmis ex aqua cum pulegio poti. Medentur<sup>p</sup> et vertigini, opisthotonis, tremulis, spasticis, nervorum vitiis, ischiadicis, stomachicis, paralyticis, perunctis omnibus: vel

<sup>a</sup> Itaque ut probetur castoreum verum, et secernatur a falso, eligendi sunt folliculi seu testes gemini ex uno nexu pendentes: atque hoc ipsum fraude corrumpitur ab iis qui gummi conjiciunt, &c.

\*\*\*\*\*

item Diosc. II. 12.—2 Alii ap. Dalec. sunt.—3 Chiffi. servari.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. corrumpitur fraude conjicientium gummi, aut hammoniacum cum sanguine et castoreo, quoniam, &c. e Diosc. conjicientibus gummi cum sale Hammoniaco Gronov. et vulgg. Lectionem nostram ex codd. suis et Chiffi. recepit Harduin. Mox, debent suis tunicis Vet. Dalec. tunicis deest in Chiffi.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. odo-

#### NOTE

<sup>1</sup> Itaque] Diosc. II. 26. Ἐκλέγου δὲ αἰετὸν συνεξευγμένους ὄρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς . . . Δολοῦσι δὲ τινες αὐτὸν, ἀμμωνιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυμένον αἵματι καὶ καστορέω ἐγχεόντες εἰς φύσσαν καὶ ξηραίνοντες. Porro testes semper cligito, qui sint ex uno ortu connexi . . . Ipsum quoque fraude corrumpunt nonnulli, Hammoniacum, aut gummi, cum sanguine et castoreo subactum in folliculum infundentes, et ita exsiccantes.

<sup>j</sup> Conjicientium] Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>k</sup> Tunicis] Qui naturalibus tunicis perpetuo distinguantur, inquit Dioscor. loc. cit. διαφρασσόμενον τε συνεχῶς φυσικοῖς ἕμεισι.

<sup>l</sup> Liquore] Diosc. loc. cit. καὶ τὸ ἐντος ἔχον κηροειδὲς, βαρύνσμον, βρομῶδες, δριμύν, δηκτικόν, εὐτριπτόν. Liquore intus veluti ceroso, odoris gravis, ac viroso gustu, acri, et morduci, friabili.

<sup>m</sup> Sternumenta] Sic Dioscor. loco citato.

<sup>n</sup> Item lethargicos] Celsus III. 20. ejus verba retulimus XXVIII. 67. Plinius Valer. III. 7. et Diosc. loc. cit. Solo castoreo lethargos esse curatos, vidit Jo. Schenknius, ipso prodeunte Observ. Medic. lib. I. p. 67.

<sup>o</sup> Et menses] Totidem verbis Diosc. loc. cit.


<sup>p</sup> Medentur] Iisdem fere morbis mederi scribit Diosc. loc. cit.



triti ad crassitudinem mellis cum semine viticis, ex aceto aut rosacco. Sic et contra comitiales sumti: poti vero<sup>a</sup> contra inflationes, tormina, venena. Differentia tantum contra genera est mixturæ.<sup>b</sup> Quippe<sup>r</sup> adversus scorpiones ex vino bibuntur: adversus phalangia et araneos, ex mulso, ita ut vomitione reddantur, aut ut rétineantur,<sup>6</sup> cum ruta: adversus chalcidas,<sup>7</sup> cum myrtite: adversus cerasten et presteras,<sup>8</sup> cum panace, aut ruta, ex vino: adversus ceteras serpentes, cum vino. Dari binas<sup>u</sup> drachmas satis est: eorum quæ adjiciantur,<sup>9</sup> singulas. Auxiliantur<sup>w</sup> privatim contra viscum<sup>10</sup> ex aceto: adversus aconitum ex lacte, aut aqua: adversum helleborum album ex aqua mulsa nitroque. Medentur et dentibus, infusi cum oleo triti<sup>11</sup> in aurem, a cujus parte doleant: aurium doloribus melius, si cum meconio. Claritatem visus faciunt cum melle Attico inuncti. Cohibent<sup>x</sup> singultus ex aceto. Urina quoque fibri resistit venenis, et ob id in antidota additur. Asservatur autem optime in sua vesica, ut aliqui existimant.

XIV. (IV.) Geminus similiter<sup>1</sup> victus in aquis terraque

<sup>b</sup> *Contra diversa venenorum genera diversa mixtura est.*



ris gravis . . . Ponto Galatiæ, mox Africa Gronov. et vulgg.—6 Chiffi. *contineantur*.—7 *Chalcidicas* Vet. Dalec. id est, sepas.—8 Chiffi. *persieras*.—9 Cod. Dalec. *adjiciuntur*.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ixiam*, e Diosc.—11 *Medentur dentibus cum oleo triti et infusi* Vet. Dalce.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Poti vero, &c.*] Ex aceto Diosc. propinat loc. cit. Πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις, στρόφους, λυγμοὺς, θανάσιμα φάρμακα, contra inflationes, tormina, singultus, exitialia venena.

<sup>r</sup> *Quippe*] Nicander in Theriac. pag. 41.

<sup>s</sup> *Adversus chalcidas*] De hoc laceratæ genere diximus xxxix. 32.

<sup>t</sup> *Et presteras*] Πρηστήρ serpentis seu vipereæ genus, ita appellatum ob inextinctæ sitis ardorem, quem mor-

su creat.

<sup>u</sup> *Dari binas*] Castorei. Ita Scribonius Largus Compos. 192. 'Ad ixiam, quam quidam chamæleonta vocant: 'Item castorei\* P. 2. (hoc est, denarios pondo duos, sive drachmas binas) dato ex vino cyathis quatuor,' &c.

<sup>v</sup> *Eorum quæ adjiciantur*] Rutæ exempli gratia, vel panacis.

<sup>w</sup> *Auxiliantur*] Dioscor. loc. cit.

Πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἕλαν.

<sup>x</sup> *Cohibent*] Diosc. loc. cit.

testudinum, effectusque par: honore habendo,<sup>a</sup> vel propter excellens in usu<sup>a</sup> pretium, naturæque<sup>b</sup> proprietatem. Sunt ergo testudinum genera, terrestres, marinæ, lutariæ, et quæ in dulci aqua vivunt. Has quidam e Græcis emydas<sup>4</sup> appellunt. Terrestrium carnes suffitionibus propriæ, magicisque artibus refutandis, et contra venena salutares produntur. Plurimæ in Africa. Hæ ibi amputato capite pedibusque pro antidoto dari dicuntur: et ex jure in cibo sumtæ, strumas discutere, lienes<sup>5</sup> tollere: item comitiales<sup>d</sup> morbos. Sanguis earum<sup>e</sup> claritatem visus facit, suffusionesque oculorum tollit. Et contra serpentium omnium et araneorum ac similibum venena<sup>6</sup> auxiliatur, servato sanguine in farina pilulis factis, et cum opus sit in vino datis. Felle testudinum<sup>f</sup> cum Attico<sup>7</sup> melle glaucomata inungi

<sup>a</sup> Quibus honor habendus est.



CAP. XIV. 1 Chiffli. *simul*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *terraque, et t. effectus quoque pari honore habendi* Gronov. et vulgg. *est testudinum* al. ap. Dalec.—3 Chiffli. *marinæve*. Mox, *in fluviorum aqua* Dalec. e sequentibus.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Has quidem, &c.* Gronov. et vulgg. *Has quidam Græci emydas* cod. Dalec. et sic etiam Herm. Barb.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ac lieni* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini et Chiffli, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ac similibum et ranarum venena* Gronov. et al. vett.—7 *Arantico*

#### NOTE

<sup>a</sup> *In usu*] Ad intestina variæ supellectilis opera. Earum cortices sive putamina secabantur in laminas, quibus lecti vestirentur, et repositoria.

<sup>b</sup> *Naturæque*] In Reg. 2. *figuraque proprietatem*. Rectius, ut opinor. De forma testudinum diximus IX. 12. Hoc tamen et hic obiter adjicimus ex Pausania in Atticis, pag. 43. *marinas testudines a terrestribus magnitudine tantum ac pedibus differre: pedes enim iis esse, quales marino vitulo. Εἰσι δὲ αἱ θαλάσσιαι, πλὴν μεγέθους καὶ ποδῶν, ὅμοιοι ταῖς χερσαῖαις: πῶδας δὲ ἐμικτάς ἔχουσι ταῖς φάκαις.*

<sup>c</sup> *Emydas*] Ἐμύδας Arist. et Phavorinus, ἀμύδας Archigenes apud Gale-

num vocal, κατὰ τόπους, II. 2. pag. 381.

<sup>d</sup> *Item comitiales*] Auctor Kiranidum, p. 158. ‘Χελώνης quoque terrestri sanguis potus epilepticos juvat, et ab echidna vel scorpione percussos summe juvat.’ Diosc. similiter, II. 97.

<sup>e</sup> *Sanguis earum*] Plinius Valer. I. 18.

<sup>f</sup> *Felle testudinum*] Auctor Kiranidum, pag. 158. ‘Fel cicatrices et leucomata cum melle summe juvat. Tota vero combusta, et cum melle sumta, vetustissima leucomata mundat continuo: et dolorem nubeculasque illita sanat,’ &c.

prodest: et scorpionum<sup>8</sup> plagæ instillari. Tegumenti<sup>8</sup> cinis<sup>h</sup> vino et oleo subactus pedum rimas ulceraque sanat. Squamæ e summa parte derasæ, et in potu datæ, Venerem cohibent. Eo magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem. Urinam earum aliter quam in vesicis<sup>9</sup> dissectarum inveniri posse non arbitror: et inter ea hoc quoque esse, quæ portentosa magi demonstrant, adversus aspidum ictus singulare, efficaciore tamen, ut aiunt, cimicibus admixtis. Ova durata illinuntur strumis, et ulceribus frigore aut adustione<sup>10</sup> factis. Sorbentur in stomachi doloribus.

Marinarum<sup>i</sup> carnes admixtæ ranarum carnibus contra salamandras præclare auxiliantur. Neque est testudine aliud salamandræ adversus. Sanguine<sup>j</sup> alopeciarum inanitas, et porrigo,<sup>k</sup> omniaque capitis ulcera curantur. Inarescere eum<sup>11</sup> oportet, lenteque abluui. Instillatur et dolori aurium cum lacte mulierum. Adversus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Miscetur autem sanguis heminis tribus, aceti hemina, vino addito: <sup>12</sup> his<sup>l</sup> et cum hordeacea farina, aceto quoque admixto, ut sit quod devoretur fabæ magnitudine. Hæc singula et matutina et vespertina<sup>m</sup> dantur,

Chiff. — 8 *Tegimenti* Chiff. — 9 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *vesica* Gronov. et vulgg. *Mox, hanc quoque, &c.* Vet. Dalec. *hoc . . . portentosa a Magis demonstrantur* cod. Dalec. Paulo post, *ictus singularem, efficacior tamen* Vet. Dalec. *ictus singulare remedium. Efficacior tamen est, ut aiunt, &c.* al. vett. — 10 Cod. Dalec. *ambustione*. — 11 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *inarescere autem eum* Gronov. et vulgg. *autem deest* in Chiff. — 12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sanguis heminis tribus aceti hemina vini addita* edd. vett. et Gronov. *una, addita his hordeacea*

## NOTE

<sup>8</sup> *Et scorpionum*] Auctor Kiranidum loc. cit.

<sup>h</sup> *Tegumenti cinis*] Marcellus Empir. c. 34. p. 232. 'Tegumen concrematur,' &c.

<sup>i</sup> *Marinarum*] Diosc. in Alexiph. c. 4.

<sup>j</sup> *Sanguine*] Q. Serenus c. 9. de fluore capillorum, p. 130. 'Vel testudineo mage permulceto cruore.' Archigenes apud Galenum *κατὰ τόπους*,

I. 2. p. 329. \*Η χελώνης θαλασσίας αἵματι κατάχρησι, ἐπαινεῖται, laulatissimus enim est.

<sup>k</sup> *Et porrigo*] Q. Serenus c. 4. inter remedia porrigini depellendæ, p. 127. 'Prodest et tarda demtus testudine sanguis.'

<sup>l</sup> *His*] Comitiales morbis, etiam cum farina hordeacea.

<sup>m</sup> *Et vespertina*] Reg. 2. *et vespera*: ut mox, *bina vespera*.

dein post aliquot dies bina vespera.<sup>13</sup> Comitialibus instillatur ore diducto his qui modice corripiantur. Spasmo cum castoreo<sup>14</sup> elytere infunditur. Quod si dentes ter anno<sup>15 n</sup> colluantur testudinum sanguine, immunes a dolore fiunt. Et anhelitus discutit, quasque orthopnœas<sup>o</sup> vocant: ad has in polenta datur. Fel testudinum<sup>p</sup> claritatem oculorum facit: cicatrices extenuat: tonsillas<sup>q</sup> sedat, et anginas, et omnia oris vitia: privatim nomas ibi: item testium.<sup>16 r</sup> Naribus illitum<sup>17 s</sup> comitiales erigit, attollitque. Idem cum vernatione anguium aceto admixto unice purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscent, decoctarumque carniū testudinis succum, addita æque vernatione anguium. Sed vino testudinem excoquant. Oculorum utique vitia omnia fel inunctum cum melle emendat: suffusiones etiam. Marinæ felle cum fluiatilis sanguine, et lacte, capillus mulierum inficitur. Fel contra salamandras, vel succum decoctæ bibisse satis est.<sup>18</sup>

Testudinum est tertium genus in cœno et paludibus viventium. Latitudo his in dorso pectori similis, nec convexo

//////////

farina, aceto jam admisto Vet. Dalec.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *dein post aliquot dies vespera* Gronov. et vulgg. *matutino et respertino d. d. post d. d. resp-ri* Vet. Dalec. *Haec singulis matutinis et respertina d. d. post a. dies respertinis* al. vett. ap. Dalec.—14 Vet. Dalec. *diducto. Iis qui m. corripiantur spasmo, cum castoreo*; al. vett. *ore deductis labris*.—15 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *per annos* edd. vett. et Gronov.—16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *item ardentium testium* Gronov. et vulgg. *item ardorem testium* Vet. Dalec.—17 *Naribus inditum* Vet. Dalec. nec aliter Diosc.—18 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sed diu in vino . . . Oculorum quoque vitia . . . suffusiones etiam marinæ fel cum fluiatilis sanguine, et lacte mulierum. Capillus mulierum inficitur felle. Contra salamandras vel succum decoctum bibisse, &c.* Gronov. et al. vett. *lacte mulierum capillus*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Quod si dentes ter anno] Ita Reg. 2. et Pintiani codex. In editis male, *per annos*.

<sup>o</sup> Orthopnœas] Auctor Kiranidum, p. 158. 'Marinæ testudinis sanguis . . . cum pulvis conditus et potus, orthopnœam sanat.'

<sup>p</sup> Fel testudinum] Dioscor. II. 96. et Galenus *κατὰ τόπους*, IV. 8. p. 456.

<sup>q</sup> Tonsillas] Dioscor. loc. cit. Πρὸς

*συνάγχας, καὶ τὰς ἐπὶ τῶν παίδων νομὰς ἐν στόματι.*

<sup>r</sup> Item testium] Subintellige, nomas, hoc est, ulcera quæ pascendo serpunt: vel vitia omnia.

<sup>s</sup> Naribus illitum] Ita Mss. omnes. Et Plinius Valer. II. 58. 'Fel testudinis naribus illitum jacentem erigit.' Diosc. II. 96. *inditum ἵναυτ: ἐπιληπτικοῖς ἐντεθεῖσα ταῖς βίσιν.*

curvata calyce,<sup>b</sup> 19 ingrata visu. Ex hac quoque tamen aliqua contingunt auxilia. Tres namque in succensa sarmen-  
ta conjectæ, dividantibus se tegumentis, rapiuntur: 20  
tum evulsæ carnes earum coquantur in aquæ congio, sale  
modice addito: ita decoctarum ad tertias partes succus  
paralysin et articularios morbos<sup>t</sup> sentientibus bibitur. De-  
trahit item<sup>21</sup> fel pituitas, sanguinemque vitiatum. Sistitur ab  
eo remedio<sup>u</sup> alvus aquæ frigidæ potu.

Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in omnibus, di-  
vulsarum pingui cum aizoo herba tuso, admixto unguento  
et semine lilii, ante accessiones si perungantur ægri, præter  
caput, mox convoluti calidam aquam bibant, quartanis  
liberari dicuntur. Hanc testudinem quintadecima Luna  
capi oportere, ut plus pinguium<sup>22</sup> reperiatur. Verum ægrum  
sextadecima Luna perungi tradunt.<sup>23</sup> Ex eodem genere  
testudinum sanguis instillatus cerebro<sup>v</sup> capitis<sup>24</sup> dolores  
sedat: item strumas. Sunt qui testudinum sanguinem, cultro  
æreo supinarum capitibus præcisis, excipi novo fictili ju-  
bent: 25 ignem sacrum eujuscumque generis<sup>e</sup> sanguine  
illini: item capitis ulcera manantia, et verrucas. Idem  
promittunt testudinum omnium fimo panos discuti. Et licet  
incredibile dictu sit, aliqui tradunt tardius ire navigia, tes-  
tudinis pedem dextrum vehentia.

<sup>b</sup> Nec convexum habet curvatumque tegumentum.

<sup>e</sup> Eujuscumque testudinum generis.

Vet. Dalec. et cod. ejusdem; *decoctæ* cod. Dalec.—19 Ita ex codd. Harduinus  
et recentt. *incurva calyce* Gronov. et vulgg. *incurvæ calice, ingrata visu. Ex  
his, &c.* Vet. Dalec.—20 Vet. Dalec. *diripiuntur*.—21 *Extrahit idem* cod. Da-  
lec.—22 Vet. Dalec. *oportet, ut plus pinguis*.—23 ‘In cod. Reg. 3. et Ed. pr.  
omissum *tradunt*; et omitti potest.’ Brotier.—24 Ita codd. Harduini et  
Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *instillatus crebros capitis* Gro-  
nov. et vulgg.—25 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.  
et recentt. *jubeant* Gronov. et al. vett. *Mox, ignemque sacrum* Vet. Dalec.  
Paulo post, in eodem, *hoc sanguine illini*.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Articularios morbos*] Paulo aliter  
auctor Kiranidum, qui p. 158. ‘*χε-  
λωνης* palustris cinerem cum ceroto  
rosacco superjillitum,’ ait, ‘calidas po-  
dagras summe sanare.’

<sup>u</sup> *Ab eo remedio*] Post illud reme-  
dium.

<sup>v</sup> *Instillatus cerebro*] Vide Notas et  
Emend. num. 8.

xv. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignoremus gratiorem esse universitatem animalium, majorisque miraculi: sed hoc utilius est vitæ, contributa<sup>d w</sup> habere remedia, cum aliud alii præsint, aliud alibi facilius inveniatur.

xvi. (v.) Venenatum mel diximus<sup>a</sup> ubi uasceretur. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle sincero fastidium cruditasve, quæ sit gravissima, incidat, testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda, decoctam, antidotum esse, auctor est Pelops, scincumque Apelles. Qui esset<sup>1</sup> scincus,<sup>b</sup> diximus: sæpius vero,<sup>c</sup> quantum veneficii in menstruis<sup>2</sup> mulierum. Contra omnia ea auxiliatur, ut diximus,<sup>d</sup> nullus. Item contra<sup>e</sup> pastinacam, et scorpiones terrestres marinosque, et dracones, et phalangia illitus suntusve in cibo. Ejusdem recentis e capite cinis contra omnia venena, privatim contra fungos. Mala medicamenta inferri negant posse, aut certe nocere, stella marina vulpino sanguine illita, et affixa limini superiori, aut clavo æreo januæ.

xvii. Draconis marini scorpionumque ictus, carnibus earum<sup>f</sup> impositis: item araneorum morsus sanantur. In

<sup>d</sup> *Ad eosdem morbos utilia.*

//////////

CAP. XVI. 1 Ita Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis *Quid esset* edidit; eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *veneficium menstruis* Gronov. et al. vet.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Contributa*] Quasi ad eandem tribum classemque pertinentia. Sic contributa oppida, quæ sunt ejusdem jurisdictionis, ut vocant, quæ eodem jura petunt, ut in Geographiis nominamus.

<sup>a</sup> *Venenatum mel diximus*] Lib. XXI. c. 11.

<sup>b</sup> *Qui [quid] esset scincus*] Ita Mss. De scinco dixit VIII. 38. et XXVIII. 30.

<sup>c</sup> *Sæpius vero*] Subintellige, diximus. Nempe VII. 13. XXVIII. 23. et

alibi passim.

<sup>d</sup> *Contra omnia . . . ut diximus*] Lib. XXVIII. c. 23. 'Bythus Dyrrachenus . . . tradit . . . omnem viam talem resolvit, si nullum piscem secum habeant.'

<sup>e</sup> *Item contra*] Diosc. II. 21. et in Theriac. c. 25. quod et experimento comprobatum a se narrat Rondeletius VI. 19. ubi multa affert in eam rem egregia.

<sup>f</sup> *Carnibus earum impositis*] Draconis scilicet, et scorpionum: quibus

summa contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morsu noxia, succus earum<sup>1</sup> e jure decoctarum efficacissimus habetur. Sunt et servatis piscibus medicinæ, salsamentorumque cibus prodest a serpente<sup>2</sup> percussis, et contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita ut ad vesperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter a chalcide, ceraste, aut quas sepas<sup>h</sup> vocant, aut elope,<sup>2i</sup> dipsadeve percussis. Contra scorpionem<sup>3</sup> largius sumi, sed non evomi salsamenta prodest, ita ut sitis toleretur: et imponere eadem plagis convenit. Contra crocodilorum quidem morsus non aliud præsentius habetur. Privatim contra presteris morsum sarda prodest. Imponuntur<sup>j</sup> salsamenta et contra canis rabiosi: vel si non sint ferro ustæ plagæ, corporaque clysteribus exinanita, hoc per se sufficit. Et contra draconem marinum ex aceto imponuntur. Idem et cybio effectus.<sup>4</sup> Draco quidem<sup>k</sup> marinus ad spinæ suæ, qua ferit, venenum, ipse impositus, vel cerebro toto prodest.

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. stellarum. Mox, ex jure Gronov.—2 Cod. Dalec. a Chaldicica, quam et sepa vocant, aut ceraste, aut elope; Chiffi. a Chalctide . . . aut helope.—3 Contra scorpionem Chiffi.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi.

## NOTÆ

quamobrem nunc muliebri genus haud semel affingat, obscurum est. Sic enim Mss. omnes, editique libri. Ad stellam marinam certe, de qua paulo ante extremo cap. superiore dictum est, pertinere hæc minime posse, perspicuum videtur: nam et ejus dici, non earum, oportuisset: et ex dracone marino hoc ipso loco remedia afferri, inter ea quæ ex stella marina, et quæ e salsamentis petantur, Index persuadet, consentientibus exemplaribus omnibus: 'Ex stella marina. Ex dracone marino. Ex salsamentis,' &c. Scorpionis marini ictum appositu ipsius hepatis sanasse se auctor est Rondeletius VI. 19.

<sup>1</sup> A serpente] Ab eo viperæ genere, quam prestera vocant, inquit Dioscor. II. 33. 'Ο δὲ ἄμοσάριχος λεγόμε-

νος . . . βοηθεῖ λαμβανόμενος τοῖς ὑπὸ ἐχιδνης, τῆς καλουμένης πρηστῆρος, δηχθεῖσι· δεῖ δὲ ὡς ὕτι πλείστον προσφέροντας οἶνον ἀναγκάζειν πίνειν πολὺν, καὶ ἐμείν. Sed oportet vinum quamplurimum subinde haurire cogantur, ita ut vomitione reddatur.

<sup>h</sup> Aut quas sepas] Genus illud serpentis nunc intelligit, de quo diximus XXI. 29.

<sup>i</sup> Aut elope] In Reg. 2. et Chiffi. helope. In editis, elape. Nicander in Theriac. p. 35. inter varia serpentium genera, sed quæ innocua sint, ἔλοσπας annumerat: et Scholiastes vetus in eum locum, p. 24. ἀθενεῖς interpretatur.

<sup>j</sup> Imponuntur] Diosc. II. 33. Καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ κυνοδέκτων ὠφελίμως.

<sup>k</sup> Draco quidem] Totidem verbis

XVIII. Ranarum marinarum ex vino et aceto decoctarum succus contra venena<sup>1</sup> bibitur, et contra ranæ rubetæ venenum, et contra salamandras. E fluviatilibus,<sup>2</sup><sup>1</sup> si carnes edantur, jusve decoctarum sorbeatur, prosunt et contra leporem marinum, et contra serpentes supra dictas.<sup>3</sup> Contra scorpiones ex vino. Democritus quidem<sup>m</sup> tradit, si quis extrahat ranæ viventi<sup>4</sup> linguam, nulla alia corporis parte adhærente,<sup>a</sup> ipsaque dimissa in aquam, imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quæcumque interrogaverit, vera responsuram. Addunt etiamnum alia magi, quæ si vera sunt, multo utiliores vitæ existimentur ranæ, quam leges.<sup>n</sup> Namque arundine transfixa natura per os, si surculus in menstruis defigatur a marito, adulteriorum<sup>5</sup> tædium fieri.<sup>b</sup> Carnibus earum in hamum<sup>6</sup> additis, præcipue purpuras certum est allici. Jecur ranæ<sup>o</sup> geminum esse dicunt, objeicique formicis oportere: eam partem, quam appetant, contra omnia venena esse pro antidoto. Sunt quæ in vepribus tantum vivunt, ob id rubetarum nomine, ut diximus,<sup>p</sup> quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ venefi-

<sup>a</sup> Si nulla alia parte corporis, quam lingua, rana adhærescat ei qui extrahit.

<sup>b</sup> Nam arundine transfixa per ranæ pudenda, ad os usque, si surculus ille a marito defigatur in menstruis mulieris, futurum est ut mulier adulteria horreat.



cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. item et cybii profectus Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. tantum.

CAP. XVIII. 1 Vet. Dalec. contra ea venena.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fluviatiles Gronov. et al. vett.—3 Chiff. dictos.—4 Chiff. trahat ranæ viventis.—5 Vet. Dalec. adulteriorum.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. earum vel humo Gronov. et

#### NOTE

Diose. II. 15. Δράκων θαλάσσιος ἀναπτυχθεὶς, καὶ ἐπιτεθεὶς ἰαμὰ ἔστι πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ πληγὴν.

<sup>1</sup> E fluviatilibus] Dioscor. II. 28. ἰσὸν ἰσὸν ἐπιτεθεὶς πάντων, ζωμευθέντες ἐν ἐσσι καὶ ἐλαίῳ, τοῦ ζωμοῦ λαμβανομένου ἐπισίως.

<sup>m</sup> Democritus quidem] Simile est

quod de bubone superius retulit, XXIX. 26.

<sup>n</sup> Quam leges] De adulteriis, et de pudicitia: quales ab Augusto lata, ut refert Tranquillus in ejus Vita, c. 31.

<sup>o</sup> Jecur ranæ] Vide quæ diximus XI. 76.

<sup>p</sup> Ut diximus] Lib. VIII. 48.



ciorum. Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis in populum silentium fieri. Ossiculo, quod sit<sup>7</sup> in dextro latere, in aquam ferventem dejecto, refrigerari vas, nec postea fervere, nisi exento. Id inveniri objecta rana formicis, carnibusque erosis: singula in solium addi.<sup>c 8 9</sup> Et aliud esse in sinistro latere, quo dejecto fervere videatur, apocynon<sup>r</sup> vocari. Canum impetus eo cohiberi, amorem concitari, et jurgia,<sup>9</sup> addito in potionem. Venerem adalligatum stimulare. Rursus a dextro latere refrigerari ferventia.<sup>10</sup> Hoc et quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recenti, aliasque febres. Amorem inhiberi eo. Item ex his ranis lien contra venena, quæ fiant ex ipsis.<sup>11</sup>

XIX. Auxiliatur vero etiam efficacius colubra<sup>a</sup> in aqua vivens: hujus adipem et fel habentes, qui crocodilos venentur, mire adjuvari dicunt,<sup>1</sup> nihil contra bellua audente. Efficacius etiamnum, si herba potamogiton misceatur. Cancri fluviatiles<sup>b</sup> triti potique ex aqua recentes, seu cinere asservato, contra venena omnia prosunt, privatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino: vel si non sit,<sup>2</sup> caprino, vel quocumque. Addi et vinum oportet. Necant eos<sup>c</sup> triti cum ocimo admoti. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, privatim scytalen,<sup>d</sup> et angues,

<sup>c</sup> Singula ossa in solium aquæ calidæ dejici experimenti causa.

vulgg. earum nassis, vel Vet. Dalec. earum vel in hamum Chiff. — 7 Vet. Dalec. quod est. — 8 Chiff. oleum addi; Vet. Dalec. solium indi. — 9 Vet. Dalec. sedari jurgia. — 10 Vet. Dalec. ferventem. — 11 Gronov. et al. ante Harduin. quæ fiant ex ipsis, auxiliatur. Cor vero etiam efficacius est. Coluber est in aqua vivens, &c.

CAP. XIX. 1 Vet. Dalec. produntur; cod. Dalec. dicuntur. — 2 Vet. Dalec.

#### NOTE

<sup>a</sup> In solium addi] In quibusdam Mss. in oleum, male. In solium aquæ calidæ dejici ait, experiendi causa, num eo dejecto statim vas refrigeretur. Solium, vas est, in quo sedentes lavantur. 'Solium aquæ calidæ' vocat Celsus VII. 26.

<sup>r</sup> Apocynon] Ἀπόκυνος, quod canum impetus cohibeat.

<sup>a</sup> Auxiliatur vero . . . colubra] Sic Mss. omnes, non coluber. In Indiæ hujus loci, et infra c. 26. Enhydriis appellatur.

<sup>b</sup> Cancri fluviatiles] Nicander in Theriac. p. 43. et Diosc. II. 12. totidem verbis.

<sup>c</sup> Necant eos] Diosc. II. 12.

<sup>d</sup> Privatim scytalen] Coliannella VI.

et contra leporem<sup>e</sup> marinum, ac ranam rubetam. Cinis eorum servatus prodest pavore potus periclitantibus<sup>f</sup> ex canis rabiosi morsibus. Quidam adjiciunt<sup>g</sup> Gentianam, et dant in vino. Nam si<sup>3</sup> jam pavor occupaverit, pastillo vino subactos devorandos ita præcipiunt. Decem vero cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sin scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt: et cum ocimo ipsos cineremve eorum percussis imponunt. Minu. in omnibus his marini prosunt, ut Thrasyllus<sup>4</sup> auctor est Nihil autem<sup>h</sup> æque adversari serpentibus, quam cancris, suesque percussas<sup>i</sup> hoc pabulo sibi mederi. Cum Sol sit<sup>5</sup> in Cancro, torqueri serpentes. Ictibus scorpionum et carnes fluviatilium cochlearum resistunt crudæ vel coctæ. Quidam ob id salsas quoque asservant. Imponunt et ipsis plagis. Coracini pisces Nilo quidem peculiare sunt: sed et nos<sup>6</sup> hæc<sup>j</sup> omnibus terris demonstramus. Carnes eorum adversus scorpiones valent impositæ. Inter venena sunt piscium<sup>7</sup> porci marini<sup>k</sup> spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum: remedio est limus ex reliquo piscium eorum corpore.

*adsit.*—3 *Nam si* Vet. Dalec.—4 *Traxillos* Chiff.—5 *Cum sol est* al. ap. Dalec.—6 Gronov. et al. ante Harduin. *sed nos.*—7 *Vet. Dalec. venena piscium sunt.*

## NOTÆ

17. p. 226. 'Musque araneus, quem Græci σκντάλην appellant, quamvis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur.' Etiam et μυγαλή nuncupatur, ut alibi monuimus.

<sup>e</sup> *Et contra leporem*] Plinius Valer. III. 51. et Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Periclitantibus*] Quos ὑδροφόβους vocant, ut diximus VIII. 63. Theod. Priscianus II. 1. 8. 'Hydrophobicis dabo etiam cancrorum fluviatilium pulverem combustorum.'

<sup>g</sup> *Quidam adjiciunt*] Quos secutus est Diosc. II. 12.

<sup>h</sup> *Nihil autem*] Plinius IX. 51. de cancris: 'Contra serpentium ictus

medentur.'

<sup>i</sup> *Suesque percussas*] De suibus agrestibus prodidit hoc Ælianus Var. Hist. 7.

<sup>j</sup> *Sed et nos hæc*] Hæc quæ tractamus, remedia.

<sup>k</sup> *Porci marini*] In Indice hujus loci, 'Porcelli, sive porci.' Lib. IX. 17. 'porculus marinus' appellatur: etiamnum ab Italis, *Porcelletto*: nostris *Etourgeon*, ut diximus loco cit. De sturione marino vide Rondelet. XIV. 9. pag. 413. Marini porculi meminit et Ambrosius in Hexaëm. Judæos tradeus marinis vesci porcis, cum terrestribus abstineant.

XX. Canis rabidi<sup>1</sup> morsu potum expavescentibus faciem perungunt adipe vituli marini. Efficacius, si medulla hyænæ,<sup>m</sup> et oleo e lentisco,<sup>1</sup> et cera misceatur.<sup>2</sup> Murænæ morsus ipsarum capitis cinere sanantur.<sup>3</sup> Et pastinaca contra suum ictum remedio est, cinere suo ex aceto illito, vel alterius. Cibi causa extrahi debet e dorso ejus quicquid simile est croco, caputque totum: et hanc autem, et omnia testacea modice collui in cibis, quia saporis gratia perit. E lepore marino<sup>4</sup> veneficium restinguunt poti hippocampi. Contra dorycnium echini maxime prosunt: et iis qui succum carpati<sup>n</sup> biberint, præcipue jure sumto.<sup>5</sup> Et cancri<sup>o</sup> marini decocti jus contra dorycnium efficax habetur. Peculiariter vero<sup>p</sup> contra leporis marini venena.<sup>6</sup>

XXI. (VI.) Et ostrea adversantur iisdem.<sup>1</sup> Nec potest videri satis dictum esse de his, cum palma mensarum divitum<sup>a</sup> attribuatur illis. Gaudent<sup>b</sup> dulcibus aquis, et ubi plurimi influunt amnes: pelagia<sup>2 c</sup> parva et rara sunt. Gig-



CAP. XX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et oleum e lentisco Gronov. et vulgg. et oleo lentisco Franz.—2 Vet. Dalec. misceantur.—3 Idem Vet. sanantur.—4 Leporis marini cod. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. præcipue earum jure, &c. Vet. Dalec. præcipue ejus jure, &c. Gronov. et vulgg.—6 Ita Harduin. et recentt. habetur. CAP. VI. Peculiariter v. c. l. m. venena et ostrea adversantur. Idem videtur, nec potest videri . . . cum palma mensarum diu jam tribuatur illis Gronov. et al. vett. adversantur. Jam videtur al. ap. Dalec. videtur deest in Chiffi.

CAP. XXI. 1 Vide ad cap. præced.—2 Ita ex codd. Harduin. et re-

## NOTE

<sup>1</sup> *Canis rabidi*] Plinius Valer. III. 50. totidem verbis.

<sup>m</sup> *Si medulla hyænæ*] Vel hyænæ corii particula pano illigata sanari ὑδροφύβους circulator quidam affirmabat, teste Scribonio Largo Compositos. 172.

<sup>n</sup> *Succum carpati*] Diosc. in Alexiph. c. 13. Carpasi succum vocat, τὸν τῆς Καρπάσου ὀπὸν, inter venena: nec quid sit, satis liquet.

<sup>o</sup> *Et cancri*] Dioscor. in Alexiph. cap. 6.

<sup>p</sup> *Peculiariter vero*] Plinius Valer. Delph. et Var. Clas.

ad verbum, III. 54. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>a</sup> *Mensarum divitum*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *diu jam*. Macrobius Saturn. II. 9. pag. 355. de cæna Pontificia: 'Cæna hæc fuit: Ante cænam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas, sphondylos,' &c.


<sup>b</sup> *Gaudent*] Ibi enim dulciora, ampliora, meliorisque succi sunt. Athenæus lib. III. pag. 92.

<sup>c</sup> *Pelagia*] Quæ in alto e scopulis petuntur, et pala ferrea inde colli-

nuntur tamen et in petrosis,<sup>3</sup> carentibusque aquarum dulcium adventu, sicut circa Grynium<sup>4 d</sup> et Myrinam. Grandescunt sideris quidem<sup>e</sup> ratione maxime, ut in natura aquatilium diximus: sed privatim circa initia æstatis,<sup>f</sup> multo lacte<sup>g</sup> prægnantia, atque ubi Sol penetret in vada. Hæc videtur causa, quare minora in alto<sup>5 b</sup> reperiantur. Opacitas cohibet<sup>6</sup> incrementum, et tristitia minus appetunt cibos. Variant coloribus, rufa Hispaniæ, fusca Illyrico,<sup>7</sup> nigra et carne et testa Circeiis.<sup>i</sup> Præcipua vero habentur in quacumque gente spissa, nec saliva sua lubrica, crassitudine potius spectanda, quam latitudine: neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo brevi<sup>j</sup> atque non carnoso, nec fibris lacinioso,<sup>a</sup> ac tota in alvo. Addunt peritiores notam, ambiente purpureo crine<sup>δ k</sup> fibras,<sup>g</sup> eoque argumento generosa interpretantur, calliblepharata<sup>l</sup>

<sup>a</sup> Nec sit ostreorum spondylus laciniosus, aut sctus in fibras.

<sup>b</sup> Marginem ambiente circulo purpureo.



centt. *ideo pelagia* edd. vett. et Gronov.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tamen in petrosis* Gronov. et vulgg.—4 *Grynium margo* edd. Dalec. et Gronov. e lib. v. cap. 30.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *minora in aliis locis*.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Opacitas enim prohibet* Gronov. et al. vett.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *In Hispania . . . in Illyrico* Gronov. et

#### NOTÆ

guntur: *que l'on pêche a la drague sur des rochers.*

<sup>d</sup> *Circa Grynium*] Sic Mss. omnes. Tamen v. 32. *Grynia*.

<sup>e</sup> *Sideris quidem*] Lunæ ratione, ut dictum est ix. 50.

<sup>f</sup> *Circa initia æstatis*] Tum meliora esse, suaviora, utilioraque ventriculo, prodidit Athenæus loc. cit.

<sup>g</sup> *Multo lacte*] Plinius ix. 74. 'Nuper compertum in ostreariis, humorem iis fætificum lactis effluere.'—'Mense Maio ac Junio grandescere ea, ac multo lacte prægnare, Plinius docet, quod et experientia constat.' *Ed. sec.*

<sup>b</sup> *In alto*] Vide Notas et Emend.

num. 10.

<sup>i</sup> *Circeiis*] Laudat id genus Juvenalis infra laudandus. Catius apud Horat. ii. Sat. 4. 33. 'Ostrea Circeiis, Miseno oriuntur echini.'

<sup>j</sup> *Spondylo brevi*] Spondylus in ostreis aliter a Græcis *πράχηνος* appellatur, callus scilicet interior, ac solidus.

<sup>k</sup> *Purpureo crine*] Cirrum lividum, hoc est, purpurei coloris, Martialis appellat, vii. 19. 'Et ostreorum raperè lividos cirros.' Quid Martialis interpretes in hunc locum, quid Salmasius dicat in Solin. pag. 1127. non laboro.

<sup>l</sup> *Calliblepharata* [*calliblephara*] Καλ-

appellantes.<sup>9</sup> Gaudent et peregrinatione, transferrique in ignotas aquas. Sic Brundisiana in Averno compasta,<sup>m</sup> et suum retinere succum, et a Lucrino adoptare creduntur. Hæc sint dicta de corpore.

Dicemus et de nationibus: ne fraudentur gloria sua litora: sed dicemus aliena lingua, quæque peritissima hujus censuræ in nostro ævo fuit. Sunt ergo Muciani verba, quæ subjiciam: ‘Cyzicena<sup>n</sup> majora Lucrinis,<sup>o</sup> dulciora Britannicis,<sup>p</sup> suaviora Medulis,<sup>q</sup> acriora Lepticis,<sup>10 r</sup> pleniora Lucensibus,<sup>s</sup> sicciora Coryphantenis, teneriora<sup>11</sup> Istricis, candidiora Circeiensibus.’ Sed his<sup>t</sup> neque dulciora, neque teneriora esse ulla compertum est. In Indico mari

vulg. — 8 Vet. Dalec. *fibrarum*. — 9 ‘Ita fuit emendandum ex codd. Regg. et Editione principe, in quibus *calliblepharata*, id est, pulchris genis insignita.’ Brotier. *calliblephara appellantes* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *calliblephara propterea appellantes* al. vet. Mox, *transferri in ignotas* cod. Dalec. — 10 *Adultis* Vet. Dalec. *Eduliis* al. vet. *Getulicis* Massarius; *Edulis* Gro-

## NOTÆ

λιβλέφαρα, quasi *pulchris genis*. In Reg. 2. *calliblepharata*, forte rectius.

<sup>m</sup> *In Averno compasta*] Usus eo verbo Plinius IX. 79. ‘Postea visum tanti in extremam Italiam petere Brundisium ostreas: ac ne lis esset inter duos sapes, nuper excogitatum, famem longæ advectionis a Brundisio compascere in Lucrino.’ Lacum Lucrinum Avernumque proximos fuisse, atque adeo fere communibus aquis stagnasse, notissimum est.

<sup>n</sup> *Cyzicena*] A Cyzico Hellesponti oppido: cujus ora tota ostreis celebratissima fuit. Unde Catullus ad Priapum Carm. xviii. ‘Nam te præcipue in suis urbibus colit ora Hellespontia, eeteris ostreosior oris.’ Ἀβύδεια ὄστρεα in hoc ipso tractu maris laudat Clemens Alex. Pædag. I. II. p. 140.

<sup>o</sup> *Lucrinis*] Lacus Lucrinus, prope Baias, de quo III. 9. Martialis v. 38. ‘Concha Lucrini delicatior stagni.’

Et XIII. 82. ‘Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.’

<sup>p</sup> *Britannicis*] Hæc sunt ostrea, quæ ‘Rutupino edita fundo’ Juvenalis appellat, Sat. IV. 141. (fuit enim Rutupinum littorale Britanniae oppidum, ut ex Ptolemæo discimus:) ‘Circeis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu, Et semel aspecti littus dicebat echini.’

<sup>q</sup> *Medulis*] A Medulis, Galliae Aquitanicæ populis, ad Garunnæ ostia prope Burdegalam. Hodie *Medoc*. Vide Notas et Emend. num. 11.


<sup>r</sup> *Lepticis*] A Lepti Africae civitate.

<sup>s</sup> *Lucensibus*] A Lucento, opinor, Hispaniae oppido, de quo III. 4. Coryphantena a Coryphante Æolidis, de quo v. 32. Istrica ab Istria, &c.

<sup>t</sup> *Sed his*] Circeiensibus. Hæc jam Plinii verba, non Muciani, sunt.

Alexandri rerum auctores pedalia inveniri prodiderē. Nec non inter nos nepotis cujusdam nomenclator tridacna<sup>u</sup> appellavit: tantæ amplitudinis<sup>12</sup> intelligi cupiens, ut ter mordenda essent.

Dos eorum medica hoc in loco<sup>13</sup> tota dicetur. Stomachum<sup>v</sup> unice reficiunt: fastidiis medentur. Addiditque luxuria<sup>14</sup> frigus obrutis nive, summa montium<sup>w</sup> et maris ima miscens. Molliant<sup>x</sup> alvum leniter. Eadem quoque cocta<sup>15</sup> cum mulso, tenesmo, qui sine exulceratione sit, liberant. Vesicarum ulcera quoque repurgant. Cocta in conchis<sup>y</sup> suis uti clausa venerint,<sup>16</sup> mire destillationibus prosunt. Testæ ostreorum<sup>z</sup> cinis uvam sedat, et tonsillas admixto melle. Eodem modo parotidas, paños, mammarumque duritias,<sup>17</sup> capitum ulcera ex aqua: cutemque mulierum extendit. Inspergitur et ambustis. Et dentificio placet. Pruritibus quoque et eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudæ si tundantur, strumas sanant, et pernio-nes pedum.<sup>a</sup> Purpuræ quoque contra venena<sup>18</sup> prosunt.



nov. et al. ante Harduin.—11 Massarius, *tenuiora*.—12 Gronov. et al. ante Harduin. *tantæ amplitudinis*.—13 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Dos eorum in medicina hoc in loco* Gronov. et vulgg. *hoc loco* Vet. Dalec.—14 *Addit luxuria* Vet. Dalec.—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Eadem cocta* Gronov. et vulgg.—16 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *In conchis suis cocta, sive clausa uti venerint* Vet. Dalec. *In conchis suis, &c.* Gronov. et al. vett.—17 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ *Bro-tier. durities* Harduin. 1.—18 Chiff. *venenum*.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Tridacna*] Δάκνω mordeo Græce sonat.

<sup>v</sup> *Stomachum*] Ita Diphilus apud Athen. l. iii. p. 90.

<sup>w</sup> *Summa montium*] Nives, e summis montium jugis petitas, cum aqua marina, qua pascuntur ostrea in vado, miscens.—<sup>4</sup> Nives e summis montium jugis petitas, ut in eis ostrea servant, quæ petuntur ex imo mari: quemadmodum servantur in sale pisces. Pro sale obruntur ostrea nive, in testis suis, ut frigidiora sorbeantur.’ *Ed. sec.*

<sup>x</sup> *Molliant*] Ipsa ostrea esse κοιλίας ύπακτικὰ, jus, quo decocta fuerint, ταρακτικὸν καὶ ύπακτικὸν κοιλίας, tradit Mnesitheus Athen. de edulis, apud Athenæum l. iii. p. 92.

<sup>y</sup> *Cocta in conchis*] Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>z</sup> *Testæ ostreorum*] Quemadmodum et cinerem e cochleis commendat in eum usum Q. Serenus laudatus a nobis xx. 74.

<sup>a</sup> *Et pernio-nes pedum*] Sextus Platon. cap. 1. de cervo, tit. 21. ‘Ad pernio-nes:’ ‘Sebum cervinum com-

XXII. Et algam maris theriacen esse<sup>b</sup> Nicander<sup>c</sup> tradit. Plura ejus genera, uti diximus:<sup>d</sup> longo folio et latiore, rubente, aliave crispo.<sup>1</sup> Laudatissima, quæ in Creta insula juxta terram in petris nascitur: tinguendis etiam lanis ita colorem alligans, ut elui postea non possit. E vino jubet eam dari.

XXIII. (VII.) Alopecias<sup>e</sup> replet hippocampi cinis,<sup>1</sup> nitro et adipe suillo mixtus, aut sincerus<sup>f</sup> ex aceto. Præparant autem<sup>g</sup> sepiarum crustæ farina medicamentis cutem,<sup>a</sup> et muris<sup>2</sup> marini cinis cum oleo: item echini cum carnibus suis cremati: fel scorpionis marini. Ranarum quoque<sup>h</sup> trium, si vivæ in olla concrementur, cinis cum melle: melius cum pice liquida. Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus XL.<sup>3</sup> computruere. Alii in aceti<sup>i</sup>

<sup>a</sup> Medicamentis, quibus alopecia emendatur, suscipiendis præparatur ante cutis crusta sepiarum in farinam trita et illita.

//////////

CAP. XXII. 1 Vet. Dalec. diximus. Alia longo folio: alia latiore, rubente: (Theophr. herbaceo:) aliu crispo.

CAP. XXIII. 1 Ita ex codd. Hardninus et recentt. hippocampius cinis Gronov. et vulgg. hippocampi cinis (sic et Chiff.) liquida pice, aut ad. suil. mi. aut amaricino unguento Vet. Dalec. nec aliter Diosc.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Præparat cutem sepiarum . . . medicamentis. Cutem replet et muris Gronov. et vulgg. Præparatur autem sepiarum, &c. cod. Dalec. Pro crustæ, nonnulli, corticis, ut mox.—3 1 Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio prin-

#### NOTÆ

bustum simul cum ostreae testa minuta et commixta, et factum quasi malagma, impone: mire sanat.<sup>1</sup>

<sup>b</sup> Theriacen esse] Hoc est, adversus serpentes prodesse.

<sup>c</sup> Nicander] Loco citato a nobis xxvi. 66.

<sup>d</sup> Uti diximus] Lib. xxvi. cap. 66.

<sup>e</sup> Alopecias] Totidem verbis Diosc. II. 3. Ἰππόκαμπος θαλάσσιον ἐστὶ ζῶον μικρὸν, οὗ καέντος ἀναληφθεῖσα ἡ τέφρα πίση ὑγρᾶ καὶ δξυγγίω ἢ ἀμαρακίνω μύρρω, καὶ καταχρισθεῖσα, ἀλωπεκίας δασύνει. Hippocampus marinum est animalculum: cujus cremati cinis liquida pice vel axungia, aut amaracino unguento exceptus, et illitus, alopecias emendat. Sic etiam Galenus de Fac. Siimp.

Med. xi. 1. pag. 312. De hippocampo multa Ælianus Hist. Anim. xiv. 14. 20. Pingitur a Rondeletio de insectis c. 9. p. 114. Massiliensibus, Cheval et Chevalot.

<sup>f</sup> Aut sincerus] Solus, per se, nulla re alia admixta, præter acétum.

<sup>g</sup> Præparant autem] Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>h</sup> Ranarum quoque] Sic Diosc. II. 28. Καέντες δὲ βάτραχοι . . . καὶ ἀλωπεκίας θεραπεύουσι σὺν πίση ὑγρᾶ καταχρίομενοι. Et Alexander Iatros I. 4. ad alopecias: 'Ranarum cinis cum pice liquida illinitus.' Idque se experimento probasse testatur Rondeletius de palustr. cap. 2.

<sup>i</sup> Alii in aceti] Totidem verbis Mar-

sextariis duobus sanguisugarum sextarium in vase plumbeo jubent putrescere totidem diebus, mox illini in Sole. Sornatius<sup>j</sup> tantam vim hanc tradit,<sup>4</sup> ut nisi oleum ore contineant qui tinguunt, dentes quoque eorum denigrari<sup>5</sup> dicat. Capitis ulceribus<sup>k</sup> muricum vel purpurarum testæ cinis cum melle utiliter illinitur: conchyliorum, vel si non urantur, farina ex aqua: doloribus, castoreum cum peucedano et rosaceo.

XXIV. Omnium piscium<sup>a</sup> fluviatilium marinorumque adeps liquefactus Sole admixto<sup>1</sup> melle oculorum claritati plurimum confert: item castoreum cum melle. Callionymi fel cicatrices<sup>b</sup> sanat, et carnes oculorum supervacuas<sup>c</sup> consumit. Nulli hoc<sup>d</sup> piscium copiosius, ut existimavit Menander<sup>e</sup> quoque in Comædiis. Idem piscis et uranoscopus<sup>f</sup> vocatur, ab oculo<sup>g</sup> quem in capite<sup>2</sup> habet. Et co-



ceps.<sup>7</sup> Brotier. diebus LX. Gronov. al. vett. Harduin. et recentt.—4 *Sornatius t. vim habere tradidit* cod. Dalec. *Sornamus* Vet. Dalec. *Sornatius t. r. habere tradit* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ita cold. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *denigrare* Gronov. et vulgg.

CAP. XXIV. 1 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *liquefactus oleo admixto* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *ab oculis, quos in superiori ca-*

#### NOTÆ

cellus Empir. c. 7. p. 48. et Plinius Valer. 1. 7. de capillis denigrandis.

<sup>j</sup> *Sornatius*] Sic Mss. Ignotum Medici nomen. Referunt hoc ipsum porro auctores proxime appellati.

<sup>k</sup> *Capitis ulceribus*] Marcellus Empiricus, totidem verbis, cap. 4. pag. 40. et Plinius Valer. 1. 5.

<sup>a</sup> *Omnium piscium*] Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>b</sup> *Callionymi fel cicatrices*] Oculorum videlicet. Vide Galenum de Fac. Simp. Med. x. 2. p. 281. Errant qui discussam a Tobia patris eacitatem eo felle volunt. Callionymus enim marinus piscis est, et molis exigua, nec multarum virinum: ille, quo Tobias usus, ingens, fluviatilis, et fere ἀνθρωποφάγος. Silinium potius

esse crediderim, de quo IX. 17. Vide Bochartum de Animal. 11. 5. 14. pag. 748. Ad oculorum vitia universe callionymi fel commendat et Diosc. 11. 96.

<sup>c</sup> *Et carnes . . . supervacuas*] Carnes in angulis oculorum exerescentes.

<sup>d</sup> *Nulli hoc*] Arist. Hist. Anim. 11. 18. p. 265.

<sup>e</sup> *Menander*] In Messenia scilicet, cujus fabulæ versus huc pertinentes recitantur ab Æliano Hist. Anim. XIII. 4.

<sup>f</sup> *Uranoscopus*] Οὐρανοσκόπος, quod oculos in superna corporis parte versus caelum habeat. Idem νυκτερίς et ἡμεροκόλης appellatus. Describitur eleganter ab Oppiano Halieut. 11. 202. Pingitur a Rondeletio x. 13. p. 305. et ab Hippol. Salviano de Hist.



racini<sup>h</sup> fel excitat visum. Et marini scorpionis<sup>l</sup> rufi cum oleo vetere aut melle Attico incipientes suffusiones discutit: inungi ter oportet intermissis diebus. Eadem ratio<sup>3j</sup> albugines oculorum tollit. Mullorum cibo<sup>k</sup> aciem oculorum hebetari tradunt. Lepus marinus<sup>l</sup> ipse quidem venenatus est: sed cinis ejus in palpebris pilos inutiles evulsos cohibet. Et<sup>4</sup> ad hunc usum utilissimi minimi: item pectunculi<sup>m</sup> salsi triti cum cedria: et ranæ, quas diopetas,<sup>n</sup> et calamitas<sup>5</sup> vocant: sanguis earum cum lacryma vitis, si evulso pilo palpebris illinatur. Oculorum tumorem<sup>o</sup> rubo-



pite.—3 Eadem curatio Vet. Dalec.—4 Et deest in cod. Dalec.—5 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *diphitas, et calamitas* Cluiff. *diopetes, et calamitas* edd. aliæ ante Brotier. *cedria: ranarum, q. diopetes . . . sanguis cum*

## NOTE

Aquatil. fol. 197. Massiliensibus, *Tapecon*.

<sup>g</sup> *Ab oculo*] Ἐναλλαγή numeri, hoc est, ab oculorum situ.

<sup>h</sup> *Et coracini*] Marcellus Empir. c. 8. p. 69. 'Corvi marini fel inunctione adhibitum caligines tollit, albugines et cicatrices extenuat,' &c.

<sup>i</sup> *Et marini scorpionis*] Diosc. II. 14. Τοῦ δὲ θαλασσίου σκορπίου ἡ χολὴ ἀρμόζει πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑποχύσεις, καὶ λευκώματα, καὶ ἀμβλυωπίαι.

<sup>j</sup> *Eadem ratio*] Marcellus Empiricus c. 8. p. 67.

<sup>k</sup> *Mullorum cibo*] Diosc. II. 24. Τρίγλα συνεχῶς ἐσθιομένη ἀμβλυωπίαι δοκεῖ κατασκευαστικὴ ὑπάρχειν. Vide infra c. 41.

<sup>l</sup> *Lepus marinus*] Marcellus Empir. c. 8. p. 70. et Dioscor. II. 20.

<sup>m</sup> *Item pectunculi*] Quod pectunculis Plinius, hoc verbis totidem tellinis Diosc. attribuit, II. 8. Τελλῖναι παριχηραὶ καίσαι καὶ τριβείσαι λείαι, καὶ μετὰ κεδρίας ἐπισταζόμεναι, τὰς ἐκτιθελείας τῶν βλεφάρων τρίχας οὐκ ἐῶσιν αἰθῆσι φυῆναι. *Tellinæ sale conditæ ac ustæ, et ad lævorem contritæ, tandemque cum cedria instillatæ, evulsos palpebra-*

*rum pilos renasci non patiuntur.* Tellinas a pectunculis mitulisque sejunxit Hippocrates de Diæta lib. II.

<sup>n</sup> *Quas diopetas*] Διοπετής rana vocatur, quam per imbres cælo delapsam, quasi a Jove missam, vulgus arbitratur. Sic Palladium τὸ Διοπετὲς καλούμενον, ait Clemens Alex. in Protrept. p. 30. Eademne δρυπετής vel δρυοπετής, quod arbores scandat, ut dicitur cap. 29. Καλαμίτης, quæ in arundinetis maxime vivit, omnium viridissima, ut dicitur cap. 42. Diversa duo ranarum genera. Dioscor. II. c. 28. Τῶν δὲ χλωρῶν βατράχων τὸ αἷμα ἐπισταζόμενον κωλύει τὰς ἐκτιθελείας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι. Tamēn hoc Galenus negat esse verum, de Fac. Simp. Medic. x. pag. 279.

<sup>o</sup> *Oculorum tumorem*] Plinius Valer. I. 14. 'Corticis sepia: farina, in epithoris, ex lacte mulieris oculis circumlinitur.' Marcellus Empir. cap. 8. pag. 69. 'Sepia: testa interior, quæ mollis est, diligentissime trita, et muliebri lacte permixta, atque inunctioni adhibita, supra dictis oculorum causis plurimum prodest.' Dios-

remque sepia<sup>e</sup> cortex cum lacte mulierum<sup>6</sup> illitus sedat; et per se scabritias emendat. Invertunt itaque genas<sup>a</sup> id agentes, et medicamentum auferunt post paulum,<sup>7</sup> rosaceoque inungunt, et pane imposito mitigant. Eodem<sup>8</sup> cortice et nyctalopes curantur, in farinam trito et ex aceto illito. Extrahit<sup>p</sup> et squamas ejus cinis. Cicatrices oculorum cum melle<sup>9</sup> sanat, pterygia<sup>q</sup> cum sale et cadmia singulis drachmis. Emendat<sup>r</sup> et albugines oculorum jumentorum. Aiunt et ossiculo<sup>10</sup> ejus genas, si terantur, sanari. Echini ex aceto epinyctidas tollunt. Eundem<sup>11</sup> comburi cum viperinis pellibus ranisque, et cinerem aspergi potioni jubent magi, claritatem visus promittentes. Ichthyocolla<sup>s</sup> appellatur piscis, cui glutinosum est corium: idemque nomen glutino ejus. Hoc epinyctidas tollit. Quidam ex ventre,<sup>t</sup> non e corio, fieri dicunt ichthyocollam, ut glutinum

<sup>a</sup> *Palpebras.*



*lacryma* Vet. Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *mulieris* Gronov. et vulgg.—7 Chiffi. *paululum*.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *mitigant nocte*. *Eadem* Gronov. et vulgg. *nocte* deest in Chiffi. *Mox, trito ex aceto*. *Extrahit* eod. Dalec. *trito ex aceto illito*, &c. Chiffi. *trita et ex aceto illita*, &c. edd. vett. et Gronov.—9 Vet. Dalec. *squamas oculorum ejus cinis*. *Cicatrices cum melle*.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Adjiciunt et ossiculis* edd. vett.

#### NOTÆ

cor. II. 23. de sepia: τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ὄστρακον σχηματισθὲν εἰς κολλύρια ἀρμόζει πρὸς παράτραψιν τραχέων βλεφάρων. *Ipsius vero testa in collyria efformata scabris genis perfricandis accommodatur.* Os sepia<sup>e</sup> vocat Plinius cap. 27. et 28. quod in dorso sepia<sup>e</sup> reperitur: ὄστρακον τὸ ἐν τῷ νάτῳ, Athen. lib. VII.

<sup>p</sup> *Extrahit*] Plinius Valer. I. 18. sub finem: 'Ad maculas oculorum tollendas: 'Sepia<sup>e</sup> testam diligenter in mortario Thebaico teres, et pulverem ipsius in oculos mittes.' Ego vero squamas interpretor, non pterygia oculorum, de quibus mox seorsim, ut Dalecampius, sed festucas, paleas, aut quidvis aliud simile, quod in ocn-

los incidit: his extrahendis dotem esse corticis sepiarum propriam dicit, confirmatque idem inferius cap. 43. cum vel ipsis telis aculeisque extrahendis hujus corticis cinerem commendat.

<sup>q</sup> *Pterygia*] Diosc. II. 23.

<sup>r</sup> *Emendat*] Dioscor. II. 23. Ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς λευκώματα κτηνῶν ἐμφυσώμενον. *Facit et præclare jumentis ad oculorum albugines, si insuffletur.* Etiam ad hominum oculos transfert hanc vim Plinius Valer. I. 20.

<sup>s</sup> *Ichthyocolla*] Is est quem in Borysthene capi, nullisque ossibus esse munitum, dixit IX. 17. cui a glutino, quod is præbet, alterum id nomen est inditum.

taurinum. Laudatur Pontica, candida,<sup>12</sup> et carens venis squamisque, et quæ celerrime liquescit. Madescere autem debet concisa in aqua, aut in aceto<sup>13</sup> nocte ac die: mox tundi marinis lapidibus, ut facilius liquescat. Utilem eam<sup>u</sup> in capitis doloribus affirmant, et tetanothris.<sup>14</sup><sup>v</sup> Ranæ dexter<sup>w</sup> oculus dextro, sinistro lævus, suspensi e collo nativi coloris panno, lippitudines sanant. Quod si per coitum ranæ eruantur, albuginem quoque, alligati similiter in putamine ovi. Reliquæ carnes impositæ sugillationem rapiunt. Cancrī etiam<sup>x</sup> oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Est parva rana<sup>y</sup> in arundinetis et herbis maxime vivens, muta ac sine voce, viridis, si forte hau-

et Gronov. Mox, si alterantur Vet. Dalec.—11 Eosdem Vet. Dalec.—12 Ita codd. Harduini et Chiffli. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *candicans* Gronov. et vulgg.—13 Ita Chiffli. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut aceto* Gro-

## NOTÆ

<sup>l</sup> *Quidam ex ventre*] Dioscor. l. III. cap. 102. Ἡ δὲ ἰχθυόκολλα λεγομένη κοίλλα ἐστὶν ἰχθύος κητώου. Διαφέρει δὲ ἢ ἐν Πόντῳ γεννωμένη, οὔσα λευκὴ . . . οὐ ψωράδης, τάχιστα τηκομένη. *Ichthyocollla, hoc est, piscium gluten, venter est piscis cotacei. Præstat natione Pontica, candicans . . . minime scabra, et quæ celerrime liquescit.* Tale glutinum hodieque et e Ponto mittitur. Piscis nomen Dioscorides cum reticet, ichthyocolla dici a glutino suo significat. Vide Aldrov. de Pisc. v. 4. p. 565.

<sup>u</sup> *Utilem eam*] Sic Diosc. loc. cit. Ὀφελεῖ δὲ εἰς τὰς κεφαλικάς ἐμπλάστρους, καὶ λεπρικὰς δυνάμεις, καὶ εἰς τετάνωθρα τῶν προσώπων. *Utilis est in emplastris cephalicis, leprarumque medicaminibus, et tetanothris quæ faciei cutem erugant et extendunt.* Cum emplastris cephalicis utilem esse ait Dioscorides, considerandum amplius videtur, annon ea potius intelligat, quæ peculiariter calvariæ fracturis dicata sunt, quam quæ capitis doloribus accommodata.

<sup>v</sup> *Tetanothris*] Τετάνωθρα sive τετανώματα, a verbo τετανόω, sunt quæcumque ad lævigandam et erugandam hominis eutem præsertim in vultu conficiuntur. Tentipellia, a tendenda pelle, Latini vocant. Vide Voss. in Etymol.

<sup>w</sup> *Ranæ dexter*] Simile est quod habet Marcellus Empir. cap. 8. pag. 67. ‘Ranam de lacu prehendes, et spina oculos ei subtiliter erues, atque in panno coccineo ligatos oculis interius cruentis superpones: cito medeberis.’

<sup>x</sup> *Cancrī etiam*] Q. Serenus cap. de oculorum dolore mitigando: ‘Viventisque nepæ lumen gestatur amicum.’ Nepa Sereno cancer est. Superstitiosius vero Marcellus Empir. c. 8. p. 68. ‘Cancrī oculus subtiliter sublatus, et in phænicio colligatus, colloque suspensus, lippitudini incipienti medetur, si tamen remedium a casto homine fiat.’

<sup>y</sup> *Est parva rana*] Καλαμίτης ab arundinetis superius appellata, hoc ipso cap.

riatur, ventres boum distendens. Hujus corporis humorem specillis<sup>z</sup> derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre: ipsasque carnes doloribus oculorum superponunt. Ranas etiam<sup>a</sup> quindecim<sup>15</sup> conjectas in fictile novum juncis configunt quidam: succoque earum, qui ita effluerit, admiscent vitis albæ lacrymam,<sup>b</sup> atque ita<sup>16</sup> palpebras emendant, inutilibus pilis exemptis, acu instillantes hunc succum in vestigia evulsorum. Meges<sup>c</sup> psilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putrescentes,<sup>b</sup> et ad hoc utebatur multis variisque<sup>17</sup> per aquationes autumnii nascentibus. Idem præstare<sup>d</sup> sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet in novo vase. Idem tæniæ<sup>e</sup> jecur siccatum pondere x. iv.<sup>f</sup> cum oleo cedrino perunctis pilis novem mensibus.

<sup>b</sup> *Enecans, sinensque putrescere in aceto.*

nov. et vulgg.—14 Chiffi. *Utilem eam et capitis d. a. et tetanis.*—15 Chiffi. XVI.—16 Ita ex codd. Harduinus et recent. *in fictili novo juncis configunt quidam: succum earum, qui ita effluerit, admiscent lacrymæ, quæ ex alba vite emanat, atque ita* Gronov. et vulgg. *in fictile novum* cod. Chiffi. et Vet. Dalec. Mox, *exemptis acu, instillantes* Vet. Dalec.—17 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et hoc utebatur, &c.* edd. vett. et Gronov. *ad hocque utebatur multis ac variis al. vett.*

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *Specillis*] Instrumento ferreo, vel cupreo, ut diximus VII. 54. ‘Acu cuprea’ dixit Marcellus Empir. cap. 8. pag. 70. ‘Ranunculum viridem comprehensum,’ inquit, ‘acu cuprea pun-gito, et sanguine ejus excepto,’ &c. Sanguinem hunc Plinius humorem vocat.

<sup>a</sup> *Ranas etiam*] Vide Notas et E-mend. num. 15.

<sup>b</sup> *Vitis albæ lacrymam*] Cui ‘psilo-thri’ quoque ab ea dote nomen est inditum, ut dictum est XXIII. 16. Est enim psilothrum unguentum depila-torium. Pro albæ vitis lacryma cha-mæleonis folia Theod. Priscianus ad-hibet I. 10. ‘Et chamæleonis herbæ folia sicca, trita in pulverem, et com-mixta sanguine ranarum viridium,

post evulsionem capillorum pro col-lyrio inungimus.’

<sup>c</sup> *Meges*] Chirurgus is fuit, de quo dicemus in Auctorum Indice.

<sup>d</sup> *Idem præstare*] Marcellus Empir. c. 8. p. 71. Plinius Valer. I. 21. Theod. Priscianus loc. cit.

<sup>e</sup> *Idem tæniæ*] *Tavla* piscis e Græcis vocatur, cujus meminit Epichar-mus apud Athen. lib. VII. p. 325. Gaza vittam interpretatur: tæniam retinere Plinius maluit. A Narbo-nensis oræ piscatoribus *Flambo* vocari, auctor est Rondeletius XI. 17. a colore rufo seu flammeo. In Reg. 2. et Colb. 3. *theni*: unde *thynni* rescribi hoc loco quibusdam placet, quibus ægre assentimur.

<sup>f</sup> *Pondere X. IV.*] Hoc est, de-

XXV. Auribus utilissimum batia<sup>1</sup> piscis<sup>g</sup> fel recens, sed et inveteratum vino: item bacchi,<sup>2</sup> quem quidam myxona vocant: item callionymi cum rosaceo infusum: vel castoreum<sup>h</sup> cum papaveris succo. Vocant et in mari pediculos,<sup>3</sup> eosque tritos instillari ex aceto auribus jubent. Et per se conchylio<sup>j</sup> infecta lana magnopere prodest. Quidam aceto et nitro madefaciunt. Suntque qui<sup>k</sup> præcipue contra omnia aurium vitia laudent gari excellentis cyathum,<sup>4</sup> mellis dimidio amplius, aceti cyathum in calyce novo lenta pruna decoquere,<sup>5</sup> subinde spuma pennis deterisa, et postquam desierit spumare, tepidum infundere.<sup>6</sup> Si tumeant<sup>l</sup> aures, coriandri succo prius mitigandas iidem præcipiunt. Ranarum<sup>m</sup> adeps instillatus statim dolores tollit. Cancrorum fluviatilium succus cum farina hordeacea aurium vulneribus efficacissime prodest. Parotides<sup>n</sup> muricum testæ cinere cum melle, vel conchyliorum ex mulso curantur.

—————

CAP. XXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *bati* Gronov. et al. vett. Mox, *sed et in vetere vino* Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *bahni* Chiffi. *banchi* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pedunculos* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *gari excellentis sociorum cyathum* Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. *decoquentes*.—6 Vet. Dalec. *infundentes*.

#### NOTÆ

narium quatuor, sive drachmarum. Reinesius Var. Lect. II. 7. in hoc loco cæntiit.

<sup>g</sup> *Batia piscis*] Ita Mss. Reg. 1. 2. Colb. 3. et Chiffi. non *bati*, ut in editis. Index quoque hujus loci, *Batia*. *Βάτος* sive *βατῆς*, raia est: a qua si *batia* discrepat, quid ea sit, incompertum nobis fatemur esse.

<sup>h</sup> *Vcl castoreum*] Celsus VI. 7. 'ad sonitum aurium intra seipsas castoreum adhibet cum aceto, vel irino, vel laureo oleo: aut huic mixtum castoreum cum succo nucum amararum.'

<sup>i</sup> *Vocant . . . pediculos*] Ita Mss. tum hoc loco, tum in Indice: non *pedunculos*. *Φθείρας* vocat Aristot. Hist. Anim. IV. 10. p. 501. Horum ortus

in maris profundo, *Γίνονται δὲ ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης*. De his egimus IX. 71. Adde Æliannum Hist. Anim. IX. 7.

<sup>j</sup> *Et per se conchylio*] Conchyliatam lanam appellat Marcellus Empir. c. 9. p. 75. qua aurem occludi jubet, cui medetur. Crito, apud Galen. *κατὰ τὸ πῶπος*, lib. III. p. 404. conchylio infectos flocculos in aurem jubet pariter immitti.

<sup>k</sup> *Suntque qui*] Marcellus Empir. ad verbum, c. 9. p. 75. 77. et 82. Plinius item Valer. I. 9.

<sup>l</sup> *Si tumeant*] Plinius Valer. I. 9. et Marcellus Empir. c. 9. p. 74.

<sup>m</sup> *Ranarum*] Marcellus Empir. c. 9. p. 75. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>n</sup> *Parotides*] Totidem verbis Mar-

XXVI. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis<sup>o</sup> gingivis: cerebro<sup>1</sup> caniculæ in oleo decocto asservatoque, ut ex eo dentes semel anno colluantur. Pastinacæ quoque radio scarificare gingivas, et in dolore<sup>2</sup> utilissimum. Conteritur is,<sup>p</sup> et cum helleboro albo illitus, dentes sine vexatione extrahit. Salsamentorum<sup>q</sup> etiam fictili vase combustorum cinis, addita farina marmoris, inter remedia est. Et cybia vetera<sup>r</sup> usta<sup>3</sup> in novo vase, dein trita, prosunt doloribus. Æque prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinæ combustæ, tritæque, et illitæ. Decoquantur<sup>s</sup> et ranæ singulæ in aceti heminis, ut dentes ita colluantur, contineaturque in ore succus. Si fastidium obstaret, suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dionysius, ut ex ore virus deflueret in acetum fervens, idque e pluribus ranis. Fortioribus stomachis ex jure mandendas<sup>4</sup> dabat. Maxillaresque<sup>5</sup> ita sanari dentes præcipue putant, mobiles vero supra dicto aceto stabiliri. Ad hoc quidam ranarum corpora binarum præcisis pedibus in vini hemina macerant, et ita collui dentium labantes<sup>6</sup> jubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alii denas in aceti sextariis tribus decoxere ad tertias partes, ut mobiles



CAP. XXVI. 1 Vet. Dalec. *item cerebro*.—2 Idem Vet. *est in dolore*; et mox, *Conteritur*.—3 <sup>1</sup> Male cod. Regg. *eluta*, vel *luta*. Emendandum fuit, *usta*, vel *crusta*; ut patet e Marcel. Empir. c. 13.<sup>7</sup> Brotier. Vet. Dalec. *crusta*; et sic Galen. *κατὰ τόπους*, lib. v. *eluta* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *deinde trita* Gronov. et al. ante Harduin. *dein trita* Chiff. —4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *edendas* edd. vett. et Gronov.—5 *Maxillares* Vet. Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

## NOTE

cellus Empir. c. 15. p. 107. et 109. Plinius Valer. 1. 13. pro melle mulsam asciseit.

<sup>o</sup> *Scarificatis*] Mss. Reg. 2. aliique, *scarifatis*: et mox, *scarifare*, ut alias monuimus.

<sup>p</sup> *Conteritur is*] Sic fere Diosc. 11. 22. Celsus quoque vi. 9. <sup>1</sup> *Plani piscis* (quam pastinacam nostri, *πρυγῶνα* Græci vocant) aculeis tortetur: deinde conteritur, resinaque excipitur,

quæ denti circumdata hunc solvit.<sup>7</sup>

<sup>q</sup> *Salsamentorum*] Ad verbum Marcellus Empir. c. 13. p. 97.

<sup>r</sup> *Et cybia vetera*] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>s</sup> *Decoquantur*] Sic Diosc. 11. 28. Ὠφελούσι καὶ ὄδονταλγίαις συνεψόμενοι ὕδατι καὶ ἕξει, καὶ διακλυζόμενοι. *Decocta in aqua et aceto dentium dolores collutione leniunt.*

dentium stabilirent. Necnon xxxvi. ranarum corda in olei veteris sextario sub æreo testo<sup>7</sup> t discocere, ut infunderent per aurem dolentis maxillæ. Alii jecur ranæ decoctum et tritum cum melle imposuere dentibus. Omnia supra scripta ex marina rana efficaciora.<sup>8</sup> Si cariosi et foetidi sunt, centum in furno areferi per noctem præcipiunt: postea tantundem salis addi atque ita fricari.<sup>9</sup> Enhydri<sup>u</sup> vocatur a Græcis colubra in aqua<sup>10</sup> vivens. Hujus quatuor dentium<sup>11</sup> superioribus in dolore superiorum gingivas scarificant,<sup>v</sup> inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantum earum contenti sunt. Utuntur et cancrorum cinere: nam muricum<sup>w</sup> cinis dentifricium est.

XXVII. Lichenas et lepras tollit<sup>1</sup> a adeps vituli marini: mænarum cinis<sup>2</sup> b cum mellis obolis ternis: jecur pastinacæ in oleo decoctum:<sup>3</sup> hippocampi, aut delphini cinis ex aqua illitus. Exulcerationem sequi debet curatio, quæ perducit ad cicatricem. Quidam delphini jecur in fictili<sup>c</sup> torrent, donec pinguitudo similis oleo fluat,<sup>4</sup> ac perungunt.



recentt. *dentis labantes* Gronov. et al. vett.—7 Vet. Dalec. *ærea testa*; al. vett. *æreo testu*.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et Chiffi. *ex marina tanto efficaciora* edd. vett. et Gronov.—9 Chiffi. *atque ita fricari*.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *coluber in aquis* Gronov. et vulgg.—11 Chiffi. *dentibus*.

CAP. XXVII. 1 Chiffi. *solvit*.—2 'Ita bene cod. Reg. 3.' Brotier. *murænarum cinis* edd. ante Brotier.—3 Chiffi. *coctum*. Mox, *et delphini* Gronov. et al. ante Harduin. *aut delphini* cod. Chiffi.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *similitudine olei fluat* Gronov. et vulgg.

#### NOTE

<sup>t</sup> *Sub æreo testu*] Sic omnes typi, cum Reg. 2. cod. Ms. In Colb. 3. *sub ærea testa*.

<sup>u</sup> *Enhydri*] *Enhydri* Aristoteli intra est, omnibus nota: Plinio aliud longe: quippe serpentis genus, de quo supra c. 19. Mss. omnes hic quoque *colubra*, non *coluber* habent.

<sup>v</sup> *Gingivas scarificant*] Mss. *scarifant*.

<sup>w</sup> *Nam muricum*] Plinius Valer. 1. 40. et Q. Sereuus laudatus a nobis xxviii. 49.

<sup>a</sup> *Lichenas . . . tollit*] Reg. 2. et

Chiffi. *solvit*. Marcellus Empir. c. 19. p. 129. 'Adeps vituli marini imposita mentagræ plurimum prodest.' Subscribit et Plinius Valer. 11. 56.

<sup>b</sup> *Mænarum* [*Murænarum cinis*] Ita omnes typi, cum Reg. 2. cod. At Colb. 3. *mænarum*, quod satius videtur.

<sup>c</sup> *Quidam delphini jecur in fictili*.] Reg. 2. et is quem Pintianus habuit, *Quidam delphinum in fictili*. Verum Plinius Valer. 11. 56. cui titulus est, 'Licheni arcendo:' 'Item,' inquit, 'delphini jecinoris cinerem ex aqua.'

Muricum vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, cutemque erugat, extenditque septenis<sup>5</sup> diebus illitus, ita ut octavo candido ovorum foveantur.<sup>6</sup> Muricum generis sunt, quæ vocant Græci coluthia,<sup>d</sup> alii corythia,<sup>7</sup> turbinata æque, sed minora multo, efficaciora etiam, et oris halitum custodientia. Ichthyocolla<sup>e</sup> erugat cutem, extenditque,<sup>8</sup> in aqua decocta horis quatuor, dein contusa, et subacta<sup>9</sup> ad liquorem usque mellis. Ita præparata in vase novo conditur, et in usu quatuor drachmis ejus binæ sulfuris, et anchusæ totidem, octo spumæ argenteæ adduntur; aspersaque aqua teruntur una. Sic illita facies post quatuor horas abluitur. Medetur et lentigini,<sup>f</sup> ceterisque vitiis, ex ossibus sepiarum cinis. Idem et carnes excrescentes tollit, et humida ulcera.<sup>10</sup> Psoras tollit rana decocta in heminis quinque aquæ marinæ: excoqui debet donec sit lentitudo<sup>11</sup> mellis.<sup>g</sup>

(VIII.) Fit in mari et halcyoneum<sup>h</sup> appellatum, ex nidis, ut aliqui existimant, halcyonum et ceycum:<sup>i</sup> ut alii, e sordibus spumarum crassescens: alii, e limo, vel qua-



Mox, *caque perungunt* Vet. Dalec.—5 Vet. Dalec. *ac extendit septenis.*—6 Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *fovcatur.*—7 Vet. Dalec. *corycia*; Gronov. et vulgg. *colydia.*—8 Chiffli. *et extendit.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *contusa, collata et subacta* Vet. Dalec. *contusa, collata et subacta* Gronov. et vulgg.—10 Vet. Dalec. *hulcera sanat.*—11 ‘Ita bene codd. Reg. 3. Chiffli. et Editio princeps.’ Brotier. Cod. Dalec. *lentitudo*; Gronov. Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTE

<sup>d</sup> *Coluthia*] Reg. 2. *Coluthia, alii coryphia.* Index, *Colytia, sive corythia*, haud satis sincere. Placet *corythia* dici ob similitudinem aliquam eorum muricum *ὄν τῆ κέρυθι*, cum galea vel casside. Neque admodum *κολούθια* displicet, quasi deminuti murices: unde et minores statim dicuntur a Plinio. Est autem murex de concharum genere, ut dictum est libro nono.

<sup>e</sup> *Ichthyocolla*] Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 993. ‘Omnis ichthyocolla . . . et cutem extenlit, et splendendam facit.’

<sup>f</sup> *Medetur et lentigini*] Q. Serenus c. 12. de cutis et faciei vitiis propellendis, p. 131. ‘Sepiolæ cineres ex ossibus omnia tollunt.’

<sup>g</sup> *Lentitudo* [crassitudo] mellis] Chiffli. *lentitudo mellis.* Reg. 2. et vet. Dalec. *lentitudo mellis.*

<sup>h</sup> *Fit et halcyoneum*] Græcis ἀκκυονειον et ἀλκυόνιον. Pharmacopolis, ‘Spuma maris,’ et ‘Pala marina.’ Hujus effigies plures exhibet Aldrovandus de Metall. II. 1. p. 212.

<sup>i</sup> *Et ceycum*] Κήϋξ halcyonum mas est. Vide Constantinum in Lexico, verbo Κήξ.



dam maris lanugine. Quatuor ejus genera: cinereum<sup>j</sup> spissum, odoris asperi: alterum molle,<sup>k</sup> lenius, odore fere algæ: tertium<sup>l</sup> candidioris vermiculi: quartum<sup>m</sup> pumicosius, spongiæque putri simile. Pæne purpureum,<sup>12 n</sup> quod optimum, hoc et Milesium vocatur. Quo candidius autem, hoc minus probabile est. Vis eorum,<sup>o</sup> ut exulcerent, purgent. Usus tostis et sine oleo. Mire lepras,<sup>p</sup> lichenas, lenticinas tollunt cum lupino,<sup>13 q</sup> et sulfuris duobus obolis. Halcyoneo utuntur et ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo usus est: Attalus thynni adipe recenti<sup>14</sup> ad oris ulcera.

XXVIII. Mænarum<sup>t</sup> muria,<sup>a</sup> et capitum cinis cum melle sanat strumas. Pungi piscis ejus, qui rana<sup>b</sup> in mari ap-

et recentt. *crassitudo*.—12 Gronov. et al. ante Harduin. *spongiæque putri simile, pæne purpureum*.—13 'Ita quidem libri scripti et editi. Merito tamen visum est erudito Harduino emendandum, *cum glutino*. Glutinum enim laudavit supra Plinius xxviii. 50.' Brotier.—14 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *thynni recentioris adipe* Gronov. et al. vett.

## NOTE

<sup>j</sup> *Cinereum*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. xi. p. 316. 'Ἔστι δ' αὐτῶν ἐν μὲν πυκνὸν καὶ βαρὺ, καὶ μοχθηρὸν κατὰ τὴν ὄσμην, ὕξει γὰρ ἰχθύων σαπρῶν. *Odoris pravi, olet enim pisces putridos.*

<sup>k</sup> *Alterum molle*] Galenus loc. cit. Δεύτερον δ' ἄλλο . . . κοῦφον, καὶ ἄραιον, ὄσμην φυκίους ὁμοίαν ἔχον.

<sup>l</sup> *Tertium*] Galenus loc. cit. 'Ἄλλο δὲ τρίτον σκώληκι μὲν ἔστι τὸ σχῆμα παραπλήσιον, πορφυρίζει δὲ τῇ χροῖᾳ . . . ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ Μιλήσιον. Dioscor. v. 136. Τὸ δὲ τρίτον σκωληκοειδὲς ὑπάρχει τῷ τύπῳ, καὶ τῇ χροῖᾳ ἐμπόρφυρον, ὅ τινες Μιλήσιον καλοῦσι. *Tertium vermiculi forma, colore pæne purpureum est, quod Milesium vocant.*

<sup>m</sup> *Quartum*] Galenus loc. cit. Τέταρτον, κοῦφον καὶ ἄραιον, ἰσικὸς δὲ ἔριος ὀσπυρηοῖς, *leve et rarum, lanis succidis simile.*

<sup>n</sup> *Pæne purpureum*] Ab his verbis nova fuit instituenda oratio, quam priorum negligentia cum anterioribus

verbis conjunxit: cum et is purpuræ color, et a Mileto cognomen, non quarto illi, seu postremo generi, sed tertio adjudicari debeat, Galeno teste, et Diosc. locis allatis proxime. Aëtio quoque, in Ms. Πρὸς λέπρας, ἀλφὸνς, ψώρας, καὶ λειχήνας . . . τὸ δὲ Μιλήσιον λεγόμενον σκώληκι ἰσικὸς τὸ σχῆμα, πορφυρίζον τῇ χροῖᾳ, καὶ τῇ συστάσει μαλακὸν, λεπτότατον πάντων ἔστι.

<sup>o</sup> *Vis eorum*] Hæc pariter Galenus loc. cit.

<sup>p</sup> *Mire lepras*] Diosc. Galenus, et Aëtius, locis cit. post Hippocr. de Morbis Mul. lib. ii. tex. 67. p. 596.

<sup>q</sup> *Cum lupino*] Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>a</sup> *Mænarum muria*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>b</sup> *Pungi piscis ejus, qui rana*] An rana potius? caret enim rana aculeo. Vide Rondel. xii. 18.

pellatur, ossiculo de cauda,<sup>2</sup> ita ut non vulneret, prodest. Id. faciendum quotidie, donec percurentur. Eadem vis<sup>c</sup> et pastinacæ radio, et lepori marino<sup>3</sup><sup>d</sup> imposito, ita ut ce-  
 liter removeantur: echini testis<sup>e</sup> contusis et ex aceto illitis: item scolopendræ<sup>f</sup> marinæ e melle: cancro fluviatili<sup>g</sup> con-  
 trito vel combusto ex melle. Mirifice<sup>h</sup> prosunt et sepia-  
 ossa cum axungia vetere contusa et illita. Sic et ad paro-  
 tidas utuntur, et sauri<sup>4</sup> piscis<sup>i</sup> marini jocineribus. Quin et  
 testis<sup>j</sup> cadi salsamentarii tuis cum axungia vetere, muri-  
 cumque cinere ex oleo ad parotidas strumasque. Rigor  
 cervicis mollitur marinis, qui<sup>5</sup> pediculi vocantur, drachma  
 pota: castoreo pota cum pipere ex mulso mixto ranis de-  
 coctis ex oleo et sale, ut sorbeatur succus. Sic et opistho-  
 tono medentur, et tetano:<sup>6</sup> spasticis vero pipere adjecto.



CAP. XXVIII. 1 *Murenarum* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps, et al. vet. *ossiculo e cauda* codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et lepore marino* Gronov. et vulgg. Mox, *echinique* Vet. Dalec.—4 Gronov. et al. vet. *et scari*.—5 Vet. Dalec. *marinis insectis, qui*. Mox, *pedunculi* Gronov.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *medentur, tetano* Gronov. et

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Eadem vis*] Marcellus Empiricus c. 15. p. 108. 'Acu ossea, id est, spiculo trygonis, quæ pastinaca dicitur, strumam sæpius punge: statim arescit.'

<sup>d</sup> *Et lepori marino*] Marcellus Empir. loc. cit. 'Lupus marinus, (lege 'lepus,') id est, piscis, tantæ effica-  
 ciæ est adversum strumas, ut ad quamlibet partem corporis admotus strumarum vitium omne persanet.' Et p. 110. 'Marini lepores, oleo ve-  
 teri injecti, bene faciunt discutien-  
 dis strumis,' &c. Certior multo aucto-  
 r Scribonius Largus Compos. 80. 'Ad strumas melius marini lepores  
 oleo vetere necati faciunt, in plum-  
 bea pyxide clusi, quam diebus xl.  
 diligenter alligatam oportet habere.  
 Postea ex ea pinna oblinendæ sunt

strumæ, superque eas pellis lanata non nimium tonsa, tegendi gratia, imponenda est. Præcipere autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinat, aut inquinatas, priusquam laverit, ad os referat.'

<sup>e</sup> *Echini testis*] Iisdem verbis Marcellus Empir. cap. 15. pag. 108. et Plinius Valer. III. 28. et 29.

<sup>f</sup> *Item scolopendræ*] Ei videlicet, de qua Ix. 67.

<sup>g</sup> *Cancro fluviatili*] Marcellus Empir. loc. cit. ad verbum.

<sup>h</sup> *Mirifice*] Marcellus Empiric. loc. cit.

<sup>i</sup> *Et sauri piscis*] Hoc est, lacerti. Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>j</sup> *Quin et testis*] Totidem verbis Marcellus Empir. cap. 15. pag. 109.

Anginas mænarum<sup>k</sup> salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet: ranarum decoctarum ex aceto succus: hic et contra tonsillas prodest. Cancris fluvialibus<sup>l</sup> triti singuli in heminam aquæ anginis medentur gargarizati: aut e vino, et calida<sup>7</sup> aqua poti. Uvæ medetur<sup>m</sup> garum cochlearibus subditum. Vocem siluri recentes, salsive, in cibo sumti adjuvant.

XXIX. Vomitiones nulli inveterati tritique in potione concitant. Suspiriosis castorea cum Hammoniacy<sup>n</sup> exigua portione ex aceto mulso jejunis utilissima potu.<sup>1</sup> Eadem potio spasmos stomachi<sup>o</sup> sedat ex aceto mulso calido.<sup>2</sup> Tussim sanare dicuntur piscium modo e jure decoctæ in patinis ranæ. Suspensæ autem<sup>p</sup> pedibus cum destillaverit in patinam saliva earum, exenterari<sup>q</sup> jubentur, abjectisque interaneis condiri. Est rana parva<sup>r</sup> arborem scandens, atque ex<sup>3</sup> ea vociferans: in hujus os si quis exspuat, ipsamque demittat, tussi liberari narratur.<sup>4</sup> Præcipiunt<sup>5</sup> et cochleæ crudæ<sup>s</sup> carnem tritam bibere ex aqua calida in tussi cruenta.



al. vett.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut calida* edd. vett. et Gronov.

CAP. XXIX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *castoreum . . . utilissime potatur* Gronov. et vulgg.—2 Chiffli. *caldo*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et ex Gronov. et al. vett.*—4 Cod. Dalec. *dicitur*.—5 Chiffli. *crudam*.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Anginas mænarum*] Plinius Valer. ad verbum, i. 52. et Marcellus Empir. loc. cit.

<sup>l</sup> *Cancris fluvialibus*] In Græcia, Creta, Sicilia, Etruriaque frequentes: in Gallia, Germaniæque nulli. Effigiem vide apud Rondel. de Pisc. Fluviat. cap. 34.

<sup>m</sup> *Uvæ medetur*] Iisdem verbis Plinius Valer. i. 43.

<sup>n</sup> *Cum Hammoniacy*] Hammoniacycum ipsum per se prodesse suspiriosis auctor est Scribonius Largus Compos. 79.

<sup>o</sup> *Spasmos stomachi*] Dalcampius vehementiores singultus interpreta-

*Delph. et Var. Clus.*

tur, quorum molestia ægri convelluntur.

<sup>p</sup> *Suspensæ autem*] Quemadmodum suspendi Sallustius Dionysius jussit, cap. 26.

<sup>q</sup> *Exenterari*] Reg. 2. et alii, *exinterari*, ab interaneis.

<sup>r</sup> *Est rana parva*] *Δρυπετής*, opinor, de qua c. 24.

<sup>s</sup> *Præcipiunt*] Plinius Valer. i. 64. 'Ad excretionem cruentam.' 'Cochleæ elixæ teruntur, et ex aqua bibuntur . . . Cochleæ illotæ ex aqua marina coquantur, et ita devorantur. Cochleæ rursus cum testis suis tritæ, addito croco, eduntur.'

*Plinius.*

12 O

XXX. (IX.) Jocineris doloribus scorpio marinus in vino necatur, ut inde bibatur.<sup>a</sup> Conchæ longæ<sup>a</sup> carnes ex mulso potæ cum aqua, pari modo: aut, si febres sint, ex aqua mulsa. Lateris dolores leniunt hippocampi<sup>1</sup> tosti sumti, tetheaque<sup>b</sup> similis ostreo in cibo sumta: ischiadicorum,<sup>c</sup> muria siluri clystere infusa. Dantur autem conchæ ternis obolis dilutæ in vini sextariis duobus per dies<sup>2</sup> quindecim.

XXXI. Alvim emollit<sup>d</sup> silurus e jure, et torpedo in cibo. Et olus marinum<sup>e</sup> simile sativo: stomacho inimicum, alvim facillime purgat: sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur. Et omnium<sup>f</sup> piscium jus. Idem et urinas ciet, e vino maxime. Optimum<sup>g</sup> e scorpionibus et iulide, et saxa-

CAP. XXX. 1 Vet. Dalec. aqua, pari, &c. mulsa, lateris dolores leniunt et hippocampi. Mox, tethyaeque margo edd. Dalec. et Gronov. Græcis τήθη et τήθηα. Deinde, similia ostreo Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. obolis in vino per dies.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Conchæ longæ] In Indice hujus loci, *Strombus*, sive *concha longa*. *Στρόμβος* genus conchæ est, instar buccini. Nicandri Scholiastes: Τὸν στρόμβον ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ὕστρακον τῶν κογχυλίων, οἷς ἔχρωντο ἀντὶ σάλπιγγος, conchæ genus quo tubæ vice utebantur. Ut apud poetam, 'dum personat æquora concha.' Gaza apud Arist. *turbinem* vertit.

<sup>b</sup> Tetheaque] Sic Mss. omnes, et hujus loci Index. Græcis τὸ τήθος et τὰ τήθηα, genus ostreorum est, vel fungorum potius, quod ceteris marinis propius a terra abest, παρὰ τὴν τήθην, ἥτοι γῆν· γεώδη γάρ εἰσι μᾶλλον τῶν ἄλλων θαλασσίων, inquit Eustath. in Iliad. Π. pag. 1084. Xenocrates de alimento ex aquatilibus, apud Oribas. II. 58. 'Tethea in limo nascuntur, et littoribus algæ feracibus, inveniunturque in musco, alga, et fuco: similiaque sunt fungo plantæ marinae,' &c.

<sup>c</sup> Ischiadicorum] Sic Diosc. II. 29. de siluri muria: ἐγκλυζομένη δὲ ἰσχια-

δικὸς θεραπεύει. Galenus item de Fac. Simp. Medic. XI. 2. pag. 318.

<sup>d</sup> Alvim emollit] Silurus Dioscoridi similiter loc. cit. εὐκοιλίος, bonam facit ulvum.

<sup>e</sup> Et olus marinum] Plinius XX. 38. 'Marina brassica vehementissime ex omnibus alvim ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.'

<sup>f</sup> Et omnium] Diosc. II. 35. Ζωμὸς δὲ ὁ ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων, κοιλίας ὑπαγωγὸς, κ. τ. λ. Recentium piscium jus, modo per se, modo ex vino potum, ulvum subducit.

<sup>g</sup> Optimum] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. Ἴδιως δὲ σκευάζεται πρὸς ταῦτα ὁ ἀπὸ τῶν φωκίων, καὶ σκορπίων, καὶ ἰουλίδων, καὶ περκίδων, καὶ τῶν ἔλλων πετραίων ἀπαλῶν, καὶ ἀβράμων. Athenæo I. VII. p. 304. ἰουλίς e saxatillum quoque genere est. A Liguriibus *Girello*, et a nonnullis etiam *Donzella* dicta, teste Rondel. VI. 7. Vide et Hippol. Salvia. fol. 219.

tilibus, nec virus resipientibus. Coqui debent<sup>h</sup> cum anetho, apio, coriandro, porro, additis oleo et sale. Purgant et cybia vetera, privatimque cruditates, pituitam bilemque<sup>i</sup> trahunt. Purgant et myaces,<sup>i</sup> quorum natura tota in hoc loco dicitur. Acervantur<sup>j</sup> muricum modo, vivuntque in algosis, gratissimi autumnno, et ubi multa dulcis<sup>k</sup> aqua miscetur mari, ob id in Ægypto laudatissimi. Procedente hyeme, amaritudinem trahunt, coloremque rubrum. Horum jus<sup>l</sup> traditur alvum et vesicas exinanire, interanea destringere,<sup>a</sup> omnia adaperire, renes purgare, sanguinem adipemque<sup>2</sup> minuere. Itaque utilissimi sunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulario,<sup>3</sup> inflationibus. Item prodesse<sup>4 m</sup> fellis, pituitæ, pulmonis, jocineris, splenis vitiis, rheumatismis. Fauces tantum vexant, vocemque obtundunt. Ulcera quæ serpant, aut sint purganda, sanant: item carcinomata. Cremati autem, ut murices, et morsus canum hominumque cum melle, lepras, lentigines. Cinis eorum lotus<sup>5 n</sup> emendat caligines, gingivarum et dentium

<sup>a</sup> Detergere.

//////////

CAP. XXXI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pituitam, bilem* Chiff. *pituitas bilemque* Gronov.—2 Cod. Dalec. *adaperire, spargere sanguinem adipemque*; Vet. Dalec. *obstructa adaperire, renes purgare, et sanguinem, adipemque*.—3 Gronov. *articulari*.—4 'Verbum *prodesse* non habet Editio princeps; et omitti potest.' Brotier. *Item obesse fellis pituitæ, pulmonis* Chiff. *Item prodesse fellis, pituitæque* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *et jocineris spleni-*

#### NOTE

<sup>h</sup> *Coqui debent*] Diosc. ad verbum *μύες*. loc. cit.

<sup>i</sup> *Purgant et myaces*] Aristoteles *μύας* vocat, et Athenæus: *μύακας* alii. Myaces commune nomen est, mitulos, qui majores, grandioresque, et myiscas, quæ minores, complexum. De utrisque mox Plinius.

<sup>j</sup> *Acervantur*] Plinius ix. 60. de purpureis: 'Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem ejusdam ceræ salivant. Simili modo et murices.' Quod a Philosopho accepit, ut diximus, qui et *μύας* pariter certificare adjicit, *κηριαζουσι δὲ καὶ οἱ*

<sup>k</sup> *Et ubi multa dulcis*] Sic de ostreis paulo ante, c. 21. 'Gaudent dulcibus aquis, et ubi plurimi influunt amnes.'

<sup>l</sup> *Horum jus*] Athenæus lib. III. pag. 86. et 87. Horat. II. Sat. 4. 27. 'Si dura morabitur alvus, Mitulus et viles pellent obstantia conchæ.'

<sup>m</sup> *Item prodesse*] In Reg. 2. Colb. 3. et Chiff. *obesse*: vitiis scilicet obest, cum ea amolitur.

<sup>n</sup> *Cinis eorum lotus*] Sic Reg. 2. et Pintiani codex. Hactenus editi, et Colb. 3. *potus* minus sincere, ut arbitror.

vitia, eruptiones pituitæ: et contra dorycnium<sup>o</sup> aut opocarpaton<sup>6p</sup> antidoti vicem obtinent. Degenerant in duas species: in mitulos, qui salem<sup>a</sup> virusque<sup>7</sup> resipiunt: myscas,<sup>8</sup> quæ rotunditate differunt, minores aliquanto atque hirtæ, tenuioribus testis, carne dulciores.<sup>9</sup> Mituli quoque,<sup>r</sup> ut murices, cinere causticam vim habent: et ad lepras, lentigines, maculas. Lavantur<sup>s</sup> quoque plumbi modo ad genarum<sup>b</sup> crassitudines, et oculorum albugines, caliginesque, atque in aliis partibus sordida ulcera, capitisque pusulas.<sup>10</sup> Carnes vero<sup>t</sup> eorum ad canis morsus imponuntur. At pelorides emolliunt alvum: item castorea<sup>u</sup> ex aqua mulsa drachmis binis. Qui vehementius volunt,<sup>11</sup> addunt cucumeris sativi radicis siccatae<sup>12</sup> drachmam, et aphronitri duas. Tetheæ<sup>13</sup> torminibus et inflationibus occurrunt. Inveniuntur hæ<sup>v</sup> in foliis marinis sugentes,<sup>14</sup> fungorum verius

<sup>b</sup> *Pulpebrarum.*

*cisque vitiiis, ac rheumatismis.*—5 Gronov. et al. ante Harduin. *potus.*—6 Alii ap. Dalec. *opocarpason.*—7 *Qui salem virusque*] Ita quidem libri scripti et editi. At certe pro *salem* emendandum *scillam*, ut patet ex Athenæo lib. III. pag. 87. εἰς δ' αὐτῶν ἐνιοὶ καὶ σκιλλώδεις. Quod jam monuere Cl. Gesnerus et Harduinus. Brotier.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *myscos, qui, &c. hirti* Rond. *myscas* Gronov. et vulgg.—9 Ita codd. Harduini; ita quoque Gesner. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *duriores* edd. vett. et Gronov.—10 Gronov. et al. vett. *pustulas.*—11 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Et pelorides . . . volunt uti* Gronov. *At . . . volunt uti* Chiffli. *Mox, silvestris radicis* Vet. Dalec.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *siccæ* Gronov. et vulgg.—13 *Tethea* Vet. Dalec. *Tethya* al. vett.—

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Et contra dorycnium*] Scribonius Largus Compos. 191. 'ad dorycnion: 'Adjuvari debent læsi ab eo . . . conchyliis omnibus crudis atque decoctis.'

<sup>p</sup> *Opocarpaton*] Carpati succum, de quo c. 20.

<sup>a</sup> *Qui salem*] Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>r</sup> *Mituli quoque*] Hos vulgus in Gallia musculos vocat, *des muscles*: *myscæ*, *des moules*.

<sup>s</sup> *Lavantur*] Diosc. II. 7. *Μύσκαες . . . καίντες τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς κήρυξι.*

*Ἰδαίτερον δὲ πλυθέντες, ὡς μόλιβδος, χρησιμεύουσιν εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σὺν μέλιτι, ἐκτῆκοντες παχύτητας βλεφάρων, καὶ σμήχοντες λευκάματα, καὶ τὰ ἕλλως ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις.* Quæ verbis totidem Plinius.

<sup>t</sup> *Carnes vero*] Dioscor. loc. cit. et Galenus similiter de Fac. Simp. Med. XI. I. pag. 299.

<sup>u</sup> *Item castorea*] Pari modo sumta et menses cient, et partus secundasque ejiciunt, teste Dioscor. II. 26.

<sup>v</sup> *Inveniuntur hæ*] Vide quæ diximus de iis cap. sup.

generis, quam piscium. Eædem et tenesmm dissolvunt, renumque vitia. Nascitur et in mari<sup>w</sup> absinthium, quod aliqui Seriphium<sup>15</sup> vocant, circa Taposirin<sup>16</sup> maxime Ægypti, exilius terrestri. Alvum solvit, et noxiis<sup>x</sup> animalibus intestina liberat. Solvunt et sepiæ.<sup>y</sup> In cibo dantur cum oleo, et sale, et farina, decoctæ. Mænæ salsæ<sup>z</sup> cum felle taurino illitæ umbilico alvum solvunt. Jus piscium<sup>a</sup> in patina coctorum cum lactucis tenesmm discutit. Cancri fluviatiles<sup>b</sup> triti, ex aqua poti, alvum sistunt, urinam cient, in vino alvum.<sup>17c</sup> Adentis brachiis<sup>d</sup> calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti, singulis eorum drachmis. Ileos et inflationes castorea<sup>18</sup> cum dauci semine, et petroselini, quantum ternis digitis sumatur, ex mulsi calidi cyathis quatuor : tormina vero cum anetho ex vino<sup>19e</sup> mixto. Erythini in cibo sumti sistunt alvum. Dysentericis medentur ranæ cum scilla decoctæ, ita ut pastilli fiant : vel cor<sup>20</sup> earum cum melle tritum, ut tradit Niceratus. Morbo regio salsamentum cum pipere, ita ut reliqua carne abstineatur.



14 Vet. Dalec. hæc in scopulis marinis sugentia.—15 Chiffi. alii seriphum.—16 Taphosirin al. ap. Dalec.—17 Chiffi. albo.—18 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ejus dr. Ileon et i. castoreum Vet. Dalec. castoreum edd. vett. et Gronov.—19 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aceto vini Vet. Dalec. aceto vino edd. vett. et Gronov. Mox, Erythrini al. ap. Dalec.—20 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fel sive cor Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

<sup>w</sup> Nascitur et in mari] Hæc jam delibata superius xxvii. 29.

<sup>x</sup> Et noxiis] Marcellus Empir. cap. 28. pag. 199.

<sup>y</sup> Solvunt et sepiæ] Inter ea quæ alvum movent, sepiarum atramentum Celsus annumerat ii. 29.

<sup>z</sup> Mænæ salsæ] Plinius Valer. ii. 23.

<sup>a</sup> Jus piscium] Totidem verbis Marcellus Empir. cap. 39. pag. 203, et Plinius Valer. ii. 24.

<sup>b</sup> Cancri fluviatiles] Plinius Valer.

ii. 27.

<sup>c</sup> In vino alvum] Sic omnes editi, cum Colb. 3. At Reg. 2. et Chiffi. in vino albo.

<sup>d</sup> Adentis brachiis] Simpliciore via Marcellus Empir. cap. 26. pag. 177. 'Cancri testam,' inquit, 'diligenter teres, et vino subdulci misceris, et colatam potionem dabis bibendam ei qui calculi molestia laborabit.'

<sup>e</sup> Cum anetho ex vino] Vide Notas et Emend. num. 21.

XXXII. Lieni medetur<sup>f</sup> solea piscis impositus: item torpedo: item rhombus vivus: dein remittitur in mare. Scorpio<sup>g</sup> marinus<sup>g</sup> necatus in vino vesicæ vitia et calculos sanat. Lapis,<sup>h</sup> qui invenitur in scorpionis marini cauda,<sup>2</sup> pondere oboli potus: enhydridis jecur: blendiorum<sup>3i</sup> cinis cum ruta. Inveniuntur<sup>j</sup> et in bacchi<sup>4</sup> piscis capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculosis præclare medentur. Aiunt et urticam marinam in vino potam prodesse: item pulmonem marinum decoctum in aqua. Ova sepia<sup>k</sup> urinam movent, renumque pituitas extrahunt. Rupta convulsa<sup>5</sup> cancri fluviatiles triti in asinino lacte maxime sanant: echini vero<sup>l</sup> cum spinis suis contusi in vino poti calculos. Modus<sup>m</sup> singulis hemina: bibitur donec prosit, et alias in cibis ad hoc proficiunt. Purgatur vesica et pectinum cibo.<sup>6</sup> Ex his<sup>n</sup> mares alii donacas, alii aulos vo-

//////////

CAP. XXXII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Scorpius* Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *capite*: sic emend. et Rond.—3 ‘Ita codd. Regg. Editio princeps, et recentt. In mediis edd. *blenniorum*.’ Brotier. *blenniorum* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *banchi* Gronov. et al. vett.—5 Cod. Dalec. *et convulsa*.—6 Rond. *cibo, et solenum*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Lieni medetur*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>g</sup> *Scorpio marinus*] Totidem verbis Plinius Valer. II. 39. et Marcellus Empir. c. 26. p. 181.

<sup>h</sup> *Lapis*] Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>i</sup> *Blendiorum*] Ita Reg. 1. et 2. ac Colb. 3. Et Index hujus loci ex omnium codicum fide, *Blendea*. In editis *blenniorum*. Oppiano lib. I. fol. 108. Βλέννος. Athenæo lib. VII. p. 288. Βέλεννος. Describitur a Rondeletio pisciculus pelagius rarissimusque VII. 9. p. 214.

<sup>j</sup> *Inveniuntur*] Plinius Valer. II. 39. ‘Inveniuntur in brancis (lege ‘bacchi’) piscis capite quasi lapilli, qui poti ex aqua calculosis præclare medentur.’

<sup>k</sup> *Ova sepia*] Marcellus Empir. ad verbum, c. 26. p. 179.

<sup>l</sup> *Echini vero*] Plinius Valer. II. 39. et Marcellus Empir. cap. 26. p. 177.

<sup>m</sup> *Modus*] Hoc est, ut Plinii Valer. paraphrasi utar, ‘singuli ex hemina vini bibuntur.’

<sup>n</sup> *Ex his*] Hoc est, e pectinibus. Pectinum autem vocabulo laxius abutitur, ut solenes quoque eo comprehendat. Nam de solenibus totidem verba facit Diophilus Siphnius Medicus, apud Athenæum lib. III. p. 90. Οἱ δὲ σωλήνες μὲν πρὸς τινων καλούμενοι, πρὸς τινων δὲ καὶ ἀλλοῖ, καὶ δόνακες, καὶ ὄνυχες, πολύχυλοι, καὶ ἀκόχυλοι, κολλώδεις. Καὶ οἱ μὲν ἄρρητες αὐτῶν βαβδωτοὶ εἰσι, καὶ οὐ μονοχρώματοι· εἰς δὲ τοῖς λιθιώσι καὶ ἕλλοις δυσ-



cant: fœminas onychas. Urinam mares movent. Dulciores fœminæ sunt et unicolores. Sepiæ quoque<sup>o</sup> ova urinam movent, renes purgant.

XXXIII. Enterocelicis<sup>r</sup> lepus illinitur tritus cum melle. Jecur quoque aquaticæ colubræ,<sup>2p</sup> item hydri<sup>q</sup> tritum potumque, calculosis prodest. Ischiadicis<sup>r</sup> autem liberant salsamenta ex siluro infusa clystere, evacuata prius alvo. Sedis attritus<sup>s</sup> cinis e capite mugilum mullorumque: comburuntur autem in fictili vase: illini cum melle debent. Item capitis mænarum cinis et ad<sup>3</sup> rhagadas et ad condylomata utilis: sicut pelamidum salsarum capitem cinis, vel cybiorum cum melle. Torpedo apposita procidentis<sup>a</sup> interanei morbum ibi<sup>4</sup> coërcet. Cancrorum fluviatilium cinis ex olea<sup>5</sup> et cera rimas in eadem parte emendat: item et marini cancri polline.<sup>6</sup>

XXXIV. Panos salsamenta coracini discutunt: sciænæ interanea et squamæ combustæ: scorpio in vino decoctus,

<sup>a</sup> Procidentis sedis.

//////////

CAP. XXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Enterocelis* Vet. Dalec. et cod. ejusdem; *Enterocelicis* Chiff. *Enterocelæ* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aquatici colubri* Gronov. et al. vett. *Mox, sive enhydri* Vet. Dalec.—3 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cinis ad* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *subito*; al. vett. *cito*.—5 Chiff. *Camporum fl. c. ex oleo*.—6 Al. *pollen*.

#### NOTÆ

ουροῦσιν ἐῤθετοῖ οἱ δὲ θήλεις μονοχρῶματοί τε εἰσὶ, καὶ γλυκύτεροι. Quos nonnulli solenas vocant, quidam aulos, donacas, onychas, succi multum suppeditant, sed pravi, et glutinosi. Ex his mares, virgati, colorisque cærulei, calculosis et ægre meientibus opitulantur: fœminæ vero unicolores sunt ac dulciores. Δόνακες porro appellantur a figura cavæ arundinis: αἰλλοί, a tubæ similitudine: ὄνυχες ab unguis colore, quam ob rem et δάκτυλοι, hoc est, digiti, cognominati inferius c. 53.

<sup>o</sup> *Sepiæ quoque*] Hanc clausulam vix Plinianam puto, cum proxime ante idem diserte efferatur, 'Ova sepiæ urinam movent, renunque pitui-

tas extrahunt.'

<sup>p</sup> *Jecur quoque aquaticæ colubræ*] Hoc est, enhydridis, de qua c. 19. et 26.

<sup>q</sup> *Item hydri*] Ita Reg. 2. ceterique Mss. Anguini genus id est, quod in terra et in aqua vivit, ut dictum est XXI. 22.

<sup>r</sup> *Ischiadicis*] Simile est quod allatum supra c. 30. 'Ischiadicorum dolores lenit muria siluri clystere infusa.'

<sup>s</sup> *Sedis attritus*] Marcellus Empir. c. 31. p. 222. etiam carnes horum decoctas, cum melle subactas et impositas, prodesse scribit.

ita ut foveantur ex illo. At echinorum testæ<sup>a</sup> contusæ et ex aqua illitæ incipientibus panis resistunt. Muricum vel<sup>b</sup> purpurarum cinis utroque modo, sive discutere opus sit incipientes, sive concoctos emittere. Quidam ita componunt<sup>c</sup> medicamentum: ceræ et thuris drachmas xx. spumæ argenti xl. cineris muricum x: olei veteris heminam.<sup>f</sup> Prosunt per se<sup>d</sup> salsamenta cocta. Cancri fluviatiles triti verendorum pusulas<sup>2</sup> discutunt: cinis ex capite<sup>e</sup> mænarum: item carnes decoctæ et impositæ. Similiter perceræ salsæ e capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis, aut squatinæ piscis cutis combusta. Hæc est, qua diximus<sup>f</sup> lignum poliri: quia et e mari fabriles usus exeunt.<sup>b</sup> Prosunt et smarides illitæ: item muricum vel purpurarum testæ cinis cum melle: efficacius<sup>g</sup> crematarum cum carnibus suis. Carbunculos<sup>h</sup> verendorum privatim salsamenta cocta cum melle restinguunt. At testem,<sup>i</sup> si descenderit, cochlearum spuma illini volunt.

xxxv. Urinæ incontinentiam<sup>j</sup> hippocampi tosti et in

<sup>b</sup> Quæ ad fabrorum usus pertinent.

//////////

CAP. XXXIV. 1 Vet. Dalec. et cod. ejusdem: drachmæ, &c. hemina.—  
2 Gronov. et al. vett. pustulas.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> At echinorum testæ] Plinius Valer. III. 27.

<sup>b</sup> Muricum vel] Totidem verbis Marcellus Empir. c. 32. p. 225. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>c</sup> Quidam ita componunt] Hæc syllabis plane totidem Plinius Valer. III. 17. Hoc medicamentum Græci διὰ ὀσπράκων vocant.

<sup>d</sup> Prosunt per se] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>e</sup> Cinis ex capite] Diosc. II. 31. Κατῆς μαινίδος δὲ κεφαλῆ καεῖσα λεία τὰς ἐν δακτυλίῳ τετυλωμένας βραγάδας καταπασθεῖσα ἀφρίστησι. Μᾶνα quoque caput ustum tritumque si inspergatur, sedis thugadas emendat. Galenus similiter de Facult. Simp. Med. XI. I. p.

302.

<sup>f</sup> Hæc est, qua diximus] Lib. IX. c. 14. 'Aspera cute integuntur, ut squatina, qua lignum et ebora poliuntur.'

<sup>g</sup> Item muricum . . . efficacius] Hæc Plinius Valer. ad verbum II. 41. et Marcellus Empir. cap. 33. p. 230.

<sup>h</sup> Carbunculos] Marcellus Empir. et Plinius Valer. locis cit.

<sup>i</sup> At testem] Plinius Valer. II. 42. Noster ipse superius XXX. 22. 'Si decidat testinum alter, spumam cochlearum illitam remedio esse tradunt.'

<sup>j</sup> Urinæ incontinentiam] Sic Mss. omnes, sic ipse Plinius XXX. 22. ubi eadem genera morborum ordine persequitur: seminis incontinentiam, quam Rondeletius hic obtrudit XIV.

cibo sæpius sumti emendant. Item ophidion<sup>k</sup> pisciculus congro similis cum lilii radice.<sup>1</sup> Pisciculi minuti, ex ventre ejus<sup>c</sup> qui devoraverit exenti, et cremati, ita ut cinis eorum bibatur ex aqua. Jubent et cochleas<sup>1</sup> Africanas cum sua carne comburi, cineremque ex vino Signino dari.

XXXVI. Podagris<sup>m</sup> articularisque morbis utile est oleum, in quo decocta sint ranarum intestina:<sup>1</sup> et rubetæ cinis cum adipe veteri. Quidam et hordei cinerem adjiciunt, trium rerum<sup>2</sup> æquo pondere. Jubent et lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoque pellibus calceari, maxime Pontici fibri. Item vituli marini:<sup>n</sup> cujus et adeps<sup>3</sup> prodest. Nec non<sup>4</sup> et bryon, de quo diximus,<sup>o</sup> lactucæ simile, rugosioribus foliis, sine caule. Natura est

*Ex ventre piscis alterius.*

//////////

CAP. XXXV. 1 Rondel. cum radice rutæ.

CAP. XXXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *articularibusque . . . decocta est rana et ipsius intestina* Gronov. et vulgg. *decocta, sunt ranarum intestina* codd. Dalec. et Chiff. — 2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Hardui. 1. 2. 3. et recentt. *trium generum* Gronov. et vulgg. — 3 Cod. Dalec. *marini cinis et adeps.* — 4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Har-

#### NOTE

2. inter illa non recensuit.

<sup>k</sup> *Item ophidion*] 'Οφίδιον, quasi *parum serpentem* dicas, diminuto nomine ab 'Οφίς. Mōnspeleisibus *Donzella* dicitur, ut auctor est Rondeletius XIV. 2.

<sup>1</sup> *Jubent et cochleas*] Verbum verbo transcripsit Plinius Valer. II. 40. Quin et ipse noster XXX. 22. 'Sicut ad urinæ incontinentiam . . . cochleas Africanas cum sua carne et testa crematas, potō cinere.'

<sup>m</sup> *Podagris*] Marcellus Empir. c. 36. p. 246. 'Utiliter in dolore perunguntur pedes oleo in quo decocta sint intestina ranarum. Ranæ quoque rubetæ cūstæ cinis,' &c. Totidem verbis et Plinius Valer. III. 14.

<sup>n</sup> *Item vituli marini*] Ita Mss. omnes. Subintellige, pellibus calceari, vel ut Mss. habent, *calciari*. Mar-

cellus Empir. c. 36. p. 246. 'Vituli marini . . . pelle facta calcementa si quis in quotidiano usu habuerit, efficaciter podagræ morbo carebit.' Plinius Valer. III. 14. 'Podagræ depellendæ:' 'Adipe vituli marini,' inquit, 'pedes perunguntur: cujus et pellibus calceari convenit.' Galenus item lib. III. Εὐπορ. p. 663. Πρὸς ποδαλγίαν. Φώκης δέρμα, ἢ λέοντος, ἢ λύκου, ἢ ἀλώπεκος, εἰάν τις ἐργάζηται, καὶ φορῆ ὑποδήματα, οὐκ ἀλγήσει τοὺς πόδας.

<sup>o</sup> *De quo diximus*] Lib. XXXVII. c. 33. 'Bryon marinum herba sine dubitatione est, lactucæ foliis similis . . . Præcipua siccandi ei spissandique vis, et collectiones omnes inflammationesque cohibendi, præcipue podagræ,' &c.

ei styptica. Impositumque lenit impetus podagræ. Item alga, de qua<sup>p</sup> ipsa<sup>s</sup> dictum est, observaturque in ea, ne arida imponatur. Perniones<sup>q</sup> emendat pulmo marinus, cancrique marini<sup>r</sup> cinis ex oleo, item fluviatiles triti, sicque cinere et oleo subacti: et siluri adeps. Et in articulis<sup>6s</sup> morborum impetus sedant ranæ subinde recentes impositæ: quidam<sup>7</sup> dissectas jubent imponi. Corpus auget jus mitulorum, et concharum.<sup>8</sup>

XXXVII. Comitiales, ut diximus,<sup>a</sup> coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino, asininove,<sup>1</sup> aut cum Punici succo quidam, ex aceto mulso. Nec non aliqui per se pilulas devorant. Castoreum<sup>b</sup> in aceti mulsi cyathis tribus jejunis datur. His vero, qui sæpius corripiuntur, clystere infusum mirifice prodest. Castorei drachmæ<sup>c</sup> duæ esse debent, mellis et olei sextarius, et aquæ tantundem. Ad præsens vero correptis olfactu subvenit cum aceto.<sup>2</sup> Datur et mustelæ<sup>d</sup> marinæ jecur, item muris: vel testudinum sanguis.<sup>3e</sup>

//////////

duin. 1. 2. 3. et recentt. Item Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Cliffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Impositum lenit . . . de qua supra Gronov. et al. vett.*—6 *In articulos Vet. Dalec. In articulis cod. Dalec.*—7 Ita codd. Harduini et Cliffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quas quidam Gronov. et vulgg.*—8 *Vet. Dalec. Morbos abigit, &c. concharum comitiales ut diximus.*

CAP. XXXVII. 1 Cliffl. *asinove*.—2 Hæc, *cum aceto*, desunt in cod. Dalec.—3 Cliffl. *muris testudinisve sanguis*.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Item alga, de qua*] Lib. xxvi. c. 66. et hujus libri c. 22.

<sup>q</sup> *Perniones*] Plinius Valer. ii. 49. et Diosc. ii. 39.

<sup>r</sup> *Cancricque marini*] Marcellus Empir. c. 34. p. 232. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>s</sup> *Et in articulis*] Ad verbum hæc Marcellus Empir. c. 34. p. 236.

<sup>a</sup> *Comitiales, ut diximus*] Lib. viii. c. 49. Sic Plinius Valer. ii. 58. et Diosc. ii. 85. Cælius Aurel. Chron. i. 4. de epilepsia: 'Dant etiam bibendum lac asininum, cum sale, vel

sanguine testudinis marinæ, aut vituli marini: et non solum sanguinem, verum etiam coagula quæ lacti miscentur.' Hæc vero ipse deinde medicamenta damnat.

<sup>b</sup> *Castoreum*] Plinius Valer. ad verbum, loc. cit.

<sup>c</sup> *Castorei drachmæ*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>d</sup> *Datur et mustelæ*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>e</sup> *Vel testudinum sanguis*] Cælius Aurel. loco proxime allato. Scribon. Largus Compos. 16.

XXXVIII. (X.) Februm circuitus<sup>f</sup> tollit jecur delphini gustatum ante accessiones. Hippocampi necantur in rosco, ut perungantur ægri in frigidis febribus.<sup>g</sup> Et ipsi adalligantur<sup>h</sup> ægris. Item ex asello<sup>h</sup> pisce lapilli, qui plena Luna inveniuntur in capite, alligantur in liuteolo. Pagri fluviatilis longissimus dens capillo<sup>2</sup> adalligatus, ita ut quinque diebus eum, qui alligaverit, non cernat æger: ranæ in trivio<sup>i</sup> decoctæ<sup>3</sup> oleo abjectis carnibus perunctos liberant quartanis. Sunt qui strangulatas in oleo ipsas clam adalligent, oleoque eo perungant. Cor earum adalligatum frigora februm minuit: et oleum, in quo<sup>j</sup> intestina decocta sint. Maxime autem<sup>k</sup> quartanis liberant, ablatis unguibus ranæ adalligatæ, et rubetæ.<sup>4</sup> Jecur ejus<sup>l</sup> vel cor adalligatur in panno leucophæo. Cancri fluviatiles<sup>m</sup> triti in oleo et aqua perunctis ante accessiones in febribus prosunt. Aliqui et piper addunt. Alii decoctos ad quartas in vino e balneo egressis bibere suadent in quartanis. Aliqui vero sinistrum oculum devorari jubent. Magi quoque oculis eorum<sup>n</sup> ante Solis ortum adalligatis ægro, ita

CAP. XXXVIII. 1 Ita cod. Reg. Brot. 3. Editio princeps, Gronov. et al. vet. *alligantur* codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *dens longissimo capillo*.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ranæ vero ex trivio decoctæ* Vet. Dalec. *ranæ vero in t. decoctæ* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec.

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Februm circuitus*] Plinius Valer. 111. 3.

<sup>g</sup> *In frigidis febribus*] Quæ cum extremarum corporis partium refrigeratione veniunt.

<sup>h</sup> *Item ex asello*] Ad verbum Plinius Valer. 111. 3. molari figura in aselli capite lapides reperiri scribit Ælianus Hist. Anim. vi. 30.

<sup>i</sup> *Ranæ in trivio*] Sic Mss. omnes, non *ex trivio*. Sic etiam Plinius Valer. 111. 6. et Q. Serenus c. 50. de quartana febrî, p. 157. 'Sed prius est oleo partus ferverescere ranæ In triviis, illoque artus perducere succo.'

<sup>j</sup> *Et oleum, in quo*] Q. Serenus c. 10. 'de humoribus (lege, 'de humoribus,') et perfrictionibus medendis,' p. 130. 'Sæpe ita pervadit vis frigoris, ac tenet artus, Ut vix quesito medicamine pulsa recedat: Si ranam ex oleo decoxeris, abjice carnem, Membra fove.'

<sup>k</sup> *Maxime autem*] Plinius Valer. 111. 6. ad verbum.

<sup>l</sup> *Jecur ejus*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>m</sup> *Cancri fluviatiles*] Ad verbum Plinius Valer. 111. 3.

<sup>n</sup> *Magi quoque oculis eorum*] Sic Reg. 2. et alii Mss. non *earum*, ut edi-

ut cæcos<sup>5</sup> dimittant in aquam, tertianas abigi promittunt. Eisdem oculos cum carnibus<sup>6</sup> lusciniæ<sup>9</sup> in pelle cervina adalligatos præstare vigiliam somno fugato tradunt. In lethargum<sup>7</sup> vergentibus coagulo balænæ aut vituli marini ad olfactum utuntur. Alii<sup>8</sup> sanguinem testudinum lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur et spondylus percæ<sup>9P</sup> adalligatus: quartanis cochleæ fluviatiles in cibo recentes. Quidam ob id asservant sale, ut dent tritas in potu.

XXXIX. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odore. Prosunt et cardiacis. Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea utilia sunt<sup>1</sup> cum ruta ac melle. Hydropicis<sup>9</sup> medetur adeps delphini liquatus, cum vino potus. Gravitati saporis<sup>7</sup> occurritur tactis<sup>2</sup> naribus unguento, aut odoribus, vel quoquo modo obturatis. Strombi quoque carnes tritæ, et in mulsi tribus heminis pari modo aquæ, aut, si febres sint, ex aqua mulsa datæ profi-



*rubeta*.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *oculis earum . . . ut cæcas* edd. vett. et Gronov.—6 Chiffi. *carnalibus*.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *In lethargumque* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Aliqui* Gronov. et vulgg.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *spondylus per se* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXIX. 1 'Ita codd. Harduini, Reg. 3. Chiffi. et edd. recentt. In cod. Reg. 2. et Editione principe, *et ea utilia sunt*: quod forte melius. *Tethea* enim, de qua dictum est supra cap. 30. est femini generis.' Brotier. *tethea utiles sunt* Gronov. et al. vett. *tethya utilia sunt* al. ap. Dalec.—2 Vet.

#### NOTÆ

ti: et mox *cacos*, non *cacas*: ad caneros enim fluviatiles ea pertinent. Plinius Valer. III. 5. 'Tertianæ curandæ: 'Caneri fluvialis,' inquit, 'oculi eruti alligantur, et ipse cancer in aquam remittitur.'

<sup>9</sup> *Cum carnibus lusciniæ*] Ælianus Hist. Anim. I. 43. de lusciniâ: *Λέγουσι δὲ καὶ τὰ κρέα αὐτῆς εἰς ἀγρυπρίαν λυσίτελεῖν, ejus etiam carnes vigiliam foreve aiunt.*

<sup>P</sup> *Et spondylus percæ*] Σπόδυλος sine σφόνδυλος vertebra est spinæ dorsalis, ut omnes norunt. In libris hæcenus editis *per se*, inepte, pro *percæ*,

ut in Reg. 2. cod. Colb. 3. et in eo quem Pintianus vidit.


<sup>9</sup> *Hydropicis*] Plinius Valer. III. 12. 'de hydropisi: 'Adeps delphini,' inquit, 'ex vino bibitur: propter graveolentiam naribus obturatis, aut unguento optimo tactis.'

<sup>7</sup> *Gravitati saporis*] Monct Dalecampius, in quodam Ms. codice legi *saporis*: perinde quasi sit de lethargo sermo: quod quam ineptum sit, tum ex Plinii Valeriani verbis proxime allatis palam est: tum quod quæ sequuntur remedia ad hydropicos adhuc spectant.

ciunt. Item succus cancerorum fluviatilium cum melle. Ranæ quoque aquaticæ in vino vetere et farre<sup>3</sup> decoctæ, ac pro cibo sumtæ, ita ut bibatur ex eodem vase. Vel testudo<sup>5</sup> decisis pedibus, capite, cauda, et intestinis exemptis, reliqua carne ita condita, ut citra fastidium sumi possit. Cancri fluviatiles<sup>4</sup> ex jure sumti et phthisicis prodesse traduntur.

XL. Adusta sanantur<sup>a</sup> cancri marini vel fluviatilis cinere; et quæ ferventi aqua<sup>1</sup> combusta sunt. Hæc curatio etiam pilos restituit cum ranarum fluviatilium cinere.<sup>2</sup> Putantque utendum cum cera et adipe ursino. Prodest<sup>b</sup> et fibrinarum pellium cinis.<sup>3</sup> Ignes sacros restinguunt ranarum viventium ventres impositi: pedibus posterioribus pronas adalligari<sup>4</sup> jubent, ut crebriore anhelitu prosint. Utuntur et silurorum capitum cinere, salsamentorum<sup>5</sup> ex aceto. Pruritus scabiemque<sup>c</sup> non hominum modo, sed et quadrupedum efficacissime sedat jecur pastinacæ decoctum in oleo.

XLI. Nervos vel præcisos purpurarum callum,<sup>d</sup> quo se



Dalec. odoris occurritur farctis; cod. Dalec. soporis o. tactis.—3 Vet. Dalec. cum farre.

<sup>1</sup> CAP. XL. 1 Ita cod. Reg. Brot. 2. et ea quæ f. aqua al. ante Brotier.—2 Vet. Dalec. cancr. flu. cinere putant etiam utendum cera; Gronov. et al. vett. cancerorum fluviatilium.—3 Gronov. et al. ante Harduin. Prodest et febri ranarum fellis cinis.—4 Chiffi. adalligare.—5 Vet. Dalec. et salsamentorum. Vox salsamentorum deest in cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Vel testudo] Plinius Valer. loc. cit. totidem verbis.

<sup>4</sup> Cancri fluviatiles] Plinius Valer. loc. cit. hydropicis pariter auxiliari scribit: phthisicis Aëtius II. 174. p. 76.

<sup>a</sup> Adusta sanantur] Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>b</sup> Prodest] Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>c</sup> Pruritus scabiemque] Plinius Valer. III. 39.

<sup>d</sup> Purpurarum callum] Operculum

sive integumentum vocat Arist. Hist. Anim. lib. v. ἐπικάλυμμα. Sub illo operculo exerta lingua pasci purpuræ solent. Carni hæret, ut unguis noster, duriusculum, nec tam siccum tamen quam testa, neque humidum, quale cochlearum est, quod ex glutinoso humore sive ex muco suo sibi ipsæ conficiant. Pictum vide apud Rondelet. de Testac. II. 2. p. 64. A Diosc. II. 10. ὄνυξ et πῶμα vocatur, ut dicemus inferius c. 46.

operiunt,<sup>1</sup> tusum glutinat. Tetanicos<sup>e</sup> coagulum<sup>2</sup> vituli adjuvat in vino potum oboli pondere: item ichthyocolla. Tremulos castoreum,<sup>3 f</sup> si ex oleo perungantur. Mullos in cibo inutiles nervis<sup>g</sup> invenio.

XLII. Sanguinem fieri<sup>h</sup> piscium cibo putant, sisti polyppo<sup>i</sup> tuso illitoque. De quo et hæc traduntur: muriam ipsum ex sese emittere, et ideo non<sup>2</sup> debere addi in coquendo: secari arundine: ferro enim infici, vitiumque trahere natura desinente.<sup>a 3</sup> Ad sanguinem sistendum et ranarum illinunt cinerem, vel sanguinem arefactum.<sup>4</sup> Quidam ex ea rana, quam Græci calamiten vocant, quoniam inter arundines frutesque vivat, minima omnium et viridissima, sanguinem cineremve fieri<sup>5</sup> jubent. Aliqui et nascentium ranarum in aqua, quibus adhuc cauda<sup>j</sup> est, in calyce novo combustarum cinerem, si per nares fluat, injiciendum.<sup>6</sup> Diversus hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est. Quippe eadem ratio earum, quæ

<sup>a</sup> Bonitate succi vel sic degenerante in cibus.



CAP. XLI. 1 Vet. Dalec. *id quo purpuræ earum suum operiunt*. Legit et *cazum* Herm. Barb.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tethanicos castoreum* Chiffli. *Lethargicos coagulum* Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Tremulos jurat castoreum* Gronov. et al. vetl.

CAP. XLII. 1 Vet. Dalec. *cieri*.—2 Vet. Dalec. *et ideo salem non*.—3 Vet. Dalec. *deferente*; Dalecampius vero legit, *retinente*.—4 <sup>6</sup> Ita bene codd. Regg. Male Editio princeps, *sanguine inarefactum*; unde in recentioribus emendatum, *sanguinem inarefactum*.<sup>7</sup> Brotier. *sanguinem arefactum* etiam cod. Dalec.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *viridissima cinerem fieri* Gro-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Tetanicos*] Vide Notas et Emend. 26.

<sup>f</sup> *Tremulos castoreum*] Subintellige, adjuvat, ex antecedente sententia. Sic etiam Marcellus Empir. cap. 35. pag. 237.

<sup>g</sup> *Mullos . . . inutiles nervis*] Quare et aciem oculorum eo cibo hebetari tradunt, ut ait ipse c. 24. Epilepticis olim interdicebant mullorum esu, teste Hippocrate de Morbo Sacro, text. 2. pag. 325.

<sup>h</sup> *Sanguinem fieri*] Sic Mss. omnes, non *cieri*; etsi sequitur proxime *sisti*. Sanguinem fieri, gigni eo cibo significat, vimque hanc ei alimento inesse: ut proxime ante mullorum hanc dotem notavit, ut sint in cibo nervis inutiles.

<sup>i</sup> *Sisti polyppo*] Plinius Valer. III. 21.

<sup>j</sup> *Quibus adhuc cauda*] Quiddam e limo matrumve utero adherescens, quod instar caudæ sit.



cucurbitarum<sup>7k</sup> medicinalium, ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda, judicatur. Sed vitium, quod admissæ semel desiderium faciunt circa eadem tempora anni semper ejusdem medicinæ. Multi podagris<sup>1</sup> quoque admittendas censuere. Decidunt satiatae,<sup>8m</sup> et pondere ipso sanguinis detractæ, aut sale aspersæ. Aliquando tamen affixa relinquunt capita, quæ causa vulnora insanabilia facit, et multos interimit, sicut Messalinum<sup>u</sup> e consularibus patriciis, cum ad genu<sup>9o</sup> admisisset. Invehunt virus<sup>10</sup> remedio verso:<sup>b</sup> maximeque rufæ ita formidantur. Ergo sugentium ora<sup>11p</sup> forficibus præcidunt: ac veluti siphonibus<sup>q</sup> defluit sanguis: paulatimque morientium capita se contrahunt, nec relinquuntur. Natura earum<sup>r</sup> adversatur cimicibus, et suffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis narium profluvia sistit, succo porri mollitus.

<sup>b</sup> *Remedium, quod afferebant, vertitur sic in venenum.*

\*\*\*\*\*

nov. et vulgg.—6 Chiff. *imperficiendum*.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *curatio earum, quæ cucurbitularem* Vet. Dalec. et Chiff. *ratio earum, quæ cucurbitarum* Gronov. et vulgg. Mox, *spiramenta* Vet. Dalec.—8 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicens.' Brotier. Ita quoque Vet. Dalec. *satiata* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 Ita codd. Reg. Brot. 3. Dalec. et Editio princeps. *ad genua* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 Vet. Dalec. *et virus*.—11 'In cod. Dalec. *sugentium inferiora*. Sine auctoritate recentiores editiones, *sugentia ora*.' Brotier. *sugentium corpora* Vet. Dalec. et mox in eodem, *ac velut*.

#### NOTE

<sup>k</sup> *Cucurbitarum*] Quas Celsus II. 11. ut Plinius, cucurbitulas; cucurbitas, et cucurbitas ventosas, et ventosas simpliciter, nulloque adjuncto, Theodorus Priscianus appellat II. 1. 5. et alibi. Galli, *des Ventouses*.

<sup>1</sup> *Multi podagris*] Ita Q. Serenus c. 43. de podagra depellenda, p. 153.

<sup>m</sup> *Decidunt satiata*] Reg. 2. *satiata*, sincerius, a recto *satiat*: Terentio, Lucretio, Livio, ceterisque probis auctoribus vox admodum familiaris.

<sup>n</sup> *Sicut Messalinum*] De quo Plinius

x. 27. et nos ibi cum eo.

<sup>o</sup> *Cum ul genu*] Reg. 2. *ad genuum*.

<sup>p</sup> *Ergo sugentium [sugentiu] ora*] Monet Dalecampius ex vetere vel typo vel manuscripto legi commode posse, *Ergo sugentium inferiora*, hoc est, partes inferiores: quam scripturam secutus est Latius in edit. Elzevir. Ita sane legi, si Ms. ullus faveat, admodum probarim.

<sup>q</sup> *Siphonibus*] Fistulis, quales sunt e quibus emicant salientes aquæ.

<sup>r</sup> *Natura earum*] Vide quæ dicta sunt xxx. 17.

XLIII. Extrahunt tela<sup>s</sup> corpori inhærentia sepiarum testæ ex aqua, salsamentorum carnes, cancri fluviatiles<sup>t</sup> triti, siluri fluviatilis,<sup>u</sup> qui et alibi quam in Nilo<sup>v</sup> nascitur, carnes impositæ recentes sive salsæ. Ejusdem cinis extrahit, et adeps: et<sup>r</sup> cinis spinæ ejus vicem spodii præhet.

XLIV. Ulcera<sup>a</sup> quæ serpunt, et quæ in his<sup>r</sup> excrescunt, ex capite mænarum cinis, vel siluri coëcet. Carcinomata percarum capita salsarum: efficacius si cineri earum misceatur<sup>2</sup> sal, et cunila capitata,<sup>b</sup> oleoque subigantur. Cancrini cinis usti cum plumbo carcinomata compescit. Ad hoc et fluviatilis<sup>c</sup> sufficit cum melle, lineaque<sup>3</sup> lanugine.<sup>d</sup> Aliqui malunt alumen melque miscere cineri. Phagedænæ siluro inveterato, et cum sandaraca trito: cacoëthe,<sup>e</sup> et nomæ, et putrescentia cybio vetere sanantur. Vermes<sup>f</sup> innati<sup>4</sup> ranarum felle tolluntur: fistulæ aperiuntur, siccanturque salsamentis cum linteolo immissis. Intraque alterum<sup>g</sup> diem

CAP. XLIII. 1 Conjunctio et deest in Vet. Dalec.  
CAP. XLIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et quæ ex iis edd. vet. et Gronov.—2 Vet. Dalec. *misceantur*.—3 Idem Vet. *linique*.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1.

## NOTÆ

<sup>s</sup> *Extrahunt tela*] Marcellus Empir. c. 34. p. 233. et Plinius Valer. 111. 49.

<sup>t</sup> *Cancrini fluviatiles*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>u</sup> *Siluri fluviatilis*] Dioscor. 11. 29. de siluro: Καταπλασθεΐσα δὲ ἡ σὰρξ τοῦ παριχηροῦ σκόλοπας ἀνάγει.

<sup>v</sup> *Quam in Nilo*] Nam in Nilo nasci dictum est 1x. 17. Etiam et in Danubio diximus in Notis et Emendationibus ad librum nonum, num. 23.

<sup>a</sup> *Ulcerata*] Totidem plane syllabis Plinius Valer. 111. 22.

<sup>b</sup> *Et cunila capitata*] Sativa, ut quidem reor, quæ et saturcia dicta: a nonnullis, ob similitudinem, thymbra: ob cacuminis fragrantiam, capitata, a

Q. Sereno cap. de splene curando, thymbra κεφαλωτή: ‘Ac thymbra: speciem quam commemorant cephaloten,’ &c.

<sup>c</sup> *Ad hoc et fluviatilis*] Diosc. 11. 12.

<sup>d</sup> *Lineaque lanugine*] Sic eleganter linamentum appellat, seu tomentum lineum, quod vulneribus imponitur, *Charpie*.

<sup>e</sup> *Cacoëthe*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. 111. 22.

<sup>f</sup> *Vermes*] Plinius Valer. ad verbum loc. cit. De vermibus hæc accipienda, qui ulceribus innascuntur.

<sup>g</sup> *Intraque alterum*] Plinius Valer. loc. cit.

callum omnem auferunt, et putrescentia ulcerum,<sup>5</sup> quæque serpunt, emplastri modo subacta et illita. Et alex purgat ulcera<sup>6h</sup> in linteolis conceptis.<sup>i</sup> Item echinorum<sup>j</sup> testæ cinis. Carbunculos coraciorum salsamenta illita discutunt. Item mullorum salsamenti<sup>k</sup> cinis. Quidam capite tantum utuntur cum melle, vel coraciorum carne. Muri- cum cinis cum oleo tumorem tollit: cicatrices, fel<sup>l</sup> scorpionis marini.

XLV. Verrucas tollit glani jecur<sup>m</sup> illitum: capitis mænarum cinis cum allio<sup>n</sup> tritus: ad thymia crudis<sup>o</sup> utuntur: fel scorpionis marini rufi:<sup>p</sup> smarides tritæ<sup>q</sup> illitæ. Alex

2. 3. et recentt. *Vermes vero innati* Gronov. et vulgg.—5 *Vet. Dalec. Intra alt. &c. omnem ea auferunt, et putr. hulcerum sanant.*—6 *Et salpe expurgat hulcera* Gronov. et al. vett. *Et Salpa* Vet. Dalec. Obstetricem mulierem Rondel. intelligit, non piscem.

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Et alex purgat ulcera*] De alece. diximus xxxi. 44. Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>i</sup> *In linteolis conceptis*] Concepta linteola, ut alibi diximus, Carpiam sequior ætas appellavit: nostri deinde *Charpie*, quæ vox Chirurgis nota: nam vulneribus inditur. Græcis Medicis *μοτὸς* est, vel *πιλτὸς μοτὸς*.

<sup>j</sup> *Item echinorum*] Diosc. II. 1. de echini marini testa: *Κεκανμένον δὲ καθαίρει τὰ ῥυπαρὰ ἔλκη, καὶ καταστέλλει τὰ ὑπέρσαρκούντα. Cremata testa, seu testæ cinis, ulcera sordida expurgat, eaque reprimit quæ in ulceribus ipsis excrescunt.*

<sup>k</sup> *Item mullorum salsamenti*] Theod. Priscianus IV. 18. 'de carbunculis:' 'Mollium salsamentorum combustorum cinis adhibitus juvat.'

<sup>l</sup> *Cicatrices, fel*] Plinius Valer. III. 46.

<sup>m</sup> *Verrucas tollit glani jecur*] Qui et glanis dicitur IX. 67.

<sup>n</sup> *Capitis mænarum . . . cum allio*] Sic libri omnes editi, et Reg. 2. Colb. 3. aliique. In Chiffi. *cum oleo*: et

*Delph. et Var. Clas.*

Plinius Valer. III. 42. 'Ad verrucas, clavos, et callos:' 'Capitum mænarum cinere cum oleo trito.' Alii codd. *cum allio*.

<sup>o</sup> *Ad thymia crudis*] Mænis videlicet. Ita Mss. omnes. Miror Rondelium v. 13. hæsisse in re tam perspicua, confessumque quid esset hic *crudis* se non videre; *ad thymia sedis* legi fore satius; quoniam Diosc. II. 31. ad callosas sedis rhagadas mænarum capitis cinerem inspergi jubet. Sed longe a rhagadibus seu fissuris ani discrepant thymia, sive thymi, hoc est, verrucæ, fabæ magnitudine, quæ a colore thymi nomen habent. De vitii sedis nihil hic auctor voluit.

<sup>p</sup> *Fel scorpionis . . . rufi*] Hicesius apud Athen. lib. VII. p. 320. scorpionum duplex statuit genus: pelagium alterum, alterum in cænosis aquis degentem: et hunc nigricantem, illum vero rufum: καὶ ὁ μὲν πελάγιος πυρρὸς, ὁ δὲ ἕτερος μελανίζων.

<sup>q</sup> *Smarides tritæ*] Dioscor. II. 50. *Σμαρίδος ταριχηρᾶς ἢ κεφαλῆ καεῖσα*.

Plinius.

12 P

defervefacta unguium scabritiam, cinisque<sup>2</sup> e capite mænarum extenuat.

XLVI. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus e jure sumtus, et smarides cum ptisana sumtæ, vel cum fœniculo decoctæ. Mammæ<sup>a</sup> ipsas muricum vel purpuræ testarum cinis cum melle efficaciter sanat. Cancri fluviatiles illiti, vel marini, pilos in mamma, vel muricum carnes appositæ<sup>7</sup> tollunt. Squatinæ illitæ<sup>b</sup> crescere mammæ non patiuntur. Delphini adipe linamenta<sup>c</sup> accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas. Item strombi<sup>2</sup> in aceto putrefacti. Percarum vel mænarum capitis cinis admixto sale, et cunila, oleoque, vulvæ medetur: suffitione quoque secundas detrahit.<sup>3</sup> Item vituli<sup>d</sup> marini adeps instillatur igni naribus intermortuarum vulvæ vitio: coagulo ejusdem in vellere imponitur. Pulmo marinus alligatus purgat egregie profluvia.<sup>4</sup> Echini viventes tusi et in vino dulci poti. Sistunt et cancri<sup>e</sup> fluviatiles triti in vino potique.

CAP. XLV. 1 Chiff. cum oleo.—2 Gronov. *cujusque*.

CAP. XLVI. 1 Chiff. *impositæ*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Item scombri* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *extrahit* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Pulmonis marini vinis adalligatus egregie profluvia purgat* Gronov. et al. vett. Pro purgat, Vet. Dalec. habet *urget*; al. ap. Dalec. *prohibet*; al. *tardat*. Echini quoque, &c.—

#### NOTÆ

ἔλκη στέλλει ὑπερσαρκούντα, καὶ νομὰς ἴσθησι, καὶ ἤλους, καὶ θύμους ἀναλίσκει. *Smaridis salitæ caput exustum tritumque excrescentes in ulceribus carnes cohibet, nonusque compescit: clavos thymosque absunit.*

<sup>a</sup> *Mammæ*] Mammarum inflationes, de quibus Theod. Priscian. III. 1.

<sup>b</sup> *Squatinæ illitæ*] Sic typi, cum Reg. 2. In Chiff. *squatinæ impositæ*. Rondetetus XII. 21. experimento id se comprobasse ait, tota squatina mammis imposita, earum incrementum esse cohibitum, duriusculasque redditas.

<sup>c</sup> *Linamenta*] Linamentum (vox Celso familiaris) filum est, quod lino

volvendo trahitur: qualia sunt ea ex quibus confici ellyclunia solent.

<sup>d</sup> *Item vituli*] Hippocr. de Morb. Mul. II. 18. p. 547. inter suffocatæ vulvæ remedia, τὰς δὲ ῥίνας, inquit, διαλεῖψαι ἔλαιον φώκης, nares adipe vituli marini illinito. Pintianus in suo cod. legi igniariibus admonet, mendo, ut ex Hippocrate liquet, minime jam obscuro. Hujus coagulum quoque suffitu prodese in uteri strangulatu, scribit Diosc. Ἐν ὄπ. Π. 88.

<sup>e</sup> *Sistunt et cancri*] Ad fluxum pariter muliebrem sistendum vinum Hippocrates præbet, in quo cancri fluviatiles sint antea suffocati, de Nat. Mul. tex. 84. p. 405.

Item siluri suffitu præcipue Africi, faciliores partus fieri<sup>5</sup> dicuntur. Cancri ex aqua poti profluvia sistere: ex hysopo<sup>6</sup> purgare. Et si partus stranguletur,<sup>7</sup> similiter poti auxiliantur. Eisdem recentes vel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates<sup>f</sup> ad purgationes mortuosque partus utitur illis, cum quinis lapathi radicibus, cum ruta et<sup>8</sup> fuligine tritis, et in mulso datis potui. Iidem<sup>9</sup> in jure cocti cum lapatho et apio menstruas purgationes expediunt: lactisque ubertatem faciunt. Item<sup>10</sup> in feбри, quæ fit cum capitis doloribus et oculorum palpitacione, mulieribus in vino austero poti<sup>11</sup> prodesse dicuntur. Castoreum<sup>g</sup> ex mulso potum purgationibus prodest: contraque vulvam olfactum cum aceto et pice,<sup>12</sup> aut subditum pastillis. Ad secundas<sup>h</sup> etiam uti eodem prodest cum panace in quatuor cyathis vini: et a frigore laborantibus<sup>a</sup> ternis obolis. Sed si castoreum<sup>13</sup> fibrumve supergrediatur gravida, abortum facere dicitur, et periclitari partus,<sup>14</sup> i si superferatur.<sup>b</sup> Mirum et quod de torpedine invenio: si capiatur, cum Luna in Libra sit,<sup>15</sup> triduoque asservetur sub dio, faciles partus facere postea, quoties inferetur.<sup>16</sup> Adjuvare et pastinacæ radius adalligatus umbilico existimatur,<sup>17</sup> si viventi ab-

<sup>a</sup> *Gelu torpentibus.*<sup>b</sup> *Si sursum feratur, ac supra caput.*

5 Chiff. *facere*.—6 Vet. Dalec. *æsyro*.—7 Cod. Dalec. *strangulet*.—8 Cod. Dalec. *rutaque et*; Vet. Dalec. *cum ruta et siligine*. Mox, Chiff. *trita et in mulso data*.—9 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Item* Gronov. et al. vett.—10 *Iidem* Vet. Dalec.—11 Chiff. *dato*.—12 Chiff. *aut pice*.—13 *Sed castorem* cod. Dalec.—14 Chiff. *partu*.—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fuert* Gronov. et al. vett.—16 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inferatur* Gronov. et vulgg.—17 Ita codd. Harduini, Chiff. et

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Hippocrates*] Ejus hæc verba, de Morbis Mul. 1. 128. p. 519. Διεκβόλιον, ἣν ἀποθάνη τὸ ἔμβρυον . . . καρκίλους ποταμίους πέντε, καὶ λαπάθου καὶ πηγάνου ρίζαν, καὶ αἰθαλον ἀπὸ τοῦ Ἰππону, πρίψασα ὁμοῦ πάντα, καὶ ἐνώσασα ἐν μελικρήτῳ, ὑπαίθριον θεΐσα, πινέτω νῆστις ἐκ τρίτου. *Cancros fluviatiles quin-*

*que, et lapathi et rutæ radicem, et fuliginem de furno, omnia simul trita, et cum aqua mulsa unita, sub dio per noctem exponat, et jejuna ter bibat.*

<sup>g</sup> *Castoreum*] Diosc. 11. 26.

<sup>h</sup> *Ad secundas*] Diosc. loc. cit. non tamen ita accurate.

<sup>i</sup> *Et periclitari partus*] Mss. *partu*.

latus sit, ipsaque denuo in mare dimissa. Invenio apud quosdam ostracium<sup>j</sup> vocari, quod aliqui onychem vocant: hoc suffitum vulvæ pœnis mire resistere. Odorem esse castorei, meliusque cum eo ustum proficere. Vetera quoque<sup>k</sup> ulcera et cacoëthe ejusdem cinere sanari. Nam carbunculos et carcinomata in mulierum parte<sup>181</sup> præsentissimo remedio sanari tradunt cancro foemina, cum salis flore contuso, post plenam Lunam, et ex aqua illito.

XLVII. Psilothrum est thynni sanguis, fel, jecur, sive recentia, sive servata. Jecur etiam tritum, mixtaque cedria plumbea pyxide asservatum. Ita pueros mangonizavit<sup>m</sup> Salpe<sup>1</sup> obstetrix. Eadem vis<sup>n</sup> est<sup>2</sup> pulmoni marino: leporis marini<sup>o</sup> sanguini et felli: vel si in oleo hic necetur. Cancri, scolopendræ<sup>3</sup> marinæ<sup>p</sup> cinis cum oleo: urtica marina<sup>q</sup> trita ex aceto scillite:<sup>4</sup> torpedinis cerebrum<sup>r</sup> cum alumine illito sexta Luna.<sup>5</sup> Ranæ parvæ,<sup>s</sup> quam in oculorum curatione



Vet. Dalec. æstimatur edd. vett. et Gronov.—18 Vet. Dalec. genitali parte.

CAP. XLVII. 1 *Isto pueros pubescere negavit mangonio Salpe* Vet. Dalec.—2 Ita cod. Reg. Brot. 3. et Editio princeps. *Eadem vis pulmoni, &c.* Harduin. ex codd. *Eadem vis est pulmonis marini: leporis marini sanguine et felle: vel si in oleo lepus hic necetur* Gronov. et al. vett. *leporisque marini sanguinis et fellis* Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. *scolopendræ*.—4 Chiff. *scillito*.—5 Ita ex codd.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Invenio . . . ostracium*] Operimentum illud certi concharum generis est, quale in purpura descripsimus cap. 41. Diosc. II. 10. Ὀνυξ ἐστὶ πῶμα κογχυλίου, ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας. Et μοχ: Εὐώδεις θυμιάμενοι, καστορίζοντες ποσῶς τῇ ὀσμῇ ἐγείρουσι δὲ καὶ οὗτοι ὑποθυμαθέντες τὰς ὑστερικῶς πνιγομένας καὶ ἐπιληπτικούς. Immo ipsum esse purpuræ integumentum credimus: cum differre nihil a purpura conchylium arbitramur, ut diximus IX. 53. etsi refragari Dioscorides videtur.

<sup>k</sup> *Vetera quoque*] Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> *In mulierum parte*] In Reg. 2. et Pintiani codice, in mulieribus parte. Forte, in muliebri parte, nempe ἐν τῷ αἰδοίῳ, in muliebribus locis.

<sup>m</sup> *Mangonizavit*] Ornavit et composuit ad alliciendos emtores: dum fuco imberbes diu servavit. Mango est, ut ex Fabio discimus, II. 16. qui colorem falsum inducit mancipiis, quique verum robur inani eorundem sagina mentitur.

<sup>n</sup> *Eadem vis*] Ælianus Hist. Anim. XII. 27.

<sup>o</sup> *Leporis marini*] Diosc. II. 20.

<sup>p</sup> *Scolopendræ marinæ*] Diosc. II. 16. Σκολόπενδρα θαλασσία ἐψηθεῖσα ἐν ἐλαίῳ, καὶ καταχρησθεῖσα, ψιλοῖ τρίχας. *In oleo decocta, et peruncta, pilos detrahit.*

<sup>q</sup> *Urtica marina*] Diosc. II. 20.

<sup>r</sup> *Torpedinis cerebrum*] Et carnes quoque ipsa; teste Æliano, loc. cit.

<sup>s</sup> *Ranæ parvæ*] De qua c. 24. quod

descripsimus, sanies efficacissime <sup>6</sup> psilothrum est, si recens illinatur: et ipsa arefacta ac tusa, mox decocta tribus heminis ad tertias, vel in oleo decocta æreis vasis eadem mensura. Alii <sup>7</sup> ex quindecim <sup>4</sup> ranis conficiunt psilothrum, sicut in oculis diximus.<sup>u</sup> Sanguisugæ <sup>v</sup> quoque tostæ in vase fictili, et ex aceto illitæ, eundem contra pilos habent effectum. Hic suffitus <sup>8</sup> <sup>w</sup> urentium eas necat cimices invectos. Castoreo quoque cum melle pro psilothro usi pluribus diebus reperiuntur.<sup>9</sup> In omni autem psilothro evellendi prius sunt pili.

XLVIII. Infantium gingivis dentitionibusque plurimum confert delphini cum melle dentium cinis, et si ipso dente gingivæ tangantur. Adalligatus <sup>1</sup> idem pavores repentinos tollit. Idem effectus et caniculæ dentis. Ulcera vero,

//////////

Harduinus et recentt. *illito vi Luna* Chiff. *illitum XVI. Luna* Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. *efficacissimum*. Mox, in eodem, *heminis aceti ad l. vel in oleo æreis, &c.*—7 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. In cod. Reg. 3. et recentioribus editionibus, *vasis. Eadem mensura alii,*' &c. Brotier.—8 'Ita codd. Regg. Chiff. et Editio princeps.' Brotier. *Hic et suffitus* ed. Brotier. typhetarum incuria. *Et suffitus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *invectos* Vet. Dalec. *invectus alii vett. invectas* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Male cod. Reg. 2. *insecta*; cod. Reg. 3. *insectas*. Emendandum fuit, *insectos*.' Brotier.—9 Vet. Dalec. *quidam reperiuntur*. Mox, *vellendi* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XLVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

cap. totum est in afferendis oculorum remediis. Q. Serenus c. 36. p. 149. 'Præterea quascumque voles avertere setas, Atque in perpetuum redi-viva ocludere tela, Corporibus vulsis saniem perducito ranæ, Sed quæ parva situ est, et raucio garrula questu.'<sup>2</sup>

<sup>4</sup> *Ex quindecim*] Sic libri typis editi, cum Colb. 3. At Reg. 2. *ex duodecim*, facili librorum lapsu ex XII. in XV. ut sæpe monimus. Vide quæ dicemus in Notis et Emend. num. 15.

<sup>u</sup> *Sicut in oculis diximus*] Cap. 24.

<sup>v</sup> *Sanguisugæ*] Q. Serenus loc. cit.

<sup>4</sup> Nec non quæ stagnis cessantibus

hæsit hirudo Sumitur, et vivens Sambia torretur in olla: Hæc acidis jungit permixta liquoribus artus, Avulsamque vetat rursus percrecere sylvam.' Plinius item Valer. 1. c. 21. et III. 52.

<sup>w</sup> *Hic [Et] suffitus*] Reg. 2. et Chiff. *Hic suffitus*. Intricata oratio: sententia tamen non alia est, quam suffitu seu nidore sanguisugarum exustarum cimices necari: quod paulo ante perstrinxit, c. 42. 'Natura sanguisugarum adversatur cimicibus, et suffitu necat eos.' Quare *insectos* legi malim: quanquam in Reg. 2. eod. *insecta* legitur.

quæ in auribus, aut ulla<sup>2</sup> corporis parte fiant, cancrorum fluiatilium succus cum farina hordeacea sanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis prosunt.<sup>3</sup> Siriasim infantium,<sup>4</sup> spongia frigida crebro humefacta, rana inversa adalligata efficacissime sanat, quam aridam<sup>a</sup> inveniri affirmant.

XLIX. Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio,<sup>b</sup> vel anguillæ duæ, item uva marina<sup>c</sup> in vino putrefacta, iis, qui inde biberint, tædium vini affert.

L. Venerem inhibet echeneis,<sup>d</sup> et hippopotami frontis e sinistra parte pellis in agnina<sup>e</sup> adalligata,<sup>1</sup> felve torpedinis<sup>f</sup> vivæ genitalibus illitum. Concitant cochlearum fluiatilium carnes sale asservatæ, et in potu ex vino datæ: erythini<sup>2</sup> in cibo sumti: jecur ranæ diopetis<sup>3</sup> vel calamitæ in pellicula gruis alligatum, vel dens crocodili maxillaris annexus brachio, vel hippocampus, vel nervi rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata.

LI. Equorum scabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant, donec illiniri possit.<sup>1</sup> Aiunt ita curatos non repeti postea. Salpe<sup>2</sup> negat canes latrare, quibus in offa rana viva data sit.

//////////

et recentt. plurimumque . . . Adalligatusque Gronov. et vett. Dalec.—2 Al. vett. alia.—3 Vet. Dalec. ii prosunt.—4<sup>1</sup> Ita codd. Regg. et Editio princeps. Siriasis est in infantibus adustio membranarum cerebri, quæ accidit vulgo ardente Sirio.' Brotier. Siriasin infantium Vet. Dalec. Siriasesque infantium Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, Vet. Dalec. cerebro humefacto, aut rana adversa. In codd. Reg. 2. 3. et Ed. pr. spongia f. cerebro humefacto.

CAP. L. 1 Cod. Dalec. et cinis hippopotami, &c. pelle in agnina adalligatus. Vet. Dalec. in agnina pelle adalligatus; al. ap. Dalec. pellis in lintcolo.—2 Vet. Dalec. erythini.—3 Vet. Dalec. dryophytis.

CAP. LI. 1 Vet. Dalec. possint.—2 Ita ex codd. Harduini et recentt. Aiuntque . . . postea. Et Salpe edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Quam aridam] Exsiccata nimio fervore capitis inflammata.

<sup>b</sup> Rubellio] Qui et erythinus Græco nomine appellatur, ix. 23.

<sup>c</sup> Item uva marina] De qua ix. 1.

<sup>d</sup> Venerem inhibet echeneis] Idcirco amatoris veneficiis infamis, ut dic-

tum est ix. 41.

<sup>e</sup> In agnina] Sic Reg. 1. et alii: non, ut editi, in lintcolo.

<sup>f</sup> Felve torpedinis] Galeus ii. 27. p. 636. Χολήν νάρκης ἐάν τις πίνῃ, τὸ μῦρον ἀνεύτατον ἔσται.



LII. Inter aquatilia dici debet et calamochnus,<sup>1</sup> Latine adarca appellata. Nascitur circa arundines tenues<sup>2</sup> e spuma aquæ dulcis ac marinæ, ubi se miscent. Vim habet<sup>h</sup> causticam: ideo acopis additur<sup>3</sup> contra perfrictionum<sup>i</sup> vitia. Tollit<sup>j</sup> et mulierum lentigines in facie.

Et calami simul dici debent: Phragmitis<sup>4</sup> k radix recens tusa luxatis medetur, et spinæ doloribus ex aceto illita. Cyprii vero,<sup>l</sup> qui et douax vocatur, cortex alopeciiis medetur ustus, et ulceribus veteratis: folia<sup>m</sup> extrahendis quæ infixæ sint corpori, et igni sacro.<sup>5</sup> Paniculæ flos<sup>n</sup> si aures intravit,<sup>6</sup> exsurdat.

Sepiæ atramento tanta vis est, ut in lucerna addito Æthiopus<sup>o</sup> videri, ablato priore lumine,<sup>a</sup> Anaxilaus tradat.

<sup>a</sup> *Nigros Æthiopum instar videri, mutata priore lucernæ luce.*

CAP. LII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Calamachne*. Mox, appellatus Chiff. — 2 Alii ap. Dalec. *tenis*. — 3 Cod. Dalec. *utilis*. Mox, *perfrictionum* Chiff. — 4 Gronov. *phragmitis*. — 5 Vet. Dalec. *folia extrahunt infixæ corpori, et prosunt igni sacro*. — 6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Calamochnus*] Diximus de ea XVI. 66. Habet illius iconem Aldrovandus de Metall. II. 1. p. 213. Vox ipsa adarca Græca videtur. Ἀδάρκης Diosc. v. 139. Καλαμόχνονος, quasi arundinum lanugo. Aliis calamachne, ἀπὸ τῆς ἄχνης, a spuma. Vide Galenum de Fac. Simp. Med. XI. 2. p. 315.

<sup>h</sup> *Vim habet*] Diosc. v. 137. καθόλου δέ ἐστι δριμύ.

<sup>i</sup> *Perfrictionum*] Contra rigores, horroresque frigidos, quales fere in febris sentiuntur. Scribonius Largus Compos. 268. 'Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem nervorum. Idem hyeme non patitur perfrigescere artus.'

<sup>j</sup> *Tollit*] Dioscor. loc. cit.

<sup>k</sup> *Phragmitis*] Totidem verbis Diosc. I. 114. De phragmite, ceteris que generibus egimus XVI. 66. et seq.

Hæc porro petita e calamis remedia totidem fere verbis ante prætractata vide XXIV. 50.

<sup>l</sup> *Cyprii vero*] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Folia*] Extrahendis e corpore spinulis aculeisque radicem: erysipelatis sive igni sacro folia Dioscorides assignat, loc. cit.

<sup>n</sup> *Paniculæ flos*] Plinius XXIV. 50.

<sup>o</sup> *Arundinum lanugo* illita auribus obtundit auditum. Vide locum cum.

<sup>o</sup> *Æthiopus*] Refert hoc et Sextus Empir. Pyrrh. hypotyp. I. 14. p. 10. Καίγε οἱ γόητες χριόντες τὰς θρυαλίδας ἰφ̄ χαλκοῦ καὶ θολῶ̄ σηπίας, ποιούσιν ὅτε μὲν χαλκοῦς, ὅτε δὲ μέλανας φαίνεσθαι τοὺς παρόντας, κ. τ. λ. *Præstigiatores dum lucernas unguunt æruginē et sepiæ atramento, faciunt ut qui adsunt modo æris colorem habere, modo nigri esse videantur.* Similes nugas habet auctor Kiranidum, p. 51.

Rubeta excocta<sup>7</sup> aqua, potui data, suum morbis medetur: vel cujusque ranæ cinis. Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo ut baculum ita præluceat.<sup>8</sup>

LIII. (XI.) Peracta aquatilium dote, non alienum videtur indicare per tot maria, tam vasta, et tot millibus passuum terræ infusa, extraque circumdata mensura pæne ipsius mundi, quæ intelligantur animalia centum septuaginta quatuor<sup>1</sup> a omnino generum esse, eaque nominatim complecti: quod in terrestribus volucrisque fieri non quit.<sup>2</sup> Neque enim omnis Indiæ, Æthiopiæque, aut Scythiæ, desertorumve novimus feras aut volucres, cum hominum ipsorum multo plurimæ sunt<sup>3</sup> differentiæ, quas invenire potuimus. Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulose<sup>4</sup> narratæ. Profecto conveniet non posse omnia genera in contemplationem universam<sup>5</sup> vocari. At hercules in tanto mari Oceano quæcumque<sup>6</sup> nascuntur, certa sunt, notioraque, quod miremur, quæ profundo natura mersit. Ut a belluis ordiamur, arbores,<sup>b</sup> physeteres, balænæ, pristēs,<sup>7</sup>



3. et recentt. *si aures intraverit* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *incocta* alii; *Rubeta decocta, et in aqua potu data . . . vel cujuscumque* Gronov. et al. vett.—8 Vet. Dalec. *facule instar præluceat*; Mediol. *faculum ita præluceat*.

CAP. LIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Codd. Regg. alii habent, CLXIV. alii, CXLIV. Plura nunc novimus piscium genera. Trecenta numerat Cl. Linnæus.' Brotier. *quadraginta quatuor* Chiff. CLXVI. Gronov. et al. vett. Mox, *omnium generum* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *nequit*; alii vett. *non quitit*.—3 Gronov. *plurimæ sint*; cod. Dalec. *plures sint*. Mox, *non potuimus*. *Accedant, &c.* Vet. Dalec. Nostram lect. exhibet Mediol.—4 Franzius, *sabulosæ*.—5 Vet. Dalec. *universi*.—6 Chiff. *quæque*.—7 Chiff.


#### NOTÆ

<sup>a</sup> Centum septuaginta quatuor] In quibusdam Mss. centum quadraginta quatuor, errore minime obscuro: cum enim ix. 16. piscium species esse affirmet, ut diximus, cXLIV. præter crustis intacta, quæ sunt xxx. ex utroque eo numero effeci manifestum est, cLXXIV. Sed Plinii numerum auxerunt deinceps in immensum qui de hoc argumento nostra ætate scripserunt. Et illud animadversione dignum, quod Plinius mox ipse ait,

'tantum' se 'marina dicere.'

<sup>b</sup> Arbores] De arboribus, nihil compertum adhuc. De physetere, et de rotis, ix. 3. De balænis et pristibus eodem lib. c. 2. De Tritonibus, Nereidibusque, de marino homine, et arietibus, eodem lib. c. 4. ubi et elephantorum mentio, quorum nemo veterum meminit, præter Plinium. De oeris ix. 5. De musculo ejusdem libri c. 88. De arietibus aliis vide quæ diximus ix. 67. De delphinis

Tritones, Nereides, elephanti, homines qui marini vocantur, rotæ, orcæ, arietes, muscoli, et alii piscium forma arietes, delphini, celebresque Homero<sup>c</sup> vituli. Luxuriæ vero<sup>d</sup> testudines,<sup>8</sup> et medicis fibri,<sup>e</sup> quorum e genere luras nusquam<sup>9</sup> mari accepimus mergi, tantum marina dicentes. Jam caniculæ,<sup>f</sup> dromones,<sup>10</sup> cornutæ, gladii, serræ: communesque<sup>g</sup> terræ, mari, amni, hippopotami, crocodili: et amni<sup>h</sup> tantum ac mari, thynnides, siluri, coracini, percæ. Peculiares<sup>11</sup> autem maris, acipenser,<sup>i</sup> aurata, asellus, acharne,<sup>12</sup> j aphyæ,<sup>k</sup> alopecias, anguilla, araneus. Box,<sup>l</sup>



*pistrides.*—8 Vet. Dalec. *nata testudines.*—9 Cod. Dalec. *nunquam.*—10 Chiffi. *drynones.*—11 *Peculiaris* Gronov. et al. ante Harduin. *Mox mari* Vet. Dalec.

## NOTE

eodem lib. c. 7. De phocis, seu vitulis marinis, eodem libro cap. 15.

<sup>c</sup> *Homero*] Odyss. Δ. 436. et alibi sepius.

<sup>d</sup> *Luxuriæ vero*] Subintellige, celebres. Vide IX. 13.

<sup>e</sup> *Medicis fibri*] De fibri seu castoris usu in medicina dictum abunde c. 13. hujus libri.

<sup>f</sup> *Jam caniculæ*] De caniculis IX. 70. Dromones, cornutasque, præter Plinium, qui nominaret, nondum occurrit: aliud enim videtur esse a dromonibus Plinianis Hesychii δρόμων, hoc est, *parvus cancer*, μικρός καρκίνος, qui a Mospeliensibus vulgò *Checrete* nuncupatur: capitur in maris æstuariis, sagittæ in modum per summam aquam decurrit: unde id ei nomen. Dromones Pliniani inter belluas, ut ipse ait, majoresque pisces, sive cetaceos, censeri oportet. Gladium, serratamque, nomina esse marinorum fruticum admonuimus IX. 1.

<sup>g</sup> *Communesque*] De hippopotamis VIII. 39. De crocodilo ejusdem libri c. 37.

<sup>h</sup> *Et amni*] De thynno dictum abunde IX. 17. et seqq. *Θυννίδες* fœminæ intelligendæ sunt. Qua re inter

se differant, docet Arist. apud Athen. lib. VII. p. 303. De siluro eodem lib. c. 17. De coracino c. 24. ejusdem libri, ubi et de perca egimus. Coracinum Hesychius et Persius *saperlam* vocant.

<sup>i</sup> *Acipenser*] De acipensere dixi in Notis et Emend. ad librum nonum, num. 45. De aurata IX. 25. De asello eodem lib. c. 28.

<sup>j</sup> *Acharne*] Ἀχαρνός Athenæo lib. VII. p. 286. apud Ænum Thraciæ præstantissimus dicitur. Eidem lib. VIII. p. 356. ἀχαρνὸν scribitur, Romæ visus a Rondeletio, a quo pingitur v. 151.

<sup>k</sup> *Aphyæ*] De ea egimus IX. 74. atque in Notis et Emend. ad eum lib. num. 128. De alopece, sive alopeciade, seu vulpe marina IX. 67. Athenæus lib. VIII. pag. 356. De anguilla marina Epicharmus in fabula, quam Musas inscripsit, teste Athen. lib. VII. p. 297. De araneo denique eodem lib. c. 72.

<sup>l</sup> *Box*] Piscis est tergo picto, et vocalis, unde ei nomen, παρὰ τὴν βοῆν, inquit Athenæus l. VII. p. 286. Idem βῶξ, βῶξ, et βῶαξ, a voce quam edit: ab oculis boum similibus, βῶωψ. Fes-

batis,<sup>13</sup> <sup>a</sup> bacchus,<sup>b</sup> batrachus, belone, quos aculeatos <sup>c</sup> vocamus, balanus.<sup>d</sup> Corvus,<sup>e</sup> citharus <sup>f</sup> e rhomborum genere pessimus: chalcis,<sup>14</sup> <sup>g</sup> cobio, callarias asellorum generis, ni minor esset: colias sive Parianus,<sup>h</sup> sive Sexitanus <sup>15</sup> a patria Bætica, lacertorum minimi: <sup>16</sup> <sup>i</sup> ab iis Mæotici: <sup>j</sup> cybium,<sup>k</sup> ita vocatur concisa pelamis, quæ post XL. dies a

—12 *Acarnan Rondel.* Mox, *aphræ, alopiciæ* Chiffi.—13 *Boca, bacia* Vet. Dalec. Mox, *bachus* Gronov. *banchus* cod. Dalec.—14 Ita Harduin. et recentt. *cytharus*; *Chromborum genera, cyprinus chalcis* Gronov. et vulgg. *Chromidum* Vet. Dalec. *Rhomborum* Chiffi. *pessimus* Chiffi. Mox, *gobio, collyris* Chiffi. *gobio* etiam Vet. Dalec.—15 *Colias Paritanus, sive Sexitanus* Vet. Dalec. *Sextarius* al. vett. *Sexitanus* Gronov. et vulgg.—16 Vet. Dalec. *minimus*;

## NOTÆ

tus: 'Boca, genus piscis: a boando, id est, vocem emittendo, appellatur.' In Gallia Narbonensi *Bogue*, teste Rondeletio v. 11.

<sup>a</sup> *Batis*] *Baris* et βατὸς a Græcis apud Athen. lib. vii. p. 286. *raia* dicitur, de qua nonnihil prælibavimus ix. 40. A *rubi*, quem βάρτον vocant, similitudine nomen traxit: est enim aculeis aspera, præsertim in cauda. Utroque illo vocabulo marem a fæmina discriminari crediderim, ut de thynno et thynnide paulo ante dixi: Hesychius enim, pag. 185. Βάρτος καὶ βατὶς ἰχθύες διαφέρουσιν ἀλλήλων.

<sup>b</sup> *Bacchus*] Sic Reg. 2. et Colb. 3. cum Chiffi. non *banchus*. Egimus de eo ix. 28. De batracho, sive rana, ix. 7. De belone, sive acu, eodem lib. c. 67.

<sup>c</sup> *Quos aculeatos*] Subintellige, pisces.

<sup>d</sup> *Balanus*] A similitudine *glandis quercnæ*, quæ βάλανος dicitur, nomen habet, auctore Athenæo l. iii. p. 91. In rimis saxorum degunt. Iconem vide apud Rondel. de Testac. i. 30.

<sup>e</sup> *Corvus*] Græcis κόραξ. Pingitur a Rondelet. x. 7. p. 296. Meminit ejus Celsus, inter pisces cibi duriusculi, ii. 18. Romanis, *Capone*.

<sup>f</sup> *Citharus*] Romæ frequens, *Folio* nominatus, teste Rondel. xi. 5. Vide

Notas et Emend. num. 29.

<sup>g</sup> *Chalcis*] Est hæc marina chalcis nostra Sardina, ut diximus ix. 71. De cobione, seu gobio, eodem lib. cap. 83. De callaria c. 27. ejusdem libri.

<sup>h</sup> *Colias sive Parianus*] *Eunthydemus* Atheniensis, libro de salsamentis, apud Athen. lib. iii. p. 116. *Coliam* Parianum laudat: Καὶ Πάριον κολλιῶν κυδῶν τροφὸς ἔσκε πολίχνη. *Oppidulum Parium coliarum est inclyta nutritrix.* Est autem Parium Hellesponti oppidum, de quo Plinius v. 40. *Coliam* majorem esse scombro scribit Hicesius apud eundem Athen. lib. vii. p. 321. Ipsi Athenæo lib. iii. p. 121. ὁ κολλίας præstantissimus dicitur Amyclanus, atque ex Hispania, quem Σεξίτανὸν vocant. A Massiliensibus *Coguiol* nuncupari, auctor est Rondeletius viii. 8. *Sexitanus* ab oppido Bætica: Ἐξ̄ sive Σεξ̄, ut diximus iii. 3. Meminit Martialis vii. 77. ubi lacertum pariter coliam vocat: 'Cum Sexitani fertur tibi cauda lacerti.'

<sup>i</sup> *Lacertorum minimi*] Ita Reg. 2. non *minima*, quod neque ars hoc loco patitur.

<sup>j</sup> *Ab iis Mæotici*] *Coliæ* Mæotici, inquit, Pariano Sexitanoque paulo grandiores.

Ponto in Mæotin revertitur: cordyla,<sup>l</sup> et hæc pelamis pu-  
silla, cum in Pontum e Mæotide exit, hoc nomen habet:  
cantharus,<sup>m</sup> callionymus,<sup>n</sup> sive uranoscopus, cinædi soli  
piscium<sup>o</sup> lutei: cnide,<sup>p</sup> quam nos urticam vocamus: can-  
crorum genera,<sup>q</sup> chamæ striatæ, chamæ læves:<sup>r</sup> chamæ  
pelorides,<sup>s</sup> generis varietate distantes et rotunditate:  
chamæ glycymerides,<sup>t</sup> quæ sunt majores quam pelorides:  
coluthia<sup>u</sup> sive corythia:<sup>18</sup> concharum genera,<sup>v</sup> inter quæ

Gronov. et vulgg. *minima*.—17 Ita Harduin. et recentt. *chamætrachea*, *chamæleos*, *chamæpelorides* Gronov. et al. vett. *chamætracheia*: *chamæleia* Dalec.  
—18 Vet. Dalec. *corycia*, sive *coryphaea*; al. *cochlydia*, sive *corythya*, ut supra;  
*chysethya* sive *corophya* Chiff. *colyca* sive *corophya* Gronov. et al. vett.—

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Cybius*] Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>l</sup> *Cordyla*] Meminit Martialis III. 2. 'Cordyllas madida tegas papyro.' Et XI. 53. 'Mox vetus, et tenui major cordylla lacerto.' Vide quæ diximus IX. 18.

<sup>m</sup> *Cantharus*] Æliano Hist. Anim. I. 26. *κάνθαρος*. Idem mira quædam de cantharo refert XI. 25. Hujus meminit obiter inter littorales Philosphus Hist. Anim. lib. VIII. In Provincia Narbonensi paulum deflexo nomine 'Cantheno' nuncupant. Latine, cum Gaza, Scarabæum dixeris. Vide Rondelet. v. 4. Ovid. Halient. vs. 103. 'Cantharus ingratus sneco.'

<sup>n</sup> *Callionymus*] Καλλιώνυμος et οὐρανοσκόπος, ut diximus e. 24. libri hujus. Massiliensibus *Ταρακου*. Pingitur a Rondeletio X. 13. p. 305.

<sup>o</sup> *Cinædi soli piscium*] Crustis intactos excipit, eum pisces dicit. Sic IX. 16. 'Piscium sunt species centum quadraginta quatuor: præter crustis intacta, quæ sunt triginta.' Sunt enim caneri et cancelli pariter flavi. Athenæus ἀλφηστὰς vocat lib. VII. p. 281. Iconem exhibet Rondeletius VI. 4. p. 170.

<sup>p</sup> *Cnide*] Κνίδη, urtica, de qua dix-

imus IX. 68.

<sup>q</sup> *Cancrorum genera*] Carabi, astaci, ceterique recensiti, IX. 51.

<sup>r</sup> *Chamæ striatæ, chamæ læves*] Sic Reg. 2. et Pintiani codex: in editis perperam, *chamætrachea*, *chamæleos*. Chamæ, Græcis χῆμαι, e genere sunt concharum: hoc vero distant a ceteris, quod semper hiant, et testas apertas habent: unde eis nomen. Harum multæ sunt differentiæ. Rondeletius de Testaceis I. 8. ita distinguit, ut aliæ læves sint, aliæ asperæ: lævibus deinde chamæ pelorides, glycymeridesque subjicit.

<sup>s</sup> *Chamæ pelorides*] Vel a magnitudine nomen habent; sunt enim grandiores; vel a Peloro Siciliae Promontorio, ubi optimæ. Ita Pollux. Græcis πελωρίδες, πελωρίαί, et πελωρίναι. Gallis, *Palourdes*.

<sup>t</sup> *Chamæ glycymerides*] Γλυκυμερίδες, a sapore dulci, minusque salso, nomen traxere. Testis Oribasius II. 58. Meminit harum et Macrobinus in cœna Pontificum Saturn. II. 9. pag. 355.

<sup>u</sup> *Coluthia*] E muricum genere, ut dictum est cap. 27. libri hujus.

<sup>v</sup> *Concharum genera*] De quibus IX. 52. et seqq.



et margaritiferae: cochleae,<sup>w</sup> quarum generis pentadactyli,<sup>19</sup> melicembales, actinophorae<sup>20</sup> dicuntur quibus cantant: extra haec<sup>21</sup> sunt rotundae in oleario usu<sup>x</sup> cochleae: cucumis,<sup>y</sup> cynopus, caminarus, cynosdextia.<sup>22 z</sup> Draco: <sup>a</sup> quidam aliud volunt esse <sup>b</sup> dracunculum: est autem gerriculæ<sup>23 c</sup> similis: aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, sic ut scorpio lædit, dum manu tollitur. Erythinus,<sup>d</sup> echeneis, echinus, elephantis<sup>e</sup> locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis: præterea brachia duobus articulis, singulisque forcibus<sup>24</sup> denticulatis. Faber<sup>f</sup> sive zeus. Glaucisci,<sup>g</sup> glanis,<sup>h</sup> gonger, gerres,<sup>25 i</sup> galeos,<sup>j</sup> ga-



19 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Vet. Dalec. *pentadactylos* Gronov. et vulgg. Mox, *meliceribali* Vet. Dalec.—20 ‘Ita codd. Reg. 2. et Chiffi.’ *Brotier. echinophoræ* edd. ante Brotier.—21 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *extra has* Gronov. et al. vett.—22 Ita cod. Reg. Brot. 3. *cucumis, cynops, caminarus, cynosdextia* Editio princeps; *cucumis, cynopus, cammarus, cynosdextia* Gronov. et al. vett. *cucumis, cynosdextia*, intermediis omissis, Harduin. et recentt.—23 Gronov. et vulgg. *graculo*.—24 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *forpiculis*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Cochleæ*] Lib. ix. c. 51. Πενταδάκτυλοι, quasi *quinis* discretæ *digitis*, sive acuminibus. Mox pro *melicembales, echinophoræ*, Reg. 2. *item helicymbalis, actinophoræ* legitur: qua postrema vox et in Chiffletiano esse dicitur.

<sup>x</sup> *In oleario usu*] Quibus oleum decapulabant, vel in quotidianum usum hauriebant, capaces admodum, atque ita ut quædam aquæ libras quaternas capiat. Vide Rondel. de Testac. II. 27. pag. 76.

<sup>y</sup> *Cucumis*] Inter frutices marinos censendus, ut diximus ix. 1. Post cucumim, addunt libri vulgati, *cynopus, cammarus*, quæ nomina nec Regius 2. nec alius bonæ notæ codex agnoscit. Cammari certe squillarum genere continentur: cynopus quis sit, nemo novit.

<sup>z</sup> *Cynosdextia*] Κυνὸς δεξιὰ, hoc est, *canis dextera*: forte zoophyton, hoc est, frutex marinus aliquis, ut Manns

marina.

<sup>a</sup> *Draco*] Δράκων θαλάσσιος Dioscoridi II. 15. Galli *Viean* vocant.

<sup>b</sup> *Quidam aliud volunt esse*] Vult sane Rondeletius x. 12. A suis *Lacertum* nominari dicit *Lacert*.

<sup>c</sup> *Est autem gerriculæ*] Sic Reg. 2. codex, non, ut editi, *graculo*: cum quo affinitatem draco habere nullam potest. Est autem gerricula deminuta vox a ‘gerres,’ de quo post pauca dicemus.

<sup>d</sup> *Erythinus*] De erythino ix. 23. De echeneide ix. 51.

<sup>e</sup> *Elephantis*] In locustarum genere elephantos Plinius e veteribus unus appellat.

<sup>f</sup> *Faber*] Diximus de eo ix. 32.

<sup>g</sup> *Glaucisci*] Γλαυκίσκος Athenæo lib. VII. p. 279.

<sup>h</sup> *Glanis*] De eo egimus ix. 67. De gongro, sive congro, libro eodem cap. 24.

<sup>i</sup> *Gerres*] Meminit hujus Martialis

rus. Hippus,<sup>k</sup> hippuros, hirundo, halipleumon, hippocampus, hepar,<sup>26</sup> helacatenes.<sup>m</sup> Sunt lacertorum genera: <sup>n</sup> loligo<sup>o</sup> volitans, locustæ, lucernæ, lepris,<sup>27</sup> lamyrys,<sup>p</sup> lepus,<sup>q</sup> leones, quorum brachia cancris similia sunt, reliqua pars locustæ. Mullus,<sup>r</sup> merula<sup>s</sup> inter saxatiles<sup>28</sup> laudata, mugil,<sup>t</sup>



Vet. Dalec. *forficulis* edd. vett. et Gronov.—25 Chiff. *girres*.—26 Vet. Dalec. *hepatus*. Mox, *heliacathenes* Gronov. et vulgg.—27 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *liparis* Gronov. Harduin. et recentt. *lepris* Chiff. Pro *lamyrys*, margo edd. Dalec. et Gronov. *lamia*.—28 Cod. Dalec. *saxatilis*.

## NOTÆ

III. 77. ‘Teque juvant gerres, et pelle melandrya cana.’ Et XII. 32. ‘Fuisse gerres, aut inutiles mænas Odor impudicus urcei fatebatur.’ Gericulan, hoc est, minorem gerrem, draconi marino, quam ‘Vivam’ vocamus, similem esse Plinius paulo ante admonnit.

<sup>j</sup> *Galeos*] De galeo IX. 70. Garum esse ignotum monimus XXXI. 43.

<sup>k</sup> *Hippus*] De ἵππῳ multa Athenæus lib. VII. p. 304. Vetant Mss. ne legam ἵππεις, quos esse e cancrorum genere diximus IX. 51. De hippuro diximus IX. 24. De hirundine, eodem lib. cap. 43. De halipleumone cap. 71. ejusdem libri. De hippocampo c. 23. hujus libri.

<sup>l</sup> *Hepar*] ἧπατοι Oppiano celebrati Halient. I. 146. Æliano Hist. Anim. IX. 38. et Xenocrati apud Oribas. II. 58. Athenæo lib. VII. pag. 301. ἧπατος idem et λεβίας. Inter saxatiles pisces annumeratus a Diocle: similis phagro creditus a Spensippo. A Rondeletio pingitur v. 18. p. 147. In hepatis capite lapillos reperiri duos, rhombi figura, splendore et colore conchylii, prodidit Hegesander apud Athen. lib. III. p. 108.

<sup>m</sup> *Helacatenes*] Athenæo ἡλακατηνες, I. VII. p. 301. ἰχθὺς κητώδεις, ἐπιτῆδαιοί εἰς ταρχείαν. Pisces cetacei, idonei ad salsamenta. Mnesimachus apud eundem Athen. lib. IX. p. 403. ἡλα-

κατῖνον vocat: haud dubie a similitudine aliqua cum ἡλακάτη, hoc est, muliebri colu. Elacatæ sunt Columellæ VIII. 17. p. 313. itemque Festo: ‘Elacatena genus salsamenti, quod appellatur vulgo melandrya:’ sic enim scribendum, non ‘malandrea.’

<sup>n</sup> *Sunt lacertorum genera*] Lacertus Græcis σαύρος dicitur: quibusdam e nostris, *Aiguille*: ab aliis, *Becusse*, inquit Rondeletius VIII. 5. p. 232. E lacertorum genere coliam esse superius vidimus, teste etiam Martiale.—‘Byzantiacos lacertos’ landat Statius, IV. Sylv. 9.’ Ed. sec.

<sup>o</sup> *Loligo*] De loligine IX. 45. De locustis IX. 50. De lucernis eodem lib. cap. 43.

<sup>p</sup> *Lepris* [*liparis*,] *lamyrys*] Λιπαρίς habere nomen a pinguitudine videtur. At in Reg. 2. cod. et Chiff. *lepris*, non *liparis*, legitur. Apud Hesychium λελεπρὺς ἰχθὺς, sed qui nihil a phycide differat, de qua inferius. Λάριμος ab Oppiano laudatur Halient. III. 399. An ibi λάριμος, vel λάμυρος rescribi ex Plinio oporteat, peritiores viderint.

<sup>q</sup> *Lepus*] De lepore marino IX. 72. et hujus libri cap. 3. De leonibus IX. 51. De his etiam vide Ælianium Hist. Animal. XIV. 9.

<sup>r</sup> *Mullus*] De mullo IX. 30.

<sup>s</sup> *Merula*] Ælianus Hist. Anim. I. 14. Κοσσύφω δὲ θαλαττίω ἦθη τε καὶ

melanurus,<sup>u</sup> mæna,<sup>v</sup> meryx,<sup>w</sup> muræna,<sup>x</sup> mys, mitulus,<sup>29</sup> myiscus,<sup>29</sup> murex. Oculata,<sup>y</sup> ophidion, ostrea,<sup>z</sup> otia:<sup>a</sup> orcynus:<sup>b</sup> hic est pelamidum generis maximus, neque redit in Mæotin,<sup>30</sup> similis tritoni, vetustate melior:<sup>c</sup> orbis,<sup>d</sup> orthragoriscus.<sup>31</sup> Phager,<sup>e</sup> phycis saxatiliū:<sup>32</sup> pelamis: earum generis maxima opolectus vocatur, durior tritone: porcus,<sup>33</sup> pitiarus,<sup>34</sup> passer,<sup>e</sup> pastinaca: polyporum ge-



—29 Cod. Dalec. *mitrus*; Vet. Dalec. *sive mitulus*.—30 *Pontum* Vet. Dalec. et sic Aristot. Mox, Vet. Dalec. *similiter Tritoni nec vetustæ*.—31 Chiffli. *orthragoriscus*.—32 Vet. Dalec. *saxatilis*; Chiffli. *saxatiliūque*. Mox, *apolectos* Vet. Dalec.—33 Ita codd. Regg. Brot. Dalec. et Editio princeps; *sive aper margo* edd. Dalec. et Gronov. *phorcus* Gronov. al. vett. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt.—34 Ita cod. Reg. Brot. 3. et Editio princeps; *phthitarus* Gronov.

## NOTÆ

διατριβαί αἱ πέτραι, κ. τ. λ. Peritiores piscatores *Merle* vocant: aliter alii. Vide Rondelet. vi. 5. p. 172.

<sup>u</sup> *Mugil*] De eo egimus ix. 26.

<sup>u</sup> *Melanurus*] *Μελάνουρος*. A caudæ nigritie ei nomen. Confundit hunc cum oculata Rondeletius v. 6. Plinius diversos pisces facit. Numenius in Halieut. apud Athen. lib. vii. pag. 313. percarum ducem vocat.

<sup>v</sup> *Mæna*] *Μαῦνις* Athenæo lib. vii. p. 313. Hodieque a Romanis *Menola* appellatur. Rondelet. v. 13. p. 138.

<sup>w</sup> *Meryx*] In Reg. 2. *metis*: utrumque corrupte. Nam *μήρυξ* a ruminando deduci videtur: cum scarus infra appellandus ruminare solus piscium existimetur.

<sup>x</sup> *Muræna*] De *muræna* ix. 23. *Mys* conchæ genus, de quo ix. 56. De mitulis, et myiscis libri hujus cap. 31. De muricibus, seu buccinis ix. 61.

<sup>y</sup> *Oculata*] Inter pisces qui duriusculi sunt, aurata, corvus, scarus, oculata, censentur a Corn. Celso ii. 18.

<sup>z</sup> *Ophidion, ostrea*] De ophidio, diximus c. 35. libri hujus: de ostreis, c. 21.

<sup>a</sup> *Otia*] Græcis *ὠτία*, de quibus Athenæus lib. iii. p. 91. Latine *auricu-*

*las* dixeris. *Λεπάδα ἀγρῶν* vocat Arist. Hist. Anim. lib. iv. Iconem Rondeletius exhibet de Testac. i. 4.

<sup>b</sup> *Orcynus*] *Ὀρκυνος* Athenæo lib. vii. p. 315. *Θύννον μέγαν, ὃν καλοῦσιν Ὀρκυονον*, inquit Arcestratus apud eundem Athen. lib. vii. p. 301. *Ὀρκυνοὶ μεγακῆτες* Oppiano Halieut. iii. 132. *Æliano* Histor. Anim. i. 40. *Ὀρκυνος κητῶδης ἰχθύς, κ. τ. λ.* *Narbonenses* vocant *Ton*.

<sup>c</sup> *Vetustate melior*] Huic affert ætas, ut sit tritone melior: est autem triton, ut mox dicetur, ex iisdem pelamidibus generis magni. Interpretari aliter Oribasius videtur, qui hoc ipsum de Orcyno refert, ii. 58. fol. 29. ex Xenocratis libello de aquatilibus: '*Orcynus*,' inquit, '*est pelamis magna, quæ in paludem non redit, tritoni similis: sed quia difficilins vitiat, ideo insignem vetustatem fert*,' &c.

<sup>d</sup> *Orbis*] De orbe cap. 5. hujus libri. De orthragorisco cap. 9.

<sup>e</sup> *Phager*] De phagro ix. 24. De phycis, quæ inter saxatiles ab Athenæo quoque annumeratur lib. vii. p. 305. et lib. iii. p. 355. nos egimus ix. 42. De pelamide ix. 18.

<sup>f</sup> *Porcus, pitiarus* [*phorcus, phthita-*



nera : pectines maximi et nigerrimi æstate, laudatissimi Mitylenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Antii, in insula Alexandriæ<sup>h</sup> in Ægypto : pectunculi, purpuræ,<sup>i</sup> pegrides,<sup>35j</sup> pinna,<sup>k</sup> pinnoteræ. Rhina,<sup>l</sup> quem squatum vocamus : rhombus. Scarus<sup>m</sup> principalis hodie : solea, sargus, scilla, sarda : ita vocatur<sup>n</sup> pelamis longa, ex Oceano veniens :

//////////

Harduin. et recentt. Mox, *laudatissimi autem Mitylenis* Chiff. Paulo post, *Alexandriæ Ægypti* Vet. Dalec.—35 ‘Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. In cod. Reg. 3. *pigridas*. Quæ sit illa concha ignotum. Sine auctoritate in recentioribus editionibus, *percides*.’ Brotier. *pegrides* etiam Vet. Dalec.

#### NOTÆ

rus] Qui his nominibus pisces appellaret, nemo adhuc alius idoneus auctor occurrit. In Reg. non *phorcus*, sed *porcus* legitur. Haud dubie marinus porculus intelligitur, de quo ix. 17.

κ *Passer*] De passere ix. 36. De pastinaca, eodem libro, c. 40. De polypis, ejusdem libri c. 48. De pectinibus ix. 51. Laudatissimos esse Mitylenis, auctor etiam Philyllius apud Athen. lib. iii. p. 93. Archestratus quoque, p. 92. *Τοὺς δὲ κτένας ἢ Μιτυλήνη*.

<sup>h</sup> *In insula Alexandriæ*] Pharo, vel Canopo. Plinius v. 34. ‘Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, ut ferunt, dicta. Altera juncta ponte Alexandriæ, colonia Cæsaris Dictatoris, Pharus.’ Diphilus Siphnius Medicus, apud Athen. lib. iii. pag. 90. de tellinis agens, *Τελλίνοι*, inquit, *γίνονται μὲν ἐν Κανώβω πολλαί, καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν πληθύνουσιν, κ. τ. λ.* Jam superius cap. 24. libri hujus, pectunculis attributas a Plinio dotes observavimus, quas tellinis Dioscorides assignarat. Utrique fortassis Alexandriæ laudati. De pectinibus certe testis Xenocrates apud Oribas. ii. 58. ‘Pectines optimi sunt. . . . Omnibus autem antecellunt Mitylenæi. . . . His similes Ionium mare juxta Illyrida,

Etruriam, Salonas, Latium producit. Jam vero et Chios, et vicinæ insulæ, itemque Alexandria hujusmodi pisces ferunt.’ Pectines certe non horum duntaxat locorum, sed et Tarenti laudat Horat. iv. Sat. 2. 34. ‘Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.’

<sup>i</sup> *Purpuræ*] De purpuris ix. 60. et seqq.

<sup>j</sup> *Pegrides* [*percides*] Locum hic *percides* habere posse vix adducor ut credam : quid enim discrepat percis a perca, quæ superius recensita est inter pisces anni marique communes? In Reg. 2. cod. *pegrides*.

<sup>k</sup> *Pinna*] De pinna et pinnotera ix. 66.

<sup>l</sup> *Rhina*] Sic Isidorus Orig. xii. 16. ‘Squatus dicitur, quod sit squamis acutis : unde et ejus cute lignum politur.’ Græci *ρίνη* appellant. Glossæ : *‘ρίνη, squatul.* Lege, *squatul.* Vide Voss. in Etymol. Egimus de eo ix. 40. et alibi passim. De rhombo eodem libro c. 36.

<sup>m</sup> *Scarus*] Plinius ix. 29. ‘Nunc scaro datur principatus.’ De solea ix. 36. De sargo eodem libro c. 30. Scilla, sen squilla potius, *καρίς* est Græcis : ejus genera plura affert Rondeletius xviii. 6. et seqq.

<sup>n</sup> *Sarda* : ita vocatur] Hæc totidem verbis Xenocrates apud Oribasium

scomber,<sup>o</sup> salpa, sparus,<sup>p</sup> scorpæna, scorpio,<sup>q</sup> sciadeus, sciæna,<sup>36 r</sup> scolopendra,<sup>s</sup> smyrus, sepia,<sup>t</sup> strombus,<sup>u</sup> solen, sive aulos, sive donax, sive onyx, sive dactylus: spondylus,<sup>v</sup> smarides,<sup>w</sup> stella, spongia.<sup>x</sup> Turdus<sup>y</sup> inter saxatiles nobilis: thynnus,<sup>37</sup> thranis,<sup>z</sup> quem alii xiphiam vocant: thassa,<sup>38 a</sup> torpedo,<sup>b</sup> tethea: triton<sup>c</sup> pelamidum generis



Mox, *pinnothera rhina*, quam *squatina* Rondel.—36 Rondel. sive *sciæna*. Mox *Smyrus*, *scepini* Gronov. et vulgg.—37 ‘Ms. nobilis trinus; puto, *trachinus*.’ Dalec. nobilis. *Tomus Thurianus* Gronov. et vulgg. Mox, quem aliqui *xiphie* putant Vet. Dalec.—38 Chiff. *Thassa*; alii ap. Dalec. *Thrissa*. Gronov. et al.

#### NOTÆ

lib. II. pag. 130. Galenus de Alim. Fac. III. 31. pag. 395. tom. VI. sic pelamidem appellari innuit, cum Sardiniam præternatat. Ut mirum sit a Gaza creditum sardinas nostras hac voce signari. De sarda et cordyla condendis Apicius IX. 10. ex quo ejusdem generis esse, nempe thynnorum, sardam esse cordylamque intelligas.

<sup>o</sup> *Scomber*] De scombro IX. 19. et XXXI. 43. De salpa eodem libro c. 32.

<sup>p</sup> *Sparus*] Comicus vates apud Athen. lib. III. pag. 107. sartagini simul imponit, *καρδά, φύκη, κώβιον, πέρεκη, σπάρον*. Dotes ejus in cibus Athenæus expedit lib. VIII. Iconem Rondeletius exhibet v. 3. Nostris *Sparalon*: Italis, *sparlo*, et *carlino*.

<sup>q</sup> *Scorpæna, scorpio*] Athenæus lib. VII. pag. 32. distare succo et colore *σκόρπανα* καὶ *σκορπῶν* prodidit. Istum a Massiliensibus *Scorpeno*, ab aliis *Rascasse* nominari, auctor est Rondelet. VI. 19. Nomen habet non a scorpii terrestris simili forma, sed a pungendi ritu haud fere dispari.

<sup>r</sup> *Sciæna, sciæna*] Sexu solo discrepant, teste Athenæo lib. VII. pag. 322. *Σκίανα . . . Νουμένιος δὲ σκιάδα ἀπὸν καλεῖ*. Sic paulo ante Plinius thynnos et thymidas, scorpionem et

scorpænam, separatim nominat. Nisi forte, pro *sciæna*, *syæna* magis arriserit: Oppianus enim, Halient. I. 129. præter *σκίανα*, etiam *σύανα* habet: illam nuda saxa herbosa incolere. *Σκίανα* Latine *Umbram* jure appellaveris. Galli vocant *Maigre*.

<sup>s</sup> *Scolopendra*] De ea IX. 67. De smyro, seu myro, eodem lib. c. 39.

<sup>t</sup> *Sepia*] Sic Mss. omnes, ipso Pintiano teste, non *scepini*, ut editi. Quanquam *σέπανοι* inter cœnosos mais pisces annumerantur ab Oppiano Halient. I. 106. *Σκεπιδὸς* item a Dorione apud Athen. lib. VII. pag. 302. De sepia nos egimus IX. 45.

<sup>u</sup> *Strombus*] De strombo, seu turhine, diximus c. 30. hujus libri. De solene c. 32.

<sup>v</sup> *Spondylus*] Athenæo lib. III. pag. 87. *Τράχηλος*. Macrobius Saturn. II. 9. inter prima cœnæ Pontificiæ ferula spondylos numerat. Pinguntur a Rondel. de Test. I. 40.

<sup>w</sup> *Smarides*] *Σμαρίδες* quoque Dioscoridi II. 30. aliisque e genere mænarum.


<sup>x</sup> *Stella, spongia*] De stella IX. 86. De spongiis eodem lib. c. 69.

<sup>y</sup> *Turdus*] Vide quæ de eo diximus IX. 20.

<sup>z</sup> *Thynnus, thranis*] *Xiphias* minor thranis appellatur. Vide Notas et Emend. num. 30.

magni: ex eo uræa<sup>d</sup> cybia<sup>39</sup> fiunt. Veneriæ,<sup>e</sup> uva. Xiphias.<sup>40 f</sup>

LIV. His adjiciemus ab Ovidio<sup>1 g</sup> posita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur; sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit: bovem, cercyrum<sup>2 h</sup> in scopulis viventem, orphum,<sup>i</sup> rubentemque erythinum,<sup>3 j</sup> sparulum,<sup>4</sup> pictas<sup>k</sup> mormyras,



vett. *Thessa*.—39 Dalec. *et cybia*.—40 Ita cod. Reg. Brot. 2. *xiphie* al. ante Brotier.

CAP. LIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *apud Ovidium* Gronov. et vulgg.—2 Chiffli. *bovum per gyrum*; Gronov. et vulgg. *Bopgyrum in scopulis*, &c.—3 ‘*Rubentemque erythinum*] Corrupte quidem Mss. Reg. *rubentemque acynum*. Pessime recentiores editiones, *orphum rubentem, rhacinumque pullum*. Emendandum fuit, ut patet ex versibus Ovidii, *orphum, rubentemque erythinum*. Erythinus, *le Pagel*.’ Brotier. *orphum rubentemque acynum pulum* Chiffli.—4 ‘*Sparulum*] Corrupte adhuc libri

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Thassa*] Sic Mss. Reg. 2. et Chiffli. In editis, *thessa*. Et *θέττα* vocabat Dorotheus Ascalonites lib. CVIII. collectionis vocabulorum, apud Athen. lib. VII. pag. 329. Alosa nostra esse ea Rondeletio videtur VII. 15.

<sup>b</sup> *Torpedo*] De torpedine IX. 67. Tethea explicuimus c. 30. libri hujus.

<sup>c</sup> *Triton*] Meminit Xenocrates de Alimento ex Aquatil. apud Oribas. II. cap. 53. Sed locus, ut videtur, est mutilus: ‘*Triton sectum cybium ægre vitiatur: solidius est cybio, in ceteris par.*’

<sup>d</sup> *Ex eo uræa*] Οὐράιον κύβιον pulpamentum est caudæ proximum, quod eleganter describit Archestratus apud Athen. lib. VII. pag. 303. ex thymnaque grandiore, hoc est, e tritone, parari jubet.

<sup>e</sup> *Veneriæ*] Ita Mss. Reg. 2. Collb. 3. et Chiffli. In editis, *Urenæ*, inepte. Egimus de conchis Veneriis IX. 52.

<sup>f</sup> *Uva. Xiphias*] De uva IX. 1. De xiphia, seu gladio, c. 6. libri hujus.

<sup>g</sup> *Ab Ovidio*] In libro Halienticon. *Delph. et Var. Clas.*

—‘Sed qui nunc Ovidii nomine eo titulo libellus inscribitur, inter poetum a Pithæo edita, longe ævi sequioris est; ex ipsis Plinii verbis confictus.’ *Ed. sec.*

<sup>h</sup> *Bovem, cercyrum*] In libris vulgatis, *Bopgyrum*. In Reg. 2. Collb. 3. et Chiffli. *Bovem pergyrum*. Cercyrum ex Ovidio ipso rescripsimus, in Halient. vs. 102. ‘*Cercyrosque ferrox scopulorum sine moratus.*’ *Bovem* quoque ipso auctore retinuimus, vs. 91. ‘*Nam gaudent pelago, quales scombrigue, hovesque.*’

<sup>i</sup> *Orphum*] Ovidius vs. 103. ‘*Cantharus ingratus succo, tum concolor illi Orphus, cœruleaque rubens erythinus in unda.*’ Meminit etiam Ælianus *Histor. Anim.* XII. 1. et ante Ovidium Arist. *Histor. Anim.* VIII. 20. pag. 930. ex quo Plinius ipse eum piscem appellat, IX. 24.

<sup>j</sup> *Erythinum* [*Rhacinumque*] Portentum id vocis est, nec Mss. quicquam juvant; nec ipse Ovidius, mutilo, ut nunc est, imperfectoque opere, unde hæc accepta.

<sup>k</sup> *Pictas*] Ovidius vs. 110. ‘*Et ra-*

aureique coloris chrysophryn,<sup>5</sup> permeca, tragus,<sup>6</sup> et placentem cauda labrum,<sup>1</sup> epodas<sup>m</sup> lati generis. Præter hæc insignia piscium tradit channem<sup>n</sup> ex seipsa concipere, glaucum<sup>o</sup> æstate nunquam apparere, pompilum<sup>p</sup> qui semper comitetur navigiorum cursus, chromin<sup>7</sup> qui nidificet in aquis. Elopem<sup>8</sup> quoque dicit esse nostris incognitum undis: ex quo apparet falli eos, qui eundem acipenserem<sup>s</sup> existimaverunt. Elopi palmam saporis inter pisces multi dedere.

LV. Sunt præterea a nullo auctore nominati, sudis La-

//////////

scripti et editi, *pulum*, vel *pulum*. Emendandum fuit, *sparulum*, ut constat ex Ovidio Halient. vs. 106. 'Et superaurata sparulus cervice refulgens.' sparulus ad sparos pertinet.' Brotier.—5 'Male Mss. Reg. *criso*, vel *crisopretem*. Emendandum, *chrysophryn*, docuit Ovidius Halient. vs. 110. 'Et pictæ mormyres, et auri Chrysophrys imitata decus.' *Idem*.—6 'Percam, tragus] Sic quoque Ovid. Halient. vs. 112. Pessime Mss. Reg. et Editio princeps, *parum tergum*. Nec melius recentiores, *præterea parvum tragus*. Perca, *la Perche de mer*. Tragus, *la Mendole male*. Mæna mas dicitur tragus, cum ejus color obscuratur, et tunc mænarum caro pessimus est cibus. Id contingit hyeme.' *Idem*. *parum tragus* Chiffi. *parvum teragum* Gronov. et al. vett. *parvum tragus* Harduin. et recentt.—7 *Chromium* Chiffi.—8 Gronov. et al. *Helopem*.

#### NOTÆ

rus Faber, et pictæ Mormyres, et auri Chrysophrys imitata decus: tum corporis Umbræ Liventis, rapidique Lupi, Percæque, Tragique. Quin laude insignis caudæ Melanurus,' &c. Auctor Kiranidum, pag. 43. 'Mormyros piscis marinus comestibilis et parvus.' *Μόρμυρος* et *μόρμυλος* apud Athen. lib. vii. pag. 313. Nunc quoque *Morme*, in Gallia Narbonensi, teste Rondel. v. 22. Quid si porro hoc loco non *parvum tragus*, sed *percam, tragus* ex Ovidio legi jussero?

<sup>1</sup> *Labrum*] Sic etiam Mss. An potius *melanurum*, ex Ovidii versu alato?

<sup>m</sup> *Epodas*] Ovidius vs. 126. 'Tunc Epodes lati, tum molles tergo rana.''

<sup>n</sup> *Channem*] Ovidius vs. 108. 'Et ex se Concipiens channe, gemino

frandata parente.' Vide quæ diximus ix. 23.

<sup>o</sup> *Glaucum*] Ovidius vs. 117. 'Ac nunquam æstivo conspectus sidere glaucus.' Dictum id jam ante, ix. 25.

<sup>p</sup> *Pompilum*] Ita plane et Oppianus Halient. i. 196. pluresque alii apud Athen. lib. vii. pag. 283. et 284. Ovidius vs. 100. 'Tuque comes ratinm, tractique per æquora sulci, Qui semper spummas sequeris, Pompile, nitentes.'

<sup>7</sup> *Chromin*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lib. ix. num. 67.

<sup>8</sup> *Elopem*] Ovidius vs. 96. 'Et pretiosus elops nostris incognitus undis.' Auctor Kiranidum, pag. 145. 'Elops est piscis magnus, similis glauco.'

<sup>s</sup> *Qui eundem acipenserem*] Cum O-

tine <sup>t</sup> appellatus, Græcis <sup>t</sup> sphyræna, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed non <sup>2</sup> degener. Appellantur et pernæ <sup>u</sup> concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimæ. Stant velut suillo crure longo in arena defixæ, hiantesque, <sup>3</sup> qua limpitudo est, pedali non minus spatio, cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondylo <sup>v</sup> grandis caro est. Et hyænam <sup>w</sup> piscem vidi in Ænaria insula captum. Exeunt præter hæc <sup>4</sup> purgamenta aliqua relatu indigna, et algis potius annumeranda, quam animalibus.



CAP. LV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *appellata a Græcis* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *sphyræna nomine, sudi rostro similia.*—2 Gronov. et al. ante Harduin. *sed tamen non; τδ non deest in cod. Dalec.*—3 Vet. Dalec. *defixo, hiantque.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in Ænaria insula captum, caput exerentem. Præter hæc* edd. vett. et Gronov.

## NOTE

vidius elopem secernat ab acipensere: de isto enim, vs. 132. 'Tuque peregrinis acipenser nobilis undis.'

<sup>t</sup> *Sudis Latine*] Quod rostro similitudinem sudis referat, hoc est, pali exacti: quam ob causam et σφύραινα Græcis. Cum amplissimus is dicatur esse et rarus, non is esse videtur, quem Arist. σφύραιναν vocat Hist. Anim. lib. ix. atque esse galeam.

<sup>u</sup> *Appellantur et pernæ*] Meminit Beda in suis Grammaticis Expositionibus: pernamque Latinis idem sonare existimat, ut videtur, quod Græcis pinnam. Verba ejus appono: PERNA QUÆ MVLTO MAJOR EST OSTREIS, EX CUJUS VELLERIBUS VESTIS CONFICITUR. 'E geminis nascor per

Ponti cœrula conchis, Vellera setigero prodneens corpore fulva: En chlamydem populi, necnon et pabula pulpæ Confero: sic duplex fati persolvo tributum.' A perna utique *pernula* deminuta voce sequior ætas dixit: unde nos concham margaritifera, *Nacre de perles*, deinde appellavimus. Chron. Casin. lib. III. cap. ult. 'Coppetellæ de pernis,' hoc est, de conchis istis.

<sup>v</sup> *Intus pro spondylo*] Spondylus callus interior est, quo testæ suæ caro ostreorum sive concharum adhærescit.

<sup>w</sup> *Et hyænam*] Apud Athen. lib. VII. pag. 326. crebra piscis hyæne mentio ex vetustioribus poetis.

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### AD LIBRUM XXXII.

#### NATURALIS HISTORIÆ

#### C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. V. *Atque ita condi, dum transeat rete]* Sic restitimus, ex vestigiis codicis Reg. 2. in quo legitur, *atque ita candi dum transeat recte. In libris vulgatis vitiose, obscuraque sententia, atque ita conditum transire rete.*

2. Ibid. *Anthiam tradit idem infixo hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellato ci spina, eaque lineam præsecare]* In libris hactenus editis: *Pytheus id tradit. Idem infixam hamo, &c.* quod interpolatorum manum sapit, qui ad murænanam, de qua proxime antea sermo fuit, id pertinere rati, *infixam* scripsere, cum *infixas* scribi decuisset, quod de murænis numero multitudinis oratio tota texatur. At Mss. Reg. 2. aliique, *Pithiasim tradit idem infixo hamo.* Neque vero ad murænam hæc spectare, sed ad anthiam piscem, quem in scriptorem Massiliensem Pytheam et amanuenses et editores transformarunt, plane gemina et par Ovidii oratio contestatur, a quo novissimum istud, ut anteriora omnia, haustum exemplum, e libro videlicet Halienticon vs. 45. ubi postquam de muræna egit, transit ad anthiam statim, quod et

Plinius vestigiis ejusdem insistens, ut profitetur, facit: ‘Anthias his, tergo quæ non videt, utitur armis, Vim spinæ novitque suæ, versoque supinus Corpore lina secat, fixumque intercipit hamum.’ Quod vero sibi ipsi præstare anthiam hoc loco Naso pronuntiat, hanc officii vicem a sociis accipere, alios secutus anctores Plinius asseverat IX. 85. Irritus Aldrovandi conatus, qui de Piscib. III. 27. p. 362. vulgatam scripturam defendere omni ope nititur.

3. CAP. VII. *Item in Labrandei Jovis fonte anguillas]* Prius in *Labradii* legebatur. In Reg. 2. *Labrاندii.* Ælianus Histor. Anim. XII. 30. inter ea stagna lacusve, qui pisces cicures alant, hunc recenset: *Καὶ ἐν τῷ ἱερῷ δὲ τοῦ Λαβράνδεω Διὸς ἐστὶ κρήνη διειδοῦς νάματος, καὶ ἔχουσιν δρμίσκουσ χρυσοῦς, καὶ ἐλλόβια χρυσᾶ μέντοι καὶ ταῦτα.* Herodotus in Terpsichore, *ἐς Λάβρανδα ἐς Διὸς Στρατίου ἱερόν.* Stephanus: *Λάβρανδα, κάμη Καρίας· τὸ ἔθνικον, Λαβράνδιος.* Sic etiam Strabo, a quo Stephanus accepit. Addit Ælianus hoc templum LXX. stadiis ab urbe Mylasiorum distare, *τῆς Μυλασιῶν πόλεως.* Plutar-

chus tamen in Quæst. Græcis, p. 301. Λαβραδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ simulacrum laudat, et p. 302. ipsum Jovem Λαβραδέα τὸν θεόν.

4. Ibid. *Similiter in Chio juxta senum delubrum*] Ita libri omnes, etiam manu exarati. Num legi tamen in Cœo satius fuerit, peritiores judicent. Nam de sacrificio a senibus fieri solito apud Ceos, Kelous, in templo utique, fanove aliquo, antequam civitatem biberent, meminit Ælianus Hist. Var. III. 37.

5. CAP. VIII. *Nam in Lyciæ Myris in fonte Apollinis, quem Curium appellant*] Ita libri omnes, conditivi ac publici. Quid si nihilominus in Lyciæ Syrrhis legatur? Nam hoc ipsum de pago, cui Syrrha nomen, referunt Ælianus Histor. Anim. VIII. 5. et Plutarchus de Solertia Animal. p. 976. Situm ejus in Lycia esse, Myram inter et Phellum. Πέπσομαι δὲ, inquit Ælianus, κώμην τινὰ Λυκιακὴν μεταξὺ Μύρων καὶ Φελλοῦ, Σύρρα ὄνομα, ἐν ᾗ μαντεύονται τινες ἐπ' ἰχθύσι καθήμενοι, κ. τ. λ. Et Plutarchus: Ἐπεὶ καὶ περὶ Συῦραν πυνθάνομαι κώμην ἐν τῇ Λυκίᾳ, Φελλοῦ μεταξὺ καὶ Μύρων, καθεζομένους ἐπ' ἰχθύσιν, ὥσπερ οἰωνοῖς, διαμαντεύεσθαι τέχνη τινί, κ. τ. λ. Hæ Lyciæ sortes Virgillii sunt Æneid. IV. 346. et 377. Similis est locus alter portusve in Lycia, ubi ex piscibus angurium petebatur: Δῖνος εἰ portui nomen fuit, teste Polycharmo Lyciacorum lib. II. apud Athen. lib. VIII. p. 334. Similes et in Lydia (nisi Lyciæ scribendum sit) ex Varrone sortes, de Re Rust. III. 17. p. 113.

6. CAP. X. *Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent, nō polluerent: parsimonia commentus, ut convivia publicæ et privata, . . . facilius compararentur*] Libri ad hunc diem editi, quibus et conditivi favent, sed hac parte vitiiati: *nō polluerent patrimonium: commentus, &c.* Ridicule. Certissima nostra conjectura est, quam Servius egregie stabilit ad eum versus Maro-

nis: 'Pauperque Senatus Thura dabant.' Æneid. VIII. 'Re vera pauper,' inquit, 'per quod ostenditur parsimonia pro laude tunc habita. Et libri veterum tradunt a majoribus sacrificando parsimoniam observatam esse.' Itaque est ea Numæ lata lex, ut sumptibus parceretur: ejusmodi enim pisces, ob raritatem, magno veniebant.

7. CAP. XIII. *Quod ipsum corrupti fraude conjicientium gummi cum sanguine, aut Hammoniaco*] Hæc codicis Regii 2. sincerissima lectio, quam fide summa totidem literarum apicibus repræsentamus: *abdicata vetere, quam interpolatores sic concinnarunt: Quod ipsum corrupti fraude, conjicientibus gummi cum sale Hammoniaco.* Favet Dioscorides emendationi, ut in prioribus Notis ostendimus.

8. CAP. XIV. *Ex eodem genere testudinum sanguis instillatus cerebro capitis dolores sedat*] In Reg. 2. codex cerebro. In libris hactenus editis, *crebros capitis dolores: in Chiffli. instillatus cerebro.* Posterius magis aridet. Archigenes, apud Galenum κατὰ τόπου, II. 2. p. 381. testudinis palustris sive lutariæ sanguinem instillari sinicipiti jubet: *Χελώνης λιμναίας, ἣν τινες ἀμύδα καλοῦσιν, αἷμα ἐπίσταζε ἐπὶ τὸ βρέγμα.*

9. CAP. XX. et XXI. *Et cancri marini decocti jus contra dorycniū efficax habetur: peculiariter vero contra leporis marini venena. Et ostrea adversantur iisdem. Nec potest videri satis dictum esse de his, cum palma mensarum divitum attribuat̄ illis*] Locum hunc miserabiliter depravatnm Pintianus agnovit, cum sic legeretur: *contra dorycniū efficax habetur.* Initio deinde facto alterius capitis a verbis proxime sequentibus: *Peculiariter vero contra leporis marini venena et ostrea adversantur. Idem videtur, nec potest videri . . . cum palma mensarum divitum tribuat̄ illis.* Unde istud, quæso, videtur irrepsit, quod nec Reg. 2.

nec Chiff. codex agnoscit? Cetera planissima sunt, nec egent Pintiani conjectura sic emendantis: *Fidem nepotes vestram! satis dictum est de his*, ut sit interrogatio ducens ad negationem: quod subtilius excogitatum certe est, quam verius.

10. CAP. XXI. *Hæc videtur causa, quare minora in alto reperiantur*] Hæc sincera lectio Regii cod. 2. quam totidem apicibus summa fide repræsentamus: qua nihil esse Plinianæ sententiæ congruentius potest. Nam si grandia reperiantur ubi Sol penetret in vada, consequitur ut in alto, quo Sol non penetrat, parva pelagia reperiantur. Vidit hoc et Pintianus ex suo pariter exemplari: unde quam vana fluxaque fide in edendo Plinio versati sint priores apparet, qui sic exhibuerunt, *quare minora in aliis locis reperiantur.*

11. Ibid. *Suaviora Medullis*] In libris ad hunc diem vulgatis, *Suaviora Edulis*, absurde. Sinceram lectionem obscuris admodum vestigiis retinet Regius 1. codex: at Colbertinus 3. plane perspicuis, cum in eo legatur, *suaviora Medullis*. Ostrea Medulla, sive Medulla, sive Medullica, laudant celebrati viri, quotquot Burdegalæ commorati sunt. Ausonius Epist. VII. p. 141. 'Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum Dulcibus in stagnis reflui maris æstus opimat.' Eadem Burdigalensia appellata ab ipsomet Epist. 143. 'Sed mihi præcunctis ditissima, quæ Medulorum Educat Oceanus, quæ Burdigalensia nomen Usque ad Cæsareas tulit admiratio mensas, Non laudata minus nostri quam gloria vini. . . Proxima sint quævis, sed longe proxima multo Ex intervallo, quæ Massiliensia: portum Quæ Narbo ad Veneris nutrit, cultuque carentis Hellespontiaci quæ protegit æquor Abydi, Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis: . . . Sunt et Aremorici qui laudent ostrea Ponti,' &c. Sidonius Apollinaris Epist. VIII. 12. ad Trigetium; p. 241. quanquam

subobscura oratione: 'Veni,' inquit, 'ad debellandos subjugandosque istos Medulicæ supellectilis epulones.' Omitto Scaligerum, ceterosque recentiores. Sensit vitium hujus loci, et feliciter emendavit, ante annos xxx. quam hæc scriberemus, Camill. Pellegrino, in *Campania Felice*, p. 541. Nunc ea ostrea a Solaco, Medulorum vico prope Garumnæ ostium, Solacensia cognominantur, de *Soulac*. Notat Thuannus lib. II. de vita sua, p. 23. esse ea optimi saporis, gratissimique gustus: adeo ut violarum odorem referre videantur: repertumque in famulatio suo gulosum puerum, qui centum amplius unns sine nausea deglutiret.

12. Ibid. *Cocta in conchis suis, uti clausa venerint, &c.*] Abest a libris omnibus haec editis vox prior hujus clausulæ, *cocta*, quam ductu codicum Reg. 2. et Chifflet. restituimus: astipulantibus inprimis auctoribus geminis, qui hunc Plinii locum de periculo recitant. Marcello nimirum Empir. cap. 10. pag. 87. 'Ostrea,' inquit, 'ita ut lecta sunt, adhuc testis suis clausa, in carbonibus coquantur, atque in cibo dantur ei qui narium gravedinem patitur.' Et Plinio Valer. I. 28. 'Ad stillationem narium ex humore:' 'Ostreæ cum sua testa, ita ut electæ sunt, in carbonibus coquantur, et in cibo dantur.'

13. CAP. XXIII. *Præparant autem scpiarum crustæ farina medicamentis cutem, et muris marini cinis*] Sic Reg. 2. codex, et is quem Pintianus vidit: quorum ad amussim, quæ in editis depravata sunt, exigenda hoc loco et corrigenda sunt: sic enim isti præ se ferunt: *Præparat cutem scpiarum crustæ farina medicamentis. Cutem replet, et muris marini cinis*. Cum nec priore loco *cutem*, nec postea *replet*, ulli Mss. agnoscant, et impedita luxataque oratio ea verborum serie videatur.

14. CAP. XXIV. *Omnium piscium fluviatilium, marinorumque adeps liquefac-*



tus Sole, admixto melle, oculorum claritati plurimum confert] Et hic typorum errata, qui liquefactus oleo exhibent, ad manuscriptorum fidem emendamus, præsertim Reg. 2. quem fide integra repræsentamus. Adjuvat Plinii transcriptor Marcellus Empir. cap. 8. p. 62. 'Adipes omnium fluvialium piscium,' inquit, 'in Sole liquefacta, adjunctoque melle, inunctioni adhibita, mirifice oculis caligantibus prosunt.' Certiorque auctor Dioscor. II. 94. Τὸ δὲ τῶν ποταμίων ἰχθύων ὄξυδερκὲς ἐγχιρίμενον, ἀποτακὲν ἐν ἡλίῳ, καὶ μέλιτι μίγν. Fluvialium piscium adeps inunctis oculis claritatem affert, si quidem in Sole liquefactus, mellique admixtus fuerit. Neque vero quemadmodum liquefieri oleo possit adeps conjicere in promptu est.

15. Ibid. *Ranas etiam quindecim conjectas in fictile novum, &c.*] Ita libri omnes editi. At Mss. Reg. 2. Chiff. ceterique, XVI. præter Colb. 3. in quo quindecim siue nullis notarum compendiis. Quin et ipse Plinius inferius c. 47. 'Eadem mensura,' inquit, 'alii ex quindecim ranis conficiunt psilothrum, sicut in oculis diximus:' hoc nimirum loco, quem habemus præ manibus. Quin et ibi non quindecim, sed duodecim præfert Reg. 2. ut diximus suo loco. Quare non ranarum numerum signari ab eo hoc posteriore loco, sed parandarum modum existimamus.

16. CAP. XXVI. *Et cybia vetera eluta in novo vase, dein trita, prosunt doloribus*] Habent ita sane libri omnes et manu exarati et typis exensi: nihilominus subesse inendum haud temere suspicamus: nam quid intersit novo an vetere vase eluantur, non admodum liquet: utro coquantur, plurimum interest. Quare elixa malim, quam eluta scribi, si ulla exemplaria suffragantur. Astipulatur certe quidem conjecturæ huic nostræ Marcellus Empir. qui a Plinio videtur hausisse, quæ tradit cap. 13. pag. 97.

'Cybium optimum,' inquit, 'ac vetustissimum ollæ inditur atque argilla circumlinitur, et furno ardenti objicitur, ut ad cinerem cybium excoquantur: tunc adjecto Pario lapide contuso, salsamenti supra dicti favilla conteritur: hoc dentifricium ita bonum est,' &c. Galenus quoque libro quinto extremo κατὰ τόπους, pag. 486. Τινὲς δὲ παρίχθους καύσαντες ἐν χύτρῳ προσβάλλουσι τῷ φαρμάκῳ, ἢ κύβιον κατ' ἰδίαν γὰρ ἐάν τις χρῆσθῃται τῇ σποδιᾷ, οὐκ ἀλγήσει. Quidam salsamenta in olla exusta ad medicamentum addunt, aut etiam cybium: si quis enim eorum cinere per se utatur, dentis dolorem non percipiet.

17. CAP. XXVII. *Mire lepras, lichenas, lentigines tollunt cum lupino*] Sic libri profecto omnes: num glutino tamen quam lupino legi præstabilius fuerit, peritiores viderint. Nam idem ad lichenas medicamentum scribitur XXVIII. 50. non lupino admixto, sed glutino. 'Lichenas oris,' inquit, 'præstantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulfure vivo,' &c.

18. CAP. XXVIII. *Mænarum muria, et capitum cinis cum melle sanat strumias*] Locum hunc sanavimus ductu codicum Reg. 1. 2. Colb. 3. et Chiff. adversantibus licet typis, qui mænarum exhibent. Ut ad strumas modo, sic etiam ad anginas paulo post, hoc cap. mænarum cinis asciscitur. In Indice hujus loci mænæ, non murænæ, libri omnes Mss. præferunt.

19. Ibid. *Et sauri piscis marini jocineribus*] In libris hactenus vulgatis, et scari. At in Mss. Reg. 1. 2. Colb. 3. sauri piscis: et in Indice hujus loci ex omnibus Mss. sawrus. Æliano Histor. XII. 25. Σαῦρος, lacertus, inter pisces Rubri maris censetur. Meminere præterea Aristoteles et Athenæus. Plinius infra cap. 53. 'Sunt lacertorum genera,' &c.

20. CAP. XXXI. *Degenerant in duas species: in mitulos, qui salen virusque*

*resipiunt: myscas, quæ rotunditate differunt, minores aliquanto atque hirtæ, tenuioribus testis, carne dulciores.] Geminus in hunc locum error irrepsit, meo quidem iudicio: quauquam de priore ampliandum censeo. Posterior extra controversiam omnem est: nam quod typi præferunt, carne duriores, manuscripti codices, Reg. 2. aliique dissentint, qui dulciores exhibent: neque ii modo, sed et Athenæus ipse, cuius verba mox afferemus. Verum paulo ante, cum eadem conditiva exemplaria miro consensu saltem retineant, scillam rescribere mihi religio fuit, etsi ita scripsisse intelligo Athenæum, geminum illud myacum genus totidem ferme verbis alioqui explanantem lib. III. pag. 87. ut non sit ovum ovo similis, quam sunt ista inter se quæ uterque prodit. Τῶν δὲ μῶν, inquit, ... οὐρητικώτεροι μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τὴν κοιλίαν φερόμενοι. Εἰσὶ δ' αὐτῶν ἔνιοι καὶ σκιλλῶδεις, κακὸς χυλοῖτε καὶ πρὸς τὴν γέυσιν ἀπειθεῖς· οἱ δὲ ἐλάσσονες τοῦτω, καὶ δασεῖς ἕξωθεν, οὐρητικώτεροι μὲν εἰσι, καὶ εὐχυλώτεροι τῶν σκιλλῶδῶν, ἀτροφώτεροι δὲ διὰ τε τὸ μέγεθος, κ. τ. λ. Musculi autem . . . ad urinam provocandam commodiores, et ad solvendam alvum: sed ex his quosdam mordaci et ingrato sapore scillam resipere, vitiosum succum procreare, gustui displicere. His autem minores, et foris hirtos, urinam magis cicere, et succum meliorem suppeditare, quam quibus scillæ gustus est, sed minus alere, tum quia magnitudine aliis pares non sunt, &c. Suboluit ante nos error iste Gesnero.*

21. Ibid. *Ileos et inflationes castoreæ cum lauci semine et petroselini . . . tormina vero, cum anetho ex vino mixto]* Scilicet, ut contra inflationes petroselini semen, sic contra tormina anethum, haud multum absimile, castoreis admiscetur. Sic nos huic loco curationem adhibuimus ductu codicum Reg. 2. et Chiff. præsertim ita postulante orationis serie. Typi ad hunc diem omnes, cum aceto vino mix-

to exhibent.

22. CAP. XXXII. *Lieni medetur solea . . . item torpedo: item rhombus virus, &c.]* Ita Reg. 2. In Indice hujus loci, ex Mss. omnibus, *Solea piscis. Rhombus.* In Reg. 1. et Colb. 3. hoc loco, *item robor.* Et *strombus* tamen ex suo exemplari reponere pro *rhombus* nititur Pintianus. Frustra est. Nam Marcellus Empiric. hunc locum transcribens cap. 23. pag. 165. 'Solea piscis,' inquit, 'spleni imponitur, vel torpedo, vel rhombus: sed impositus rursus vivus in mare mittatur, mire prodest.' Quin et in absurda Plinii Valeriani lectione, quæcumque ea est, vestigia haud obscura extant, ex quibus crui sincera possit: sic enim ille II. 18. 'Splenis dolori solea piscis contra ligatur:' 'Torpedorum et buseum, si vividum superligatur,' &c. Trajectæ sunt nempe literæ, in hunc modum restituendæ, *Torpedo et rhombus, &c.*

23. Ibid. *Lapis qui invenitur in scorpionis marini cauda]* Mallet in *cupite* legi Rondeletius VI. 19. Reclamant omnia exemplaria. Reclamat exemplaribus omnibus, quæ supersunt, vetustior Plinius Valer. II. 39. 'Vesicæ et calculo purgando:' 'Lapillus,' inquit, 'qui invenitur in scorpionis marini cauda utiliter potatur.' Et luentior auctor Marcellus Empir. c. 26. p. 181. 'Lapillus, qui invenitur in scorpionis marini cauda, tritus utiliter bibitur cum vino a strangurioso.'

24. CAP. XL. *Adusta sanantur cancri marini vel fluviatilii cinere . . . Hæc curatio etiam pilos restituit cum ranarum fluviatilium cinere]* Haec enim legatur, cum *cancrorum fluviatilium cinere.* Inepte: quorsum enim prodesset dicatur cancri fluviatilii cinis, cum cancorum fluviatilium cinere? Auctor emendandi extitit Plinius Valer. qui utriusque remedii meminit III. 36. 'Eis vero,' inquit, 'quæ ferventi aqua combusta sunt, ranarum

cinis inspersus adeo prodest, ut etiam pilos reddat.' Et paulo post: 'Cancerorum marinorum vel fluviatilium cinis ex oleo prodest ambustis.' De caneris idem prodidit et Theodorus Priscianus 1. 17. 'De ustione calida, vel ignis.'

25. Ibid. *Prodest et fibrinarum pellicium cinis*] Nempe ad ambusta sananda. Sic totidem plane syllabis apicibusque literarum Reg. 2. codex, et is quem Pintianus laudat. Typi hactenus præferunt, *Prodest et febrī rannarum fellis cinis*, quo nihil dici absurdius potest: neque enim hic febrī locus, cui sanandæ medicamenta omnia jam exhausta sunt c. 38. Astipulatur et Plinius Valer. III. 36. cuius lemma est, 'Ambustis sanandis: 'Efficax est,' inquit, 'fibrinarum pellicium cinis.' Quod vel ex hoc ipso Plinii loco, vel ex iisdem fontibus, unde noster, hausit. Fibrinarum pellicium cinerem et ad sanguinis e nare profluvium Plinius commendat c. 42.

26. CAP. XLI. *Tetanicos coagulum vituli adjuvat, &c.*] Ita restituimus ductu codicum Reg. 2. et Chiffi. cum typi pèrperam edant, *Lethargicos*. At nunc de nervorum vitiis agitur, quorum non postremum tetanus est, de quo XXIII. 24. De lethargo dictum est paulo ante c. 38. neque iis potu vituli marini coagulum, sed olfactu prodest, ut ibi Plinius annotavit.

27. CAP. XLIV. *Et alex purgat ulcera in linteolis conserptis*] In libris hactenus vulgatis, *Et salpe expurgat ulcera*: atque ea voce *salpe* obstetricem eam signari Rondeletius arbitratur v. 23. de qua nos agemus in Auctorum Indice: de pisce ejus nominis accipiunt alii, quod sane multo verisimilius erat, cum sequatur, 'Item echinorum testæ cinis.' Nos vero sic litem dirimimus, ut omnes cadere causa statuamus. Neque enim hic *salpe*, sed *alex* locum habet, de qua dictum est abunde XXXI. 44. In Reg.

2. cod. *Et halpex purgat*: unde literula una extrita *halpex* superest, quo pacto hanc vocem vetusti alii codices repræsentant. Alecem Plinius, quæ salsamenti præstantissimi, sive garī, est imperfecta fæx, ad ulcera sic modo commendat, ut proxime antea salsamenta ipsa iis immitti præcipit: nec multo post cap. seq. alecem iterum defervefactam adhibet ad alios morbos. Sed, quod conjecturam nostram eregie constabit, Plinius Valerianus, hunc locum summa fide transcribens, III. 22. 'Alece,' inquit, 'linteolis conserptis imposito, purgantur ulcera:' ut nullus sit jam reliquus de nostra emendatione dubitandi locus. 'Alecem in linteolis conserptis' idem Valerianus iterum adhibet, ejusdem libri cap. 51. ad morsum canis non rabiosi.

28. CAP. LIII. *Citharus e rhomborum genere pessimus: chalcis, &c.*] Libri hactenus editi sic legunt, *cytharus, chromborum genera, cyprinus, chalcis*. Chrombri qui sint nemo novit, nec cyprinum aut chrombros ulli Mss. habent. Sic enim Reg. 2. et Chiffi. *citharus rhomborum generu pessimus chalcis, &c.* Unde perspicuum fit nihil esse nostra emendatione certius: præsertim attestante Galeno de Aliment. Facult. III. 30. p. 394. simillimum esse scombro citharum: Aristotele, apud Athen. lib. VII. p. 305. alga vescit: iis qui Romæ gustarunt insnavi carne: unde Pherecrates apud eundem Athen. p. 306. ὦ ἀγαθὸς, ἐν-εστὶν ἐν κίθαρρ τι κακόν. Et Xenocrates de Alimento ex Aquatili. apud Orribas. II. 58. 'Citharus et rhombus lati sunt: rhombusque solidus est. . . At citharus mali succi est, et stomacho non idoneus,' &c.

29. Ibid. *Cybius, ita vocatur concisa pelamis*] Salmasius in Solin. pag. 1317. facinus indignum exclamat, obtrudi a Plinio cybium inter piscium nomina, cum piscis pars quædam, salsamentumque sit. Scribat igitur di-

cam non Plinio modo, sed et Varroni de Ling. Lat. lib. iv. p. 21. ita scribenti: 'Aquatilium vocabula animalium partim sunt vernacula, partim peregrina. Foris, *muræna*, quod *μύρανα*, *cybium*, *thynnus*, ejus item partes Græcis vocabulis omnes, ut *melandrya*, *uræon*.' Festo quoque: 'Κύβιον genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant.' Et in Græcis Oppiano lib. vs. 183. inter pisces qui longe degunt a littore, *cybia* annumeranti cum *oreynis*, hoc est, *pelamides* minimas cum maximis: 'Ορκύνων γενεή, καὶ πληνάδες, ἡδὲ κυβεῖαι. Certe cum *μελάνδρως* et *salsamenti* e *thynno* Græcis, et *thynni* simul genus dicatur, ut *Pamphilus* refert, de Nominibus, apud Athen. lib. III. p. 121. *Μελάνδρως δὲ τῶν μεγίστων θύννων εἶδος ἐστίν, ὡς Πάμφιλος ἐν τῷ Περὶ ὀνομάτων παρίστησι· καὶ ἐστὶ τὰ τεμάχη αὐτοῦ λιπαρώτατα.* quidni et minoris *thynni* nomen *cybium* fuerit, et ex ipso *salsamentum*? Certe quæ *Plinius* hoc loco habet, ea totidem plane verbis apud *Oribasium* leguntur, II. 58. fol. 29. ex *Xenocratis* libello de Alimento ex *Aquatilibus*. 'Pelamis exigua,' inquit, 'nascitur

in *Mæotide* . . . *Cybium*, hoc est, *con-cisa pelamis*, quæ post quadraginta dies a *Ponto* in *Mæotin* revertitur, ori grata, et boni alimenti.'

30. Ibid. *Thynnus*, *thranis*, quem alii *xiphiam* vocant] Libri omnes vulgati, ex interpolatione *Hermolai Barbari*, sic habent, *Tomus Thurianus*, quem alii, &c. Editi ante ipsum, in primis *Venetii* 1472. et *Parmæ*, an. 1476. *Thynnus thranus*. Codex item *Colb.* 3. similiter. At *Reg.* 2. *thynnus thranis*: quod visum est anteponendum: *astipulante* in primis *Xenocrate* de Alimento ex *Aquatil.* apud *Oribas.* II. 58. p. 29. 'Thranis,' inquit, 'aut *xiphias* cetaceus est piscis, et in frusta secatur,' &c. Ab *Hésychio* *θορηνεὺς* idem et *ξιφίας* vocatur. Ex *xiphia* pisce frusta demi, quæ *Thmiani* *opsonii* nomen haberent, auctor est *Athenæus* lib. VI. p. 274. sed est ab eo, ut quidem videtur, dispar *pulpa-mentum*: aut is *xiphias*, de quo nunc agitur, e minore genere: ut *cordyla pelamis* pusilla: nam *xiphias* grandior iterum seorsim appellatur, cum diversus ab isto, ut *thynnus* a *pelamide*, *cybio*, *oreyuo*, *cordyla*, et *aplecto*,

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXXIII.

---

---

#### *Metallorum naturæ.*

I. METALLA nunc, ipsæque opes, et rerum pretia dicentur, tellurem intus exquirente<sup>1</sup> cura multiplici modo: quippe alibi divitiis foditur, quærente vita aurum, argentum, electrum, æs: alibi deliciis gemmas et parietum<sup>a</sup> digitorumque pigmenta: alibi temeritati ferrum, auro etiam gratius inter bella cædesque. Persequimur omnes ejus fibras, vivimusque super excavatam, mirantes dehiscere aliquando, aut<sup>2</sup> intremiscere illam, ceu vero non hoc etiam indignatione sacræ parentis exprimi<sup>b</sup> possit. Imus in viscera ejus, et in sede Manium opes quærimus, tanquam parum benigna fertilique, quaqua secatur.<sup>c</sup> Et inter hæc<sup>3</sup> minimum re-

~~~~~

CAP. I. 1 Ita eodd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. inquirente Gronov. et vulgg. *exquirente cura multiplici. Modo quippe, &c.* eod. Dalec.—2 'Ms. videmusque super (lege, subtilus) excavatos montes dehiscere: aliquando autem.' Dalec. Mox, eod. Dalec. *etiam exemplum indignationis.*—3 Ita ex eod. Harduinus et recentt. *quaqua secatur: et inter hæc* eod. Dalec.

NOTÆ

^a *Et parictum, &c.*] Parietum quidem, aurum: nam, ut dicitur libri hujus c. 18. 'jam et ipsi tanquam vasa inaurantur.' Digitorum, gemmæ: quo pertinet scitum illud II. 63. pag. 216. 'Gemmæ etiam, et quosdam parvulos quærimus lapides, scrobi-

bus in profundum ætis. Viscera ejus extrahimus, ut digito gestetur gemma quam petimus. Quot manus atteruntur, ut unus vultu articularis!'

^b *Exprimi*] Explicari.

^c *Quaqua secatur*] Foditur. Sic

mediorum gratia scrutamur: quoto enim cuique fodiendi causa medicina est? Quanquam et hæc summa sui parte tribuit, ut minime parca,^d facilisque in omnibus quæcumque prosunt.⁴ Illa nos premunt,^e illa nos ad Inferos agunt, quæ occultavit^f atque demersit, illa quæ non nascuntur repente.^g Mens⁵ ad inane^h evolans reputet quæ deinde futura sit finis sæculis omnibus exhauriendi eam: quousque penetratura avaritia.^{a 6} Quam innocens, quam beata, immo vero et delicata esset vita, si nihil aliunde, quam supra terras, concupisceret, haberetque nonnisiⁱ quod⁷ secum est!

II. Eruitur aurum, et chrysocola juxta, ut pretiosior^j

^a *Mens in cælum se paulisper efferens secum reputet quis sit finis futurus unquam exhauriendi tellurem, et quousque penetratura sit avaritia.*

//////////

quaque calcatur. Inter hæc Gronov. et vulgg. Mox, scrutamur: cui enim fodiendi cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quæ prosunt Gronov. et vulgg.—5 Gronov. et al. ante Harduin. quæ non nascuntur: ut repente mens, &c. Mox, Vet. Dalec. ad hæc inania volans rep. quis dein futurus sit. Cod. Dalec. futura sit finis non est seculis.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. quousque penetrat avaritia Franz. quousque penetret avaritia Gronov. et vulgg. et quousque penetratura sit avaritia Vet. Dalec.—7 Ita bene codd. Regg. 2. 3. Brotier. si nihil aliud, quam s. t. c. breviterque nisi quod Gronov. et al. ante Harduin. si nihil aliunde, quam s. t. c. breviterque nisi quod Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

Reg. 2. codex, et Pintiani. Recte, cum sequatur statim indignatio, quod admodum paucis fodiendi causa medicina sit. Editi hactenus libri, *quæcunque calcatur: male.*

^d *Ut minime parca*] Ex vestigiis veteris scripturæ, Gronovius conjiciebat legi commodius posse, *ut suggerens large: eadem sententia.*

^e *Illam nos premunt*] Pari elegantia in eodem argumento Seneca versatus, Epist. xciv. p. 419. 'Aurum quidem, et argentum,' inquit, 'et propter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem, propter quæ pugnaremus, extulimus . . . nec erubescimus summa apud

nos habere, quæ fuerant ima terrarum.'

^f *Quæ occultavit*] Horatii scitum illud hic pertinet, III. Od. 3. 49. 'Aurum irreperitum, et sic melius situm, Cum terra celat,' &c.

^g *Illam quæ non nascuntur repente*] Quæ tam lente natura gignit, ut illa ægre, non sponte, parere videatur. Vide Notas et Emend. num. 1.

^h *Mens ad inane*] Inane pro cælo, aëre, familiare præsertim poëtis, ac Plinio. 'Per inania,' 'magnum inane,' Maro, Lucretius, 'profundum inane,' sæpe dixere.

ⁱ *Haberetque nonnisi* [*breviterque nisi*] Reg. 2. et Colb. 3. *haberetque non nisi, forte elegantius.*

videatur, non natura. Parum erat¹ unam vitæ invenisse pestem,^k nisi in pretio esset auri etiam sanies. Quærebat argentum avaritia: boni consuluit interim invenisse minium, rubentisque terræ excogitavit usum. O prodiga ingenia!² quot modis auximus pretia rerum? Accessit ars picturæ; et aurum argentumque cælando carius fecimus.³ Didicit homo naturam provocare. Auxere et artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines^l cebraverunt, ac per obscœnitates bibere.⁴ Abjecta deinde sunt hæc,⁵ et sordere cœpere: et auri argenticque nimium fuit. Murrhina et crystallina ex eadem terra⁶ effodimus,^m quibus pretium

CAP. II. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *nomen ex natura custodiens. Parum enim erat.*—2 Ita cod. Reg. Brot. 3. et Editio princeps. *Heu prodigiosa ingenia!* al. ante Brotier.—3 Ita cod. Reg. Brot. 3. et Editio princeps; ita quoque Gronov. et al. vet. *Accessit ars picturæ ad aurum et argentum, quæ cælando cariora fecimus* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Ita codd. Regg. Editio princeps, et Rezzon. *libidines cælare juvit, &c.* Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 *Abjecta sunt demum hæc* cod. Dalec. *Adjecta deinde sunt hæc*

NOTE

^j *Ut pretiosior*] In Reg. 2. *ut pretiosior videatur, nomen natura.* Colb. 3. *videatur, non natura.* Sane sincerius: ut sit sententia, pretiosioremi videri chrysocollam vicinitate auri, quam natura sua, cum nihil aliud sit quam auri sanies. Libri hactenus editi, *ut pretiosior videatur nomen ex auro custodiens.* At illa *ex auro custodiens*, nulli Mss. habent.

^k *Vitæ invenisse pestem*] Anrum. Mox auri saniem chrysocollam vocat, ut est.

^l *In poculis libidines*] Juvenalis Sat. II. 95. 'Vitreo bibit ille Priapo.' Immo et panes pudenda figura conformabant, ut videre est apud Martial. IX. 3. et XIII. 69. Lampridius in Elagabalo, p. 107. Vasa deinde 'centenaria argentea sculpta, et nonnulla schematibus libidinosissimis inquinata.' Elegans imprimis in eam sententiam est Cœnomai epigramma Anthol. IV. 18. de Cupidine sculpto in caualio: 'Εν κιάθφ τῶν Ἐρωτα;

τίνος χάρις; ἀρκετὸν ὄνφ Αἰθεσθαί κραδίην· μὴ πύρ πῦρ ἔπαγε. *In cythlo cur sculptus Amor? vino ardeat ut cor Est satis: ignem igni quis furor adjicere est?*

^m *Murrhina et crystallina ex eadem terra effodimus*] Produunt hæc verba perspicue murrhina vasa e pretioso olim facta lapide, cum effodi ex æquo cum crystallinis monet. Sic crystallina simul ac murrhina jungit Martialis III. 82. Julius Capitol. in M. Antonino, p. 29. alique. Myrrhina et onychina Ælius Lamprid. in Elagabalo, p. 112. Unde intelligas e fossili materia murrhina fuisse, non fictilia ea, quæ 'porcellanea' nostra ætas vocat, ut visum Cardano, Scaligeroque, in Cardan. Exercit. 92. p. 327. non e concharum genere aliquo, ut Bellonio: non ex indurata myrrha, coloribusque picta, ut Mercato, quem laudat auctor Annalium Ecclesiasticorum, ad annum Christi 34. num. 98. non ipsum esse ony-

faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentum opum, hæc vera luxuriæ gloria existimata est,⁷ habere quod posset statim totum perire. Nec hoc fuit satis, turba gemmarumⁿ potamus, et smaragdis⁸ teximus calyces: ac temulentia causa tenere Indiam juvat: et aurum jam^o accessio est.

III. (1.) Utinamque posset e vita in totum abdicari auri sacra fames,^{1 p} ut celeberrimi auctores dixere! Proscissum est conviciis² ab optimis quibusque, et ad perniciem vitæ repertum. Quantum feliciore ævo, cum res ipsæ^a permutabantur inter se, sicut et Trojanis temporibus factitatum

//////////

Gronov. al. vett. et Franzins.—6 Cod. Dalec. *tellure*.—7 Cod. Dalec. *luxuria existimata est*.—8 Cod. Dalec. *tubam gemmarum portamus ex smaragdis*; Gronov. et vulgg. *tubu*, &c. Nic. Heinsius in *Adverss.* II. 16. p. 341. *turba gemmarum*. Mox, cod. Dalec. *temeramus diem*. *Juvat et aurum accessione*.

CAP. III. 1 'Ita cod. Reg. 3. et Editio princeps.' *Brotier. abdicari aurum, sacra fames* Gronov. et vulgg. *abdicari, sacrum fame* codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita cod. Reg. Brot. 3. pro-

NOTÆ

chem, ut Agricola de Nat. Fossil. lib. VI. p. 296. Sed de his opportunius XXXVII. 8.

ⁿ *Turba gemmarum*] Poculis quæ sint onusta gemmis. Huc illud Juvenalis spectat, Sat. v. 42. 'Nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert A digitis.'

^o *Et aurum jam*] Præcipua jam, inquit, irritamenta luxuriæ sunt gemmæ: accessoria tantum aurum argentumque, quæ nunc sordent.—'At ea quæ proxime antecedit forma loquendi, 'tenere Indiam,' admonet ut obiter interpretemur nummum ex auro perrarum delineatum a D. le Blanc, p. 282. In antica superficie S. Johannes Baptista fert crucem oblongam, et e regione delphinus est. Epigraphe: S. IOHANNES B. Parte altera, cum flore Lisi, inscriptus in ambitu titulus est, hinc FRA inde NTIA. Percussus hic nummus est a. 1357. vel 1358. cum, captivo in Anglia Johanne Rege Francorum, Regente Carolo ejus filio reg-

num, Navarrus Rex omnia turbaret in Gallia, Parisiis dominaretur, et in Insula Franciæ; regnum demum invadere omnino tentaret. Ergo ingemiscens Præfectus Monetæ calamitosum hunc rerum statum in isto titulo ingeniose exponit, dum ait: 'FRANCIAM Navarrus Tenet, Iohannem Anglus.' Delphinus post Divi Johannis Baptistæ nomen appictus Carolum prædictum designat, Regnum tum Regentem absente patre, eundemque primum e regio sanguine, Delphinum Viennensem.' *Ed. sec.*

^p *Sacra fames* [*sacrum fame*] Sic Reg. 2. eleganter: non, ut editi, *aurum, sacra fames*. Nam vox ea *aurum* abest et a Chiffli. cod. et ex antecedenti cap. subintelligenda est. Alludit ad notum Virgiliti carmen, 'Auri sacra fames.'

^a *Cum res ipsæ*] Paulus Dig. lib. XVIII. tit. de contrahenda emtione: 'Origo emendi vendendique a permutationibus cæpit,' &c.

Homero^r credi convenit! Ita enim (ut opinor) commercia victus gratia invecta.³ Alios coriis boum, alios ferro captivisque rebus mutasse tradit: quanquam et ipse, mirator auri,⁴ æstimationes rerum ita fecit, ut centum boum^t arma aurea permutasse Glaucum diceret cum Diomedis armis novem boum. Ex qua consuetudine multa legum^u antiquarum pecore constat, etiam Romæ.

IV. Pessimum vitæ scelus fecit, qui id primus^a induit^r digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prometheo^b omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum anulum dedit² antiquitas: vinculumque id, non gestamen, intelligi voluit.³ Midæ quidem^c anulum, quo circumactio habentem nemo cerneret, quis non etiam fabu-

seissum conviciis edd. ante Brotier.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *inventu* Gronov. et vulgg. Mox, pro *mutasse*, cod. Dalec. *emptitasse*; Chiff. *emitasse*.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *et ipse miratus aurum*.

CAP. IV. I Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *qui primus induit* Chiff. voce *annulum* expuncta. Gronov. et al. ante Harduin. *qui anulum primus*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. *dedit* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et re-

NOTÆ

^r *Homero*] Iliad. H. 472. Ἐνθεν ἔρ' οἰνίζοντο κερηκομόωντες Ἀχαιοί, ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰθωνί σιδήρῳ, ἄλλοι δὲ ῥινόσι, ἄλλοι δ' αἰτήῃσι βόεσσι, ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι· τίθεντο δὲ δαῖτα θάλλειαν.

^a *Et ipse, mirator auri*] Ita Reg. 2. alique Mss. non *miratus aurum*, ut editi. Plinius XIV. 5. de Seneca, 'Non utique miratore inaniam.' Et Seneca Epist. quadam 'mirator auri' dixit.

^t *Ut centum boum*] Iliad. Z. 234. Ἐνθ' αὐτε Γλαυκῷ Κρανίδης φρένας ἐξέλετο Ζεὺς, ὅς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἔμειβε, Χρῦσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβόλων.

^u *Multa legum*] Festus, verbo 'Ovibus.' 'Ovibus duabus,' inquit, 'muletabantur apud antiquos in minoribus criminibus: in majoribus au-

tem, bubus: nec extra hunc numerum excedebat muletatio: quæ, postquam ære signato uti civitas cæpit, pecoraque muletatitia iucuria corrumpentur, unde etiam peculatus crimen usurpari cæptum est, facta est æstimatio pecoralis muletæ, et boves centenis assibus, oves denis æstimatæ. Inde suprema mulcta, id est, maxima, appellatur tria millia æris.' His adde ea quæ diximus XVIII. 3.

^a *Qui id primus*] Anrum videlicet, facto ex eo annulo. Vide Notas et Emend. num. 2.

^b *Nam de Prometheo*] Quem Caucasu alligatum fabulæ prodiderunt. Iterum hæc repetita inferius XXXVII. 1.

^c *Midæ quidem*] *Gygæ* ceteri id ascribunt, non *Midæ*. Tullius de Offic. III. 38. 'Hinc ille Gyges induci-

losiorem fateatur? Manus et prorsus sinistrae^d maximam auctoritatem conciliavere auro, non quidem Romanæ, quarum in more ferreum⁴ id erat, ut virtutis bellicæ, insigne. De regibus Romanis non facile dixerim. Nullum habet Romuli in Capitolio statua,^e nec præter Numæ Serviique Tullii alia, ac ne Lucii quidem Bruti. Hoc in Tarquinii maxime miror, quorum e Græcia^f fuit origo, unde hic annulorum usus venit,⁵ quanquam etiam nunc Lacedæmone ferreo utuntur.⁶ Sed a Prisco Tarquinio^g omnium primo filium, cum in prætextæ annis^h occidisset hostem, bulla aureaⁱ donatum constat: unde mos bullæ duravit, ut eorum qui equo meruissent^j filii insigne id haberent, ceteri lorum^k

//////////

centt. *voluerit* Gronov. et al. vett.—4 ‘Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps. Frustra in recentioribus emendatum, *quarum mere ferreum.*’ Brotier. *quorum more ferreum id erat et bellicæ virtutis insigne* Gronov. et vulg. *conciliaverunt a. non q. Romanis q. m. ferendum erat, bellicæ* cod. Dalec. *ferrum erat bellicæ* alius ejusdem codex.—5 Cod. Dalec. *origo. Hæc anul. usum invenit.*—6 Ita codd. Harduini et Dalec. eum edd. Harduin.

NOTÆ

tur a Platone . . . Is cum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, cum in lucem annulum inverterat.’

^d *Sinistræ*] Infelices. Sic omen sinistrum dicimus. Etsi manum quidem lævam intelligit, tamen in verbo ludit: ut et infelices id auspicii fuisse admoneat.

^e *Nullum habet . . . statua*] Statuas annulo ornari solitas, testatur etiam Cicero ad Attic. Epist. iv. 1. ubi ex statu, imagine, amictu, annulo, colligit ejusdem Scipionis Africani statuan esse, et quæ ad Opis et quæ ad Pollucis ædem posita esset.

^f *Quorum e Græcia*] Fuit enim Tarquinii Priscus Demarati Corinthii filius, ejus qui in Etruriam commigravit. Annel. Victor de Viris Illustr. c. 6. Plinius ipse xxxv. 5.

^g *Sed a Prisco Tarquinio*] Hæc totidem verbis Macrobius Saturn. i. 6. p. 208.

^h *In prætextæ annis*] Ante annum ætatis septimum decimum. Vide quæ de toga pura et prætexta diximus viii. 74.

ⁱ *Bulla aurea*] Festus: ‘Bulla aurea insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis a pectore,’ &c. Asconius Pedianus: ‘Bulla suspendi in collo infantibus ingenis solet aurea, libertinis scortea,’ &c. Bulla cordis effigiem referebat.

^j *Eorum qui equo meruissent*] Merere equo, merere pedibus, est in militia alterutro modo stipendia facere.

^k *Ceteri lorum*] Sine bulla. Ita Macrobius loc. cit. Vel, ut Pedianus, cum bulla tantum scortea, hoc

Et ideo miror Tarquinii ejus statuam sine annulo esse. Quamquam et de nomine ipso ambigi video: Græci a digitis¹ appellavere, apud nos prisci ungu⁷ vocabant: postea et Græci et nostri symbolum.ⁿ Longo certe tempore ne senatum quidem^o Romanum habuisse aureos manifestum est. Siquidem his⁸ tantum, qui legati ad exterarum gentes ituri essent, annuli publice dabantur: credo, quoniam ita exterorum⁹ honoratissimi intelligebantur. Neque aliis uti mos fuit, quam qui ex ea causa publice accepissent; vulgoque sic triumphabant. Et cum corona ex auro Etrusca^p sustineretur a tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, æqua fortuna triumphantis,¹⁰ et servi^q coronam sustententis. Sic triumphavit de Jugurtha C. Marius: aureumque non ante^r tertium consulatum¹¹ sumpsisse traditur. Hi quoque,



1. 2. 3. et recentt. *utantur* Gronov. et al. vett.—7 Cod. Dalec. *ambigitur*. Id Græci a d. a. apud nos prius *cingulum*; al. ap. Dalec. *unguinum*.—8 Vet. Dalec. *iis*.—9 Vet. Dalec. *exteris*.—10 Ita cod. Reg. Brot. 3. Mox quoque Editio princeps, et servi coronam. Cod. Dalec. et Turneb. *æqua fortuna triumphantis, et servi coronam*. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *æque triumphantis, et*

NOTÆ

est, e pellibus facta. Id apposite Juvenalis expressit Sat. v. 164. 'Etruscum puero si contigit aurum, Vel nodus tantum, et signum de paupere loro.' Lorum intellige id ligamentum, cum nodo, ex quo bulla pendebat: quale nunc gestant e serico Equites Melitenses, unde Crux pendet.

¹ Græci a digitis] Δακτύλιον, ἀπὸ τοῦ δακτύλου, a digito.

^m Ungulum] 'Ungulus,' inquit Festus, 'Oscorum lingua, annulus: idque gemino Pacuvii testimonio comprobatur.'

ⁿ Symbolum] Credo id nomen annulis præsertim signatoriis attributum, quod judicium signumque imprimebant ejus qui signabat. Plantus in Pseud. 'Ea causa miles hic reliquit symbolum, Expressam in cera ex annulo suam imaginem.'

Delph. et Var. Clas.

^o Ne senatum quidem] Post, mutatis moribus, Senatorii Equestrisque ordinis hominibus concessum, ut aureos ferrent; ceteris, etiam ingenuis, vetitum. Dio lib. XLVIII. p. 385.

^p Corona ex auro Etrusca] Vide quæ diximus XXI. 4.

^q Et servi [fortasse] Et coronam sustententis, qui non ingenuus, sed fortasse servus erat. Ita servus, quo nihil esse aut dici abjectius potest, et triumphans, quo nihil gloriosius, pari in annulis conditione erant. Nam de servis quidem id constat: Papius Sylv. III. 3. 144. 'Mutavitque genus, lævæque ignobile ferrum Exiit.'

^r Aureumque non ante] Mira sane Marii modestia fuit. Nam ante illius ætatem, cum Scipio Carthaginem obsideret, Tribunos Romanos, quos sepeliri Hasdrubal voluit, ex aureis

Plinius.

13 R

qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantum utebantur his: ¹² intra domos vero ferreis. Quo argumento etiam nunc sponsæ muneri ferreus annulus ¹³ mittitur, isque sine gemma. Equidem nec ¹⁴ Iliacis temporibus ullos fuisse annulos video: nusquam certe Homerus dicit, cum et codicillos ⁵ missitatos epistolarum gratia indicet, et conditas arcis ^t vestes, ac vasa aurea ^u argenteaque, et ea colligata nodi, non annuli, nota. ¹⁵ Sortiri quoque ^v contra provocationem duces non annulis tradit. Fabricam ^w etiam Deum fibulas, et alia muliebris cultus, sicut in aures, in primordio factitasse, sine mentione annulorum. Et quisquis primus ¹⁶ instituit, cunctanter id fecit, lævisque manibus, ^x latentibusque ^{17 y} induit: cum, si honos securus fuisset,

~~~~~

*servi fortasse coronam.*—11 Vet. Dalec. *tertio consulatu.*—12 Gronov. *iis.*—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. *sponsæ anulns ferreus* Gronov. et vulgg.—14 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *gemma et quidem nec* cod. Dalec. *gemma. Nec* Gronov. et vulgg.—15 Vet. Dalec. *nodo, non annulo notata.*—16 Alii ap. Dalec. *qui primus.*—17 Ita

#### NOTÆ

annulis discrevit a militum vulgo, qui ferreos tantum gestabant. Auctor Appianus in Punic. p. 63.

<sup>a</sup> *Cum et codicillos*] Vide quæ diximus XII. 21.

<sup>t</sup> *Et conditas arcis*] Odyss. Θ. 421. Δεῦρο, γύναι, φέρε χηλὸν ἀριπρεπέ, ἥτις ἀρίστη· Ἐν δ' αὐτῇ θεὸς φᾶρος ἔϋπλυνέ, ἥδ' ἔ χιτῶνα.

<sup>u</sup> *Ac vasa aurea*] Eodem lib. vs. 413. et 417.

<sup>v</sup> *Sortiri quoque*] Proceres Græciæ jaetis in galeam sortibus delignant quem opponant Hectori ipsos provocanti ad singulare certamen: neque dicuntur eæ sortes annulis fuisse signatæ. Iliad. H. 175. Post usus obtinuit, ut eæ sortes, globulive, annulis signarentur, quo suum quisque dignosceret. Et arca, qua asservabantur ea, annulo obsignata. Testis Sueton. in Tiberio, c. 63. 'Vicina Urbi oracula etiam disjicere conatus est:

sed majestate Prænestinarum sortium territus, destitit, cum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca, nisi relata rursus ad templum.'

<sup>w</sup> *Fabricam*] Vulcani officinam. Iliad. Σ. 400. Vulcano Thetidem alloquente: Τῆσι πάρ' εἰνδέτες χάλκεον δαίδαλα πολλὰ, Πόρπας τε, γναμπτάς θ' ἔλικας, κάλυκας τε, καὶ ὕρμους, κ. τ. λ.

<sup>x</sup> *Lævisque manibus*] Silius Ital. lib. XII. de Equitibus Romanis ad Cannas cæsis, quibus detracti fuere annuli: 'Testes hī stragis, quos signum illustre superbis Mos læva gestare viris: tum funditur ante Ora admirantum præfulgens annulus auro,' &c.

<sup>y</sup> *Latentibusque*] Sub toga: quasi cunctanter, ac verecunde, id faceret: nam si ornatus et honoris accessionem ea re quæsisset, nec veritus esset reprehensionem proborum hominum, dextra potius ostentasset.

dextra fuerit ostentandus.<sup>18</sup> Quod si impedimentum<sup>z</sup> potuit in eo aliquod intelligi, etiam serioris usus<sup>19 a</sup> argumentum est, majus in læva fuisse, qua scutum capitur.<sup>a</sup> Est quidem apud eundem Homerum<sup>b</sup> virorum crinibus aurum implexum: ideo nescio an prior usus a fœminis cœperit.

v. Romæ ne fuit quidem aurum nisi admodum exiguum, longo tempore. Certe cum a Gallis capta Urbe pax emeretur, non plus quam mille pondo potuere.<sup>1 c</sup> Nec ignoro<sup>d</sup>

<sup>a</sup> Quod si objiciat aliquis futuram fuisse impeditiorem ad armorum usum dexteram manum, si annulo oneraretur, seriore adhuc ætate, hoc est, multo post Trojana tempora, lævæ quoque insertum annulum esse, argumentum est, quod in læva manu majus impedimentum fuerit, quæ nempe scutum capitur.

//////////

codd. Harduini et Chiffi. ac latentibus Gronov. et vulgg.—18 Cod. Dalec. quasi non securus fuerit dextra ostentandæ.—19 Ita codd. Harduini et Chiffi. sartoris usus cod. Dalec. consertoris usu Gronov. et vulgg.

CAP. V. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Romæ quidem non fuit . . . pondo effici potuere Gronov. et Chiffi. pondo

#### NOTÆ

<sup>z</sup> Quod si impedimentum] Aliam causam affert Atteius Capito, apud Macrobi. Saturn. vii. 13. p. 625. 'Veteres,' inquit, 'non ornatus, sed signandi causa annulum secum circumferabant: unde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero: quos solos fides discerneret, quæ signaculo continetur. Ideo jus annulorum famuli non habebant. Imprimebatur autem sculptura materiæ annuli, sive ex ferro, sive ex auro foret; et gestabatur ut quisque vellet, quacumque manu, quolibet digito. Postea usus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gemmis cœpit insculpere. . . . Hinc factum est ut usus annulorum exemitus dexteræ, quæ multum negotium gerit, in lævam relegaretur, quæ otiosior est: ne crebro motu et officio manus dextræ pretiosi lapides frangerentur.'

<sup>a</sup> Etiam serioris usus] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>b</sup> Est quidem apud eundem Homerum] Iliad. P. 52. Πλοχμοί θ', οἱ χρυσῶ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφῆκωντο. Et crines ruti-

loque auro argentoque revincti.


<sup>c</sup> Non plus quam mille pondo potuere] Subintellige, emere. Nam quod libri vulgati adjiciunt effici, ex interpolatorum officina est, non ex Plinii stylo, aut codicum Mss. fide. Plutarchus, in Camillo, p. 143. Ὁμολογήθη τοὺς μὲν Ῥωμαίους χιλίας λίτρας καταβαλεῖν χρυσοῦ. Transactum est ut Romani mille pondo auri darent. Florus i. 13. p. 29. 'Novissime, cum jam obsidio sua barbaros (Gallios) fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam,' &c. Livius v. 48. 'Inter P. Sulpicium Tribunum militum et Brennum Regulum Gallorum colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum.' Idem v. 50. 'Jam ante in eo religio civitatis apparuerat, quod, cum in publico deesset aurum, ex quo summa paetæ mercedis Gallis confieret, a matronis collatum accepterant, ut sacro auro abstineretur.'

<sup>d</sup> Nec ignoro] Vide Notas et Emend. num. 3.

M. Crassum <sup>2</sup> duo millia pondo auri rapuisse, <sup>3</sup> suo et Pompeii secundo consulatu, <sup>4</sup> e Capitolini Jovis solio, <sup>e</sup> a Camillo ibi condita, et ideo a plerisque existimari <sup>f</sup> duo millia pondo collata. Sed quod accessit, Gallorum præda fuit, detractumque ab his in parte captæ <sup>5</sup> Urbis delubris. <sup>b</sup> Gallos autem cum auro pugnare solitos, Torquatus <sup>g</sup> indicio est. Apparet ergo Gallorum templorumque tantundem, <sup>6</sup> nec amplius fuisse: <sup>c</sup> quod quidem in augurio <sup>h</sup> intellectum est, cum Capitolinus duplum reddidisset. Illud quoque obiter indicare <sup>7</sup> convenit, quoniam de annulis sermonem repeti-

<sup>b</sup> *Quod autem accessit ad mille pondo, quibus emta pax, Gallis ablatum est, qui id prædati fuerant, detraxerantque Templis in ea parte Urbis quum ceperant.*

<sup>c</sup> *Perspicuum est et quod Gallis appensum ultro, et quod templis detractum, non amplius quam duo millia pondo fuisse.*



*solvere* cod. Dalec.—2 ‘Ita bene cod. Reg. 3. Perperam hæc nomina, M. Crassum, omisit eruditus Harduinus in altera sua editione.’ *Brotier*.—3 ‘In Mss. Reg. reperisse. Recte emendatum, rapuisse. Male emendavit eruditus Harduinus, perisse. Duo millia pondo auri sunt Gallicæ monetæ libræ 1,890,000.’ *Brotier*.—4 ‘Male Mss. Reg. 3. Editio princeps, et eruditus Harduinus in altera sua editione, tertio consulatu. Id contigit Crassi et Pompeii secundo consulatu, anno Urbis conditæ DCLXXXIX.’ *Idem*. *Nec ignoro M. Crassum duo mill. p. a. rapuisse suo et Pompeii, &c.* cod. Dalec. et Turneb.—5 Cod. Dalec. *captis*.—6 Cod. Dalec. *tantum*.—7 Gronov. *indicari*.—

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Jovis solio*] Livius lib. v. p. 103. ‘Sed Diique et homines prohibuere redemptos vivere Romanos: nam sorte quadam, priusquam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, Dictator intervenit; auferrique aurum de medio, et Gallos summoveri jubet.’ Ac paulo post: ‘Aurum quod Gallis ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem in Jovis celam collatum, cum, in quæ referri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne judicatum, et sub Jovis sella poni jussum.’

<sup>f</sup> *Et ideo . . . existimari*] Quoniam quantum erat Gallis appensum, tantundem erat ibi conditum, ut ex Livio diximus.

<sup>g</sup> *Torquatus*] Qui torquem aureum

Gallo detraxit: unde Manlio Torquati nomen. Livius lib. vii. p. 124. Adde Virgil. de Gallis canentem Æneid. viii. 657. ‘Galli per dmos aderant, arcemque tenebant . . . Aurea cæsaries illis, atque aurea vestis, Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur.’ Et Silius Ital. lib. iv. ‘Colla viri fulvo radiabant lactea torque, Auro virgatæ vestes, manicæque rigebant Ex auro, et simili vibrabat crista metallo.’

<sup>h</sup> *Quod quidem in augurio*] Sic libri omnes, etiam Mss. Atque hoc quidem, inquit, augurati atque intelligere vel ex eo licuit, quod in solio Capitolini Jovis duplum ejus summæ, qua pax emebatur, inventum est: nempe bis mille pondo.

mus, ædituum custodiæ ejus comprehensum, fracta in ore annuli gemma, statim expirasse,<sup>i</sup> et indicium ita extinctum.<sup>d</sup> Ergo ut maxime duo tantum millia pondo, cum capta est Roma anno CCCLXIV.<sup>j</sup> fuere, cum jam capitum liberorum censa essent CLII. millia, quingenti LXXIII.<sup>8</sup> In eadem post annos CCCVII. quod ex Capitolinæ<sup>k</sup> ædis incendio ceterisque omnibus delubris C. Marius<sup>9</sup> filius Præneste detulerat, tredecim millia pondo, quæ sub eo titulo in triumpho transtulit Sylla, et argenti VI.<sup>10</sup> millia. Idem ex reliqua omni victoria pridie transtulerat auri pondo XV. millia, argenti pondo centum et quindecim millia.

VI. Frequentior autem usus annulorum non ante Cn. Fulvium<sup>l</sup> Annii filium<sup>m</sup> deprehenditur. Hic namque<sup>n</sup> pub-

<sup>d</sup> Et sic extinctum qui indicare certo potuisset, quis rapuisset illa duo millia pondo auri, Pompeii altero Consulatu; cum Crussum esse fama ferret.

//////////

8 Ita codd. Harduini et Dalec. LXXXIII. Vet. Dalec. LXXII. Chiff. LXXX. Gronov. et vulgg.—9 C. Marii margo edd. Dalec. et Gronov.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. VII. Gronov. et vulgg. Mox millia deest in Chiff. et bis paulo post.

CAP. VI. 1 [Cn. Fulvium] Ita libri scripti et editi. Melius tamen Livius

#### NOTÆ

<sup>i</sup> Statim expirasse] Veneno epoto, quod annulo includebatur. Sic Hannibal, 'ne Romanis traderetur, hausto, quod sub annuli gemma habebat, veneno absuntus est.' Testis Aurel. Victor de Viris Illustr. c. 42.

<sup>j</sup> Anno CCCLXIV.] Camillus in oratione, quam recitat Livius v. p. 105. Gallis urbe pulsus: 'Trecen-tesimus sexagesimus quintus annus Urbis, Quirites, agitur,' &c.

<sup>k</sup> Quod ex Capitolinæ] Syllanis temporibus, bello civili, Jovis Capitolini ædes conflagravit, anno Urbis DCLXXII. Sylla deinde restituit, Catulus Sylla mortuo dedicavit. A Vitellianis (ut id obiter dicamus) deinde iterum deflagravit. Excitavit rursus Vespasianus, et dedicavit. Rursusque post ejus obitum igni con-

sumta, a Domitiano exstructa dedicataque est. Plutarchus, in Poplic. p. 104. Appianus de Bell. Civil. lib. 1. p. 402.—'Testatur Capitolium restitutum nummus Domitiani Ang. Consulatu ejus octavo census, inscriptusque, CAPIT. RESTIT. 'Capitolium restitutum.' Ed. sec.

<sup>l</sup> C. Marius] C. Marius juniorem vocant, senioris, qui septies Consul fuit, filium. Gessit post obitum patris Consulatum ipse, cum esset annorum tantum quinque et viginti, Cn. Papirio Carbone tertium collega, anno Urbis DCLXXII. Non aurum modo, sed et signa e Capitolio Præneste detulerat: nam apud P. Victorem, in descriptione Romæ, regione octava, legitur: 'Signum Jovis Imperatoris a Præneste devectum.'

licatis diebus fastis,<sup>o</sup> quos populus a paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus est, (alio-



in fine lib. ix. *Cn. filium.* Annus enim fuit familiæ nomen, non prænomen.<sup>7</sup>

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Anni filium*] Ita et Mss. Gellius quoque vi. 9. At Livius 'Cneii filium' vocat, in fine lib. ix. Nec vero habet Annus in prænominibus locum, cum sit per se familiæ seu gentis nomen: designarique filios a prænominibus patris et avi mos est. — 'Fuere patriciæ nobilesque gentes duæ, Flavia et Annia. Flavia, ex qua Vespasianus Augustus; Annia, ex qua Annia Faustina Antonini Aug. Pii conjux. Cum igitur Flavius Annii filius dicitur, innuitur is patre libertino, et matre libertina genitus, Annio patre, matre Flavia: Flavii nomine, quippe tunc nobiliore, de more posito priore loco. Servus cum

A Flavio Patricio

Flavius libertus

Flavii libertina

Ex Flavia

manumitteretur, hoc est, cum donaretur libertate, libertus propterea; et quem filium procrearet, is libertinus dicebatur. Nomen etiam patroni sui, a quo manumittebatur, libertus assumebat, suoque nomini adjugebat: sed inter plebeias tamen familias censebatur. Neque alias arbitramur, quam istius generis fuisse familias plebeias apud Romanos, patriciis gentibus cognomines. E patricia gente Flavia fuit is, quem Plinius appellat XIX. 1. Fuit et is, cujus nummi inseribuntur, C. FLAV. HEMIS. PROPRI. Flavii autem hujus, quem Plinius Annii libertini filium vocat, hoc genus fuit:

Ab Annio Patricio

Annus libertus

Annus libertinus

et Annio

Flavius Annii Filius.—*Ed. sec.*

<sup>n</sup> *Hic namque*] Narrant hanc rem scriptores quamplurimi. Cic. pro Muræna, num. 25. et ad Attic. vi. 1. Livius in fine libri ix. Gellius, aliique, e quibus duos seligo: Valerium Max. ii. 5. pag. 100. 'Jus civile, per multa sæcula inter sacra cærimoniasque Deorum immortalium, solisque Pontificibus notum, Cn. Flavius, libertino patre genitus, et scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione, factus Ædilis curulis, vulgavit, ac Fastos pæne toto foro exposuit,' &c. Macrobius Saturn. i. 15. pag. 259. 'Præcis,' inquit, 'temporibus, antequam Fasti a Cn. Flavio scriba in vitis Patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc pro-

vincia delegabatur, ut novæ Lunæ primum observaret aspectum, visamque Regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio a Rege et minore Pontifice celebrato, idem Pontifex Kalata, id est, vocata, in Capitolinum plebe . . . quot numero dies a Kalendis ad Nonas superessent, pronuntiabat,' &c.

<sup>o</sup> *Fastis*] Fasti dies dicti sunt, quibus sine piaculo Prætoribus licebat tria verba fieri, Do, Dico, Addico. Nefasti, quibus non licebat fieri. Fastorum libri erant, in quibus causæ festivitatum explicabantur. Proposuit fastos in albo Flavius scriba, ut quando lege agi posset sciretur.



qui<sup>2</sup> libertino patre genitus, et ipse Appii Cæci<sup>p</sup> scriba, cujus hortatu exceperat eos dies, consultando assidue sagaci ingenio, promulgaveratque,) ut ædilis curulis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis ante annis hostis<sup>3</sup> fuisset,<sup>q</sup> præteritis C. Pœtelio<sup>4</sup> et Domitio, quorum patres consules<sup>r</sup> fuerant. Additum Flavio,<sup>s</sup> ut simul et tribunus plebis esset. Quo facto tanta senatus indignatione exarsit, ut annulos ab eo abjectos<sup>t</sup> fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus. Fallit plerosque,<sup>5</sup> quod tum<sup>6</sup> et equestrem ordinem id fecisse arbitrantur. Etenim adjectum<sup>7</sup> hoc quoque,<sup>u</sup> ‘sed et phalera posita,’ propterea<sup>8</sup> nomen Equitum adjectum est. Annulos quoque depositos a nobilitate, in Annales relatum est, non a senatu<sup>w</sup> universo. Hoc

//////////

*Brotier. Cn. Fulvium* error typogr. est ap. Brotier.—2 Gronov. *alioquin*.—3 Vet. Dalec. *annis judicatus hostis*.—4 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Petilio* edd. vett. et Gronov.—5 *Falluntur plerique* margo edd. Dalec. et Gronov.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *qui tum* Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Est enim adjectum* Gronov. et vulgg. *Mox, phalera posita* cod. Dalec.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *propter que* Gro-

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Appii Cæci*] Ejus qui viam suo nomine munivit, et aquam in Urbem duxit: Censura iuclutus, et juris doctrina. Livius lib. ix.

<sup>q</sup> *Hostis fuisset*] Eo bello, opinor, quo Etruscorum duodecim populi in excidium Romani nominis incitati, anno Urbis condita: ccccxlii. a Consule Fabio, anno ccccxlii. ingenti prælio devicti sunt. Livius lib. ix.

<sup>r</sup> *Quorum patres consules*] C. Pœtelius Libo in Fastis Consul legitur, cum Papirio Cursore, anno Urbis ccccxviii. Cn. Domitius Calvinus, cum Corn. Cossio Arvino, anno ccccxii.

<sup>s</sup> *Additum Flavio*] ‘Ut et Tribunus plebis, et Senator, et Ædilis curulis esset,’ inquit Pomponius in Dig. lib. 1. tit. 2. de Orig. Juris, § 7. de jure civili Flaviano.

<sup>t</sup> *Ut annulos ab eo abjectos*] In publi-

co luctu annuli ponebantur. Ad nuntium Caudinæ pacis ‘annulos aureos positos’ narrat Livius lib. ix. De funere Augusti Suetonius, cap. 100. ‘Añi exequiarum die ponendos aureos annulos, ferreosque sumendos censuerunt.’

<sup>u</sup> *Etenim adjectum hoc quoque*] Adjectum quidem, inquit, Equitum nomen pariter cum Senatu: sed propter hæc verba id adjectum est, quæ in Annalibus simul leguntur, ‘Sed et phalera posita:’ quibus verbis insigne Equitum et ordo intelligitur. Sicut plane eos Annales Livius videtur, aut Livium Plinius ipse signare: sic enim ille in fine libri ix. ‘Tantumque Flavii Comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent.’

<sup>v</sup> *Propterea*] Sic Colb. 3. recte: prius mendose, *propter quæ*.

actum P. Sempronio,<sup>x</sup> P. Sulpicio consulibus.<sup>9</sup> Flavius vovit ædem Concordiæ, si populo reconciliasset ordines. Et cum ad id pecunia publica<sup>10</sup> non decerneretur, ex multatitia fœneratoribus condemnatis ædiculam æream fecit in Græcostasi,<sup>y</sup> quæ tunc supra Comitium erat. Inciditque in tabella ærea, eam ædem ducentis quatuor<sup>z</sup> annis<sup>11</sup> post Capitolinam dedicatam.<sup>a</sup> Ita CCCCLXIX.<sup>12</sup> a condita Urbe gestum est: et primum annulorum vestigium extat: promiscui autem usus alterum<sup>b</sup> secundo Punico bello: nè-



nov. et vulgg. *propter quas* al. ap. Dalec.—9 ‘Ita bene cod. Reg. 2. P. Sulpicio Saverrio et P. Sempronius Sophus consules fuere anno Urbis conditæ 450. Male eruditus Harduinus in altera sua editione, *P. Sempronio Longo, L. Sulpicio consulibus.*’ Brotier. *Longo deest* in Chiff. —10 Chiff. *publice.*—11 ‘*Ducentis quatuor annis*] Capitolina ædes dedicata fuerat ab Horatio Pulvillo iterum consule, anno Urbis conditæ CCXLVII. Ergo ab Horatio Pulvillo ad P. Sempronium et P. Sulpicium consules interjecti sunt anni CCIV. Male itaque Mss. Reg. Editio princeps, et eruditus Harduinus in altera sua editione, *CCCIV. annis.* Observa autem Flavium in sua Inscriptione secutum esse calculos Varronianos. Contra vero Plinius sequitur Verrianos calculos, cum mox numerat annum CCCCLXIX.’ Brotier. *CCC. annis* cod. Dalec. *factum eam ædem CCC. quatuor, &c.* Chiff. *centum quatuor, &c.* Gronov. et vulgg.—12 ‘Ita bene codd. Regg. consentientibus et Fastis. In Ed. pr. aliisque, *CCCCXLVIII.* quas immerito sequitur Harduinus in altera sua editione.’ Brotier. *Id, &c. annis a con. urb. gest. est. Post primum annul. v. extat pro-*

## NOTÆ

<sup>w</sup> *Non a senatu*] Et ita sane Livius loco proxime allato. Patuit nempe Senatus non Patriciis modo, sed et plebeis. Livius paulo ante: ‘Flavium dixerat Ædilem forensis factio, Appii Claudii censura vires nacta, qui Senatum primum libertinorum filii lectis inquinaverat.’

<sup>x</sup> *P. Sempronio*] Anno Urbis conditæ, CCCCLXIX. ut mox dicitur. Vide Notas et Emen t. num. 4.

<sup>y</sup> *In Græcostasi*] Quid esset Græcostasis, diximus in Notis et Emend. ad lib. vii. num. 177. Loco postea mutatam esse Græcostasim Plinius significat, cum adjicit, ‘quæ tunc erat supra Comitium.’

<sup>z</sup> *Ducentis quatuor*] Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>a</sup> *Post Capitolinam dedicatam*] Hoc

est, post Capitolinam ædem extructam a Tarquinio Superbo, anno Urbis CCXLIV. dedicatam post triennium a M. Horatio Pulvillo, anno CCXLVII. ipso secundum Consule, P. Valerio Poplicola tertium collega. Dionys. Halic. lib. v. pag. 304. In Fastis: M. HORATIVUS, PVLVILLVS EX. LEGE. TEMPLVM. IOVIS. CAPITOLINI. DEDICAVIT. De æde vero Concordiæ pariter Livius loc. cit. ‘C. Flavius, Cn. filius, scriba . . . civile jus, repositum in penetralibus Pontificum, evulgavit, fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset secretur. Ædem Concordiæ in area Vulcani, summa invidia nobilium, dedicavit,’ &c.

<sup>b</sup> *Promiscui autem usus alterum*] Subintellige, vestigium.

que enim aliter potuissent <sup>13</sup> trimodia illa <sup>c</sup> annulorum Carthaginem ab Hannibale mitti. Inter Cæpionem <sup>d</sup> quoque et Drusum ex annulo in auctione venali inimicitiae cœpere: unde origo socialis belli, <sup>e</sup> et exitia rerum. Ne tum quidem omnes senatores habuerunt: utpote cum memoria avorum multi, prætura quoque functi, in ferreo consueverint, <sup>14</sup> sicut Calpurnium <sup>f</sup> et Manilium, <sup>g</sup> qui legatus Caii Marii fuerat Jugurthino bello, Fenestella tradit: et multi L. Fufidium <sup>15</sup> <sup>h</sup> illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit: in Quintiorum <sup>i</sup> vero familia aurum ne fœminas quidem habere mos fuerit: nullosque omnino annulos major pars gentium hominumque, etiam qui sub imperio nostro degunt, hodieque habeat. Non signat Oriens aut Ægyptus <sup>j</sup> etiam nunc, literis contenta solis.



*nisei usus* cod. Dalec.—13 Turneb. *potuisset*.—14 *Ne cum* cod. Dalec.—14 Ita codd. Regg. Brot. et Ed. pr. *in ferro consueverint* al. ante Brotier. Mox, *Manlium* Vet. Dalec.—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Cic. in Bruto. *Fusidium* Gronov. Mox,

## NOTE

<sup>c</sup> *Trimodia illa*] Duos tantum modios narrat Florus II. 16. pag. 62. ‘Modii duo annulorum Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura.’ Tres August. de Civit. Dei III. 19. ‘De Cannensi autem malo quid dicam . . . unde Hannibal tres modios annulorum aureorum Carthaginem misit? quo intelligerent tantam in illo prælio dignitatem cecidisse Romanam, ut facilius eam caperet mensura, quam numerus.’ Livius lib. XXIII. famam esse veriore affirmit de unico modio. Ut ut est, sequitur Equites tum gessisse annulos, aureos scilicet: cum prius id Senatus tantum liceret. Et hunc promiscuum Plinius usum vocat.

<sup>d</sup> *Inter Cæpionem*] Fuit is Q. Servilius Cæpio, bello sociali legatus Rutilii Consulis, anno Urbis DCLXIV. qui circumventus insidiis fuso exercitu cecidit. Epitome Livii I. LXXI.

‘M. Livius Drusus Tribunus pl. Socialis belli auctor creditur, incertum a quo, domi occisus est.’ Invidia cædis apud Cæpionem fuit, inquit, Anrel. Victor de Viris Illustr. cap. 66. De utriusque inimicitias dictum antea XXVII. 41.

<sup>e</sup> *Socialis belli*] Sive Marsici, de quo Livius in Epitome lib. LXXI. LXXII. et LXXIII. nos quoque superius ad II. 85.


<sup>f</sup> *Calpurnium*] M. Calpurnium Flammam, de quo nos egimus XXII. 6.

<sup>g</sup> *Et Manilium*] Sic etiam Mss. Ab Orosio A. Manlium Marii legatum appellari audio.

<sup>h</sup> *L. Fufidium*] Sic Mss. Reg. 2. et Chiff. non *Fusidium*. Sic pariter inscriptiones variae apud Gruterum. Cicero quoque in Bruto.

<sup>i</sup> *In Quintiorum*] Quintiorum familia Romæ clara, et Patricia fuit, in qua Cincinnatus, Capitolini, Crispini, Fla-

Multis hoc modis, ut cetera omnia, luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque opimo digitos onerando,<sup>k</sup> sicut dicemus in gemmarum volumine: mox et effigies varias cælando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. Alias deinde gemmas violari nefas putavit: ac ne quis signandi causam in annulis esse intelligeret, solidas induit. Quasdam vero neque ab ea parte quæ digito occultatur auro clusit,<sup>l</sup> aurumque millibus<sup>16</sup> lapillorum<sup>m</sup> vilius fecit. Contra vero multi nullas admittunt gemmas, auroque ipso signant: id Claudii Cæsaris principatu repertum. Nec non et servitia<sup>n</sup> jam ferrum<sup>17</sup> auro cingunt: alia per sese



scribit codd. Regg. Brot. Dalec. et Editio princeps.—16 Vet. Dalec. *millibus*.

#### NOTÆ

minii diversis temporibus floruerunt.

<sup>j</sup> *Aut Ægyptus*] At in Sacris Paginis, Gen. xli. dicitur Pharao 'tulisse annulum de manu sua, et dedisse eum in manu Joseph.' Sigillaritium annulum hunc fuisse (sic enim Vopiscens appellat) docet Josephus Antiq. Jud. II. 3. σφραγίδα.

<sup>k</sup> *Digitos onerando*] Atque unicum etiam articulum. Plinius II. 63. 'Viscera ejus extrahimus, ut digito gestetur gemma, quam petimus. Quot manus atterunt, ut unus niteat articulus!' Martialis v. 11. 'Sardonychas, smaragilos, adamantas, iaspidas uno Portat in articulo Stella, Severe, meus.'

<sup>l</sup> *Auro clusit*] Hoc est, inclusit auro. Sic in nummo Neronis vulgatisimo legitur, PACE P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Hoc est, inclusit; non autem, ut vulgo creditur, clausit. Æque enim insulse Janum dixeris, quam Jovem, claudi. Nec Janum ibi ipsum pro Jano seu Jani fauo est; cum armamentarium effigies in arca nummi depicta exhibeat: sed sub istis quinque literis totidem voces hæe latent: 'Imperii Armamentarium Narbone Urbis Mu-

ris CLVSIT,' hoc est, inclusit. Percussus enim Narbone hunc nummum fuisse, ut alios plurimos, cogit fabrica confiteri, præter alia argumenta. Sic antea Tarraco in nummis suis scripserat: DIVVS AVGVSTVTAEI: Hoc est, 'Divus Augustus Voluit Turritam Tarraconem Armamentarium Esse Imperii.' Plinius mox paulo iterum: 'Sub gemmis venena cludunt,' hoc est, includunt.

<sup>m</sup> *Millibus lapillorum*] Mss. *millibus*. Mallem, *micias*, ut infra cap. 21. 'marmorum micas' dicit.

<sup>n</sup> *Nec non et servitia*] Necnon etiam, inquit, servi ferreum annuli capitulum cingunt auro, sic ut ferrum vix emineat: addito alii circulo ex auro mera, ei capitulo ferreo deens addunt. Servitia dicta pro servis, ut ministeria pro ministris alibi monuimus. His ferreum modo gestare annulum per leges moresque Romanos licuit, ut supra diximus. Sed in tegendo decorandove ferro miræ artes. Petronius in Satyr. pag. 101. 'Habebat in minimo digito sinistrae manus annulum grandem subauratum; extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur,

mero auro decorant: cujus licentiæ origo nomine ipso in Samothrace<sup>o</sup> id institutum declarat.

Singulis primo<sup>p</sup> digitis geri mos fuerat, qui sunt minimis proximi: sic in Numæ et Servii Tullii statuis videmus. Postea pollicis proximo induere, etiam Deorum simulacris: dein iuvit et minimo dare. Galliæ Britannicæque medio dicuntur usæ.<sup>18</sup> Hic nunc solus excipitur: ceteri omnes onerantur,<sup>19</sup> atque etiam privatim articuli minoribus aliis.<sup>20</sup> Sunt qui tres vni minimo congerant: alii vero et huic unum tantum, quo signantem<sup>21</sup> signent.<sup>a</sup> Conditus ille,<sup>q</sup> ut res rara, et injuria usus indigna,<sup>b</sup> velut e sacrario promitur: et unum in minimo digito habuisse, pretiosioris in recondito suppellectilis ostentatio est. Jam alii<sup>r</sup> pondera eorum ostentant. Aliis plures<sup>s</sup> quam unum gestare labor est. Alii bracteas<sup>t</sup> infarcire<sup>22</sup> levioere materia, propter casum, tu-

<sup>a</sup> Quo digitum signent qui obsignare consuevit, et a ceteris distinguant, qui pluribus onerantur.

<sup>b</sup> Et quasi sit injuria, quod non ornatui tantum, sed et usui destinatus sit, vilior jam tum habetur.

//////////

—17 Cod. Dalec. *servi etiam ferrum*.—18 ‘Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.’ Brotier. *in medio d. usæ* al. ante Brotier.—19 Cod. Dalec. *honorantur*.—20 Vet. Dalec. *minoribus unulis*.—21 Cod. Dalec. *sig-*

#### NOTÆ

totum aureum, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum.’

<sup>o</sup> *In Samothrace*] Insula, de qua IV. 23. Hinc enim Samothracius annulus appellatus: qui, ut Isidorus ait XIX. 3. aureus ipse, sed ferreo tamen capitulo fuit, qua parte allisci a magnete Lucretius vidit eo versu: ‘Exultare etiam Samothracia ferrea vidi.’

<sup>p</sup> *Singulis primo*] Causam hujusce moris affert Atteius Capito apud Macrob. Saturn. VII. 13. proluxa oratione, quam tu consule. Atteio subscribit Apion Grammaticus in libris Ægyptiacis, ex quibus similia plane recitat Gellius X. 10. pag. 519. Ubi vide quæ habent illi ex Anatomicorum libris de nervo quodam qui e

corde natus prorsum pergat usque ad digitum manus sinistrae minimo proximum.

<sup>q</sup> *Conditus ille*] In arca.

<sup>r</sup> *Jam alii*] Profusiores. Ut ille, de quo Martialis V. 11. cujus disticho priori allato hunc plenissimum adulationis versum deinde subjungit: ‘Multas in digitis, plures in carmine gemmas Invenies,’ &c.

<sup>s</sup> *Aliis plures*] Delicatiores.

<sup>t</sup> *Alii bracteas*] Bractea tenuissima auri lamina est, ducta in circulum, qua gemma annuli continetur. Hanc circum infarcire lana similive materia studium fuit iis, qui sollicite curabant, ne pondere fortasse graviore decidentibus annulis gemmæ casu frangerentur.

tius gemmarum solitudini putant. Alii sub gemmis <sup>u</sup> venena cludunt, sicut Demosthenes <sup>v</sup> summus Græciæ orator,<sup>23</sup> annulosque mortis gratia habent. Denique ut plurimum opum scelera annulis fiunt.<sup>c</sup> <sup>24</sup> Quæ fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur! At nunc cibi<sup>w</sup> quoque ac potus annulo vindicantur a rapina. Hoc profecere mancipiorum legiones, et in domo<sup>25</sup> turba externa, ac<sup>26</sup> servorum quoque causa nomenclator<sup>x</sup> adhibendus. Aliter apud antiquos singuli Marcipores<sup>y</sup> Luci-

<sup>c</sup> Quæ propter opes scelera committuntur, annulorum occasione patrari ea videntur.



nanda.—22 Vet. Dalec. *infarci*.—23 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *summus oratorum Græciæ* edd. vett. et Gronov.—24 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ob scelera annuli fiunt*.—25 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Alii sub gemmis*] Ut Hannibal, de quo paulo ante diximus sup. cap.

<sup>v</sup> *Demosthenes*] Refert hoc quoque Plutarchus in Demosthene, pag. 860. ex Eratosthene. Pausanias in Atticis lib. 1. pag. 14.


<sup>w</sup> *At nunc cibi*] Plautus in Cas. 1. 2. ‘Obsignate cellas: referte anulum ad me.’ Cicero ad Tiron. xvi. 26. ‘Sicut olim,’ inquit, ‘matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccata.’ Horatius 11. Epist. 2. 131. laudat eum, ‘Cetera qui vitæ servaret munia recto More; bonus sane vicinus, amabilis hospes, Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis, Et signo læso non insanire lagenæ,’ &c. Martialis ix. 89. ‘Nunc signat meus annulus lagenam.’

<sup>x</sup> *Nomenclator*] Qui nomina servorum indicet: adeo magnus est in familia una servorum numerus, ut singulos appellare nominatim labor sit. Exercitum credas esse, non familiam. Ad viginti millia servorum et amplius in una domo fuisse refert Athenæus lib. vi. p. 272. *Μυρίους καὶ δισμυρίους (οἰκέτας), καὶ ἔτι πλείους δὲ πάμ-*

*πολλοὶ κέκτηνται, κ. τ. λ.* Vide quæ de Demetrio Pompeii liberti dicturi sumus xxxv. 58. De voce ‘Nomenclator’ multa Voss. in Etymol. Apud Reinesium, pag. 871. vetus inscriptio, PRAETORIVS. NOMENCLATOR. Item apud Gruterum, p. 630.

<sup>y</sup> *Marcipores*] Singuli, inquit, heri singulos pueros habebant qui ab hero nomen sortiebantur: a Marco Marcipor dicebatur: a Lucio Lucipor. Priscianus lib. vi. p. 700. ‘A puero composita, Publipor, Publiporis: Marcipor, Marciporis. Sic Probus: ita enim antiqui pro Publii puer et Marci puer dicebant.’ Festus: ‘Quintipor,’ inquit, ‘servile nomen frequens apud antiquos erat, a prænomine domini ductum, ut Marcipor.’ Quintil. 1. 4. p. 36. ‘In servis,’ inquit, ‘jam intercidit illud genus quod ducebatur a domino: unde Marcipores, Publiporesque.’ Sic et PORA pro PUERA, in vetere inscriptione, apud Reines. p. 865. Servos per εὐφημισμὸν, seu blandiloquentiam, dictos esse pueros jam olim Servius annotavit, ad illud Maronis, ‘Clandite jam rivos, pueri.’

poresve dominorum gentiles omnem victum in promiscuo habebant: nec ulla domi custodia a domesticis opus erat. Nunc rapiendæ comparantur epulæ, pariterque qui rapiant eas, et<sup>27</sup> claves quoque ipsas signasse non est satis: gravatis somno<sup>z</sup> aut morientibus annuli detrahuntur: majorque vitæ ratio circa hoc instrumentum esse cœpit, incertum a quo tempore. Videmur tamen posse in externis auctoritatem ejus rei intelligere, circa Polycratem<sup>a</sup> Sami tyrannum, cui dilectus ille annulus, in mare abjectus, capto relatus est pisce, ipso circiter CCXXX. annum<sup>28</sup> Urbis nostræ intercepto. Celebratior quidem usus cum fœnore cœpisse debet: argumento est consuetudo vulgi,<sup>b</sup> ad sponsiones etiam-



domos.—26 Cod. Dalec. *acta*; unde Dalecampius conj. *coacta*.—27 Al. ap. Dalec. *cas. Sed et*.—28 Cod. Dalec. *anno*.

## NOTÆ

<sup>z</sup> *Gravatis somno*] Lethargis, aut deficientibus. Exemplum in Tiberio apud Tranquillum, cap. 73. ubi de genere ejus obitus: 'Sunt qui putent,' inquit, 'pulvinum ei injectum, cum extractum sibi deficienti annulum mox respiscens requisisset.' Mortuis tamen redditus Propertius indicat, IV. 7. 9. 'Et solitam digito beryllon adederat ignis.'

<sup>a</sup> *Polycratem*] Referunt hanc historiam, Cicero de Finib. lib. v. pag. 281. Herod. III. 40. p. 178. Elegantius quam ceteri Valer. Max. VI. 9. p. 329. 'Semel (Polycrati) dumtaxat vultum fortuna mutavit, perquam brevi tristitiæ salebra successum: tunc cum admodum gratum sibi annulum de industria in profundam, ne omnis incommodi expertus esset, abjecit: quem tamen continuo recuperavit, capto pisce qui eum devoraverat. Sed hunc felicitatis semper plenis velis cursum tenere non potuit. Comprehensum enim Orontes, (Scribe, *Orates*, Ὀρολτης Herodoto sæpius, lib. III. p. 210. et 211. Irrepsit hic error et in Tullii contextum) Darii

<sup>v</sup> regis Præfectus, in excelssimo Mycalensis montis vertice cruci affixit. E quo putres ejus artus, et tabido cruore manantia membra, atque illam lævam, cui Neptunus annulum piscatoris manu restituerat, situ marcidam, Samos, amara servitute aliquamdiu pressa, liberis ac lætis oculis aspexit.' Vide et Tzetzen Chiliad. VII. vs. 205. et Galen. tom. II. in Suasoria, cap. 4. p. 5.

<sup>b</sup> *Consuetudo vulgi*] Quia nempe pro arrha dabatur annulus in emtione, quousque pretium solveretur, eum non esset arrha alia promptior ad manum. Quem Romani morem, opinor, hausere ab Hebræis, cujus hand obscura vestigia in monumentis sacri Mosis animadverto, quale est illud in Genesi XXXVIII. 18. 'Quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit: annulum tuum, et armillam,' &c. Meminit quoque moris lujus Ulpianus in Digestis lib. XIX. tit. 5. de præscriptis verbis, § Si gratuitam tibi. 'Si quis,' inquit, 'sponsionis causa annulos acceperit.'

num annulo exsiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior: ut plane affirmare possimus, nummos ante<sup>c</sup> apud nos, mox cœpisse annulos. De nummis paulo post<sup>d</sup> dicitur.

VII. Annuli distinxere alterum ordinem<sup>e</sup> a plebe, ut semel cœperant<sup>f</sup> esse celebres, sicut tunica<sup>f</sup> ab annulis<sup>g</sup> senatum:<sup>2</sup> quanquam et hoc sero: vulgoque purpura latiore tunicæ usos invenimus etiam præcones, sicut patrem Lucii Ælii Stilonis,<sup>3</sup> Præconini<sup>h</sup> ob id cognominati. Sed annuli plane medium ordinem, tertiumque,<sup>i</sup> plebi et patribus inseruere: quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices<sup>4</sup> tribuunt.<sup>a</sup> Nec pridem id factum:<sup>j</sup> divo Augusto<sup>5</sup> decurias ordinante,<sup>k</sup> major pars iudicum in ferreo annulo fuit: iique non equites, sed iudices vocabantur.<sup>1</sup> Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publi-

<sup>a</sup> *Ut antea militares equi nomen Equitibus fecerant, quia equo merebant, ita nunc ut Equites Iudices appellentur pecuniæ faciunt, quæ debent esse sestertium quadringentorum ei qui Eques appellari velit.*

//////////

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. cœperunt.—2 ‘Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.’ Brotier.—3 *Stilonis* Vet. Dalec.—4 Lipsius de

#### NOTE

<sup>c</sup> *Nummos ante*] Igitur et ante Numam: non tamen signatos: nam signare Servius cœpit, ut dicitur cap. 13. At in Numæ Serviique status annulos fuisse ipse paulo ante admo- nit hoc cap.

<sup>d</sup> *De nummis paulo post*] Cap. 13.

<sup>e</sup> *Annuli distinxere alterum ordinem*] Equestrem.

<sup>f</sup> *Sicut tunica*] Tunica scilicet laticlavata, de qua nos abunde disputavimus, in Notis et Emend. ad lib. IX. num. 107.

<sup>g</sup> *Ab annulis*] Ab Equite cuius annuli concessum, negatum plebi.

<sup>h</sup> *Præconini*] Vide quæ dicemus in Auctororum Indice, verbo ÆLIUS STILO.

<sup>i</sup> *Tertiumque*] Qui licet dignitate ac censu medius inter Senatum ac

plebem, tamen in actis publicis tertius ordine nominabatur, in hunc modum: SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. ET. EQVESTER. ORDO: ut dicitur cap. seq.

<sup>j</sup> *Nec pridem id factum*] Ut aureo scilicet annulo equester ordo secer- neretur a plebe.

<sup>k</sup> *Decurias ordinante*] Iudicium videlicet, non Equitum, ut visum est nonnemini. Iudicium vero decuriarum plures fuere, eademque variis discretarum nominibus, ut mox dicitur. Decuria in hoc loquendi genere non est *decursus*. Nam singulæ decuriarum singula minimum millia continebant, ipso teste Plinio.

<sup>1</sup> *Sed iudices vocabantur*] Ex equestri tamen ordine omnes allecti.



corum. Judicum quoque non nisi quatuor decuriæ<sup>m</sup> fuere primo: vixque singula millia in decuriis inventa sunt,<sup>6</sup> non-

//////////

Mil. Rom. 1. 5. p. 36. *indices*.—5 *Divo enim Augusto* cod. Dalec.—6 Cliffl.

#### NOTE

<sup>m</sup> *Quatuor decuriæ*] E singulis quæque millibus conflatae, ut mox dicitur. Ex his quartam Augustus instituit, cum essent antea tres tantum, quam ducentiarum vocavit, ex inferiore censu allectam, quæ judicaret de levioribus summis, ut prodit in ejus Vita Tranquillus, c. 32. Ex hoc judicium Ducentiarum numero fuisse arbitramur eum, ejus inscriptio vetus allata a Sponio, libro inscripto Gallicæ, *Les Recherches de l'Antiquité*, p. 143.

IOVI. O. M.  
CETERISQ. DIIS  
DEABVSQ. IMMORT.  
TIB. CL. DEMETRIVS  
DOM. NICOMED.  
V. E. PROC. AVGG. NN.  
ITEM. CC. EPISCOPSEOS  
CHORÆ. INFERIORIS.

Hoc est: 'Jovi Optimo Maximo, ceterisque Diis Deabusque Immortalibus, Tiberius Claudius Demetrius, domo Nicomediensis, Vir Egregius, Procurator Augustorum Nostrorum: item Ducentarius Episcopseos Choræ inferioris.' Quid sit Chora inferior, diximus in libro de Nummis Antiquis, verbo ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ. At non Ducentesimæ Procurator his notarum compendiis indicatur, ut ibi tum augurabamur, nec Ducentarius exactor vectigalium, ut aliis visum: sed Judex potius certo regionis tractu, quem Ἐπίσκοψιν vocarent. Sic apud Photium, cod. CLXXXII. p. 413. Περὶντος Δουκηνάριος, πρόσταγμα λαβὼν παρὰ Δεκίου, πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰς περὶ ἐπαρχίας Χριστιανούς βαρυτάταις βασάγοις καὶ πικραῖς τιμω-

ρίαις εἰδωλολατρῶν ἐβιάζετο. *Perennius Ducentarius, accepto mandato a Decio, omnes Urbis Romæ finitimique tractus Christianos exquisitis raris acerbisque cruciatibus ad idolorum cultum per vim compellebat.* Unde et Episcopi nostri traxisse nomen possunt videri: quod erant ii olim causis suorum cognoscendis, definiendisque litibus impliciti, uti pluribus exemplis probat Eminentiss. Auctor Annalium ad annum Christi LVII. Hinc Paulus ille Samosatensis, Antiochiæ Episcopus, a judicio litium quas dirimebat, Ducentarium se dici, quam vocabulo in Ecclesia recepto, ab ἐπίσκοψι, Episcopum malebat: eoque nomine a Patribus Antiochenæ Synodi II. arguitur, apud Eusebium Eccl. Hist. VII. 27. Δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι. Ubi quid esset Ducentarius, intellexisse Henr. Valerius non videtur.—'Hic velut δδοῦ πάρεργον fas sit geminum de Judiciibus epigramma describere, et utrumque acutum, ex Anthol. Gr. I. tit. XLIII. Prius est Palladæ, his verbis: Οὐδεὶς καὶ καθαρὸς καὶ μέλιχος ἤλυθεν ἄρχων. Ἐν γὰρ ἐνὸς δοκεῖ δόγματος ἀντίπαλον. Τὸ γλυκὺ, τοῦ κλέπτονος ὑπερφιάλου δὲ, τὸ ἄγνον. Ὅργανα τῆς ἀρετῆς ταῦτα δὴ ἐστὶ πάθη. Alterum ejusdem istud est: Μήποτε δουλεύουσα γυνὴ δέσποινα γένοιτο. Ἔστι παροϊμιακόν. τῷ δ' ἔθ' ὅμοιον ἐρῶ. Μῆτε δίκην δικάσειεν ἀνὴρ γεγονὼς δικολέκτης, Μῆδ' ἀν' Ἰσοκρατέος ῥητορικώτερος ᾗ. Πᾶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰσισμένος, οὐδ' ἐν ἑταίρῳ Σεμνότερον δικάσαι, μὴ ῥυπαρῶς δύναται. Utrumque sic Grotius reddidit satis feliciter: Prius quidem:

dum provinciis ad hoc munus admissis: servatumque in hodiernum est,<sup>7</sup> ne quis e novis civibus<sup>n</sup> in iis judicaret.

(II.) Decuriæ quoque<sup>o</sup> ipsæ pluribus discretæ nominibus fuere, Tribunorum æris,<sup>p</sup> et Selectorum,<sup>q</sup> et Judicum. Præter hos etiamnum Nongenti vocabantur, ex omnibus selecti<sup>r</sup> ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et divisus hic quoque ordo erat superba usurpatione nominum: cum alius se Nongentum,<sup>s</sup> alius Selectum, alius Tribunum appellaret.



in decuria sunt.—7 Cod. Dalec. in h. diem est.

#### NOTÆ

*Nemo simul facilis populum sanctisque gubernat; Altera natura res perit alterius: Qui capiunt, faciles: renunt qui dona, superbi; Hæc duo nam virtus per mala semper agit. Posterius autem sic: Ne quæ serva fuit, fiat matrona, caveto: Hoc vetus est dictum: nunc ego dico novum. Qui causas dixit, causas ne judicet unquam; Eloquio quamvis sit prior Isocrate. Nam solitus causas venali dicere lingua, Non et iudicium vendere non poterit.* Ed. sec.

<sup>n</sup> *E novis civibus*] E peregrinis, qui jus civitatis nuper essent adepti. Paulo ante quidam libri in hodiernum diem habere dicuntur.

<sup>o</sup> *Decuriæ quoque*] In singulis, inquit, decuriis erant ordines diversi tres, nempe Tribunorum æris, Selectorum, Judicum: et, qui erant selecti ex omnibus, Nongentorum.

<sup>p</sup> *Tribunorum æris*] Ut Senatores, et Equites Rom. ac Tribuni ærarii simul judicarent, legem tulerat Aurelius Cotta, teste Asconio Ped. in Divinat. p. 47. Qui pecuniam, quæ a populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebant, ac militi dabant, iudicabantque de litibus eo spectantibus, tribuni ærarii vocabantur. Hos Cæsar Dic-

tator sustulit. Suetonius c. 41. 'Judicia ad duo genera iudicum redegit, Equestris ordinis ac Senatorii: Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit.' Et hi ex equestri ordine assumti.

<sup>q</sup> *Et Selectorum*] Non fuit hoc statim ordinis nomen, sed sortis. Nam e iudicibus Prætores Urbani subscriptione facta optimum quemque in Selectos Iudices referebant, ut testatur Cicero pro Cluentio. Postea tamen ordinis nomen fuit, Augusti, ut videtur, principatu. Meminit hujus ordinis Seneca de Benef. III. 7. in fine: 'Ubi id, de quo sola sapientia decernit, in controversiam incidit, non potest ad hoc sumi iudex ex turba Selectorum, quem census in album, et equestris hæreditas misit.' Fuere et hi ex Equitibus. Meminit et Ovid. Trist. II. 131. 'Nec mea decreto damnasti facta Senatus: Nec mea Selecto iudice jussa fuga est.' Apud Reinesium vetus inscriptio, p. 452. L. MAMILIO . . . SELECTO. ET. DECVRIONI.

<sup>r</sup> *Ex omnibus selecti*] Sorte, ut quidem remur. Horat. I. Sat. 4. 123.

<sup>s</sup> *Alius se Nongentum*] Communi appellatione contentus, cum alii se Selectos dicerent, quod o Selectis es-

VIII. Tiberii demum principatus nono anno in unitatem venit equester ordo: annulorumque auctoritati forma constituta est,<sup>b</sup> C. Asinio<sup>a</sup> Pollione, C. Antistio Vetere coss. anno Urbis conditæ DCCLXXV. quod miremur, futili pœne de causa, cum C. Sulpicius Galba,<sup>1</sup> dum juvenalem famam<sup>b</sup> apud principem popinarum pœnis<sup>c</sup> aucupatur, questus esset in senatu, vulgo institores ejus culpæ defendi annulis.<sup>d</sup> Hac de causa constitutum, ne cui jus id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno sestertia cccc.<sup>e</sup> cen-

<sup>b</sup> *Census constitutus est, cui jus esset annuli ferendi.*

//////////

CAP. VIII. 1 Franzius, cum *Sulpitius Galba. Mox juvenilem Vet. Dalec.*

#### NOTÆ

sent: alii Tribunos, quod e Tribunis. Apud Gruterum, p. 436. *INDICT. DE SELECTIS.* ‘de Selectis.’

<sup>a</sup> *C. Asinio*] Jam anno ante, C. Sulpicio, D. Haterio Coss. id sagessisse Tiberium auctor est Tacitus Annal. III. 86. Hoc anno perfecisse Plinius significat.

<sup>b</sup> *Juvenalem famam*] Sic etiam Mss. omnes, non *juvenilem*. Suetonius a Caio Caligula adjectum ait Saturnalibus diem juvenalem, c. 17. et in Nerone, c. 11. ‘Juvenalibus,’ &c. Juvenalis fama vel digna strenuo juvene est, vel ex coërcitis juvenum ganeis collecta.

<sup>c</sup> *Popinarum pœnis*] Pœnas exigendo ab iis qui popinas ganeasve exercerent. Suetonius in Tiberio, c. 34. dedisse cum ædilibus negotium ait, ‘popinas ganeasque inlibendi,’ ut ædilem tum fuisse C. Sulpicium Galbam intelligas. Fuit is Galbæ Imp. frater. Vide Sueton. in Galba, c. 3. — ‘Cave igitur hic cœnis pro pœnis rescribi velis.’ *Ed. sec.*

<sup>d</sup> *Defendi annulis*] Rejicere judicium Sulpicii, vel eo solo nomine, quod de iis, qui jus haberent annuli gerendi, judicare eum nefas esset. Sic Plinius

iterum locutus in Præfat. ad Titum, ‘Quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus?’

<sup>e</sup> *Sestertia cccc.*] Sestertia quadringenta, sive, quod idem est, sestertium quadringenta millia, monetæ Gallicæ efficiunt libras, ut vocant, 40,000. Martial. IV. 67. ‘Prætores pauper centum sestertia Gaurus Orabat, nota carus amicitia: Dicebatque suis hæc tantum deesse trecentis, Ut possent domino plaudere justus Eques.’ Et v. 26. de Chæretrato expulso ex quatuordecim subselliis, propter paupertatem: ‘Quadringenta tibi non sunt, Chærestrate, surge: Lectius ecce venit: sta, fuge, curre, late.’ Sed omnino festive ludit in Calliodorum quendam, quem negat esse Equitem, bonis cum fratre divisionis, v. 38. ‘Calliodorus habet census (quis nescit?) equestrem, Sexte: sed et fratrem Calliodorus habet. Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μέριξ: Uno credis equo posse sedere duos? Quid cum fratre tibi? quid cum Polluce molesto? Non esset Pollux si tibi, Castor eras. Unus cum sitis, duo, Calliodore, sedetis: Surge; solocismum, Calliodore, facis.

sus fuisset, et lege <sup>a</sup> Julia <sup>f</sup> theatri in XIV. ordinibus sedendi.<sup>3</sup> Postea gregatim insigne id appeti cœptum. Propterque hæc discrimina Caius <sup>g</sup> princeps decuriam quintam adjecit: tantumque natum est fastus,<sup>4</sup><sup>h</sup> ut quæ sub Divo Augusto impleri non potuerant decuriæ, non capiant eum ordinem, passimque ad ornamenta ea <sup>i</sup> etiam servitute liberati transiliant: quod antea nunquam erat factum, quoniam in ferreo annulo equites iudicesque intelligebantur: adeoque promiscuum id esse cœpit, ut apud Claudium Cæsarem, in censura ejus,<sup>j</sup> unus ex equitibus, Flavius Proculus, quadringentos ex ea causa reos <sup>k</sup> postularet. Ita dum separatur ordo ab ingenuis,<sup>l</sup> communicatus est cum servitiis.

Judicum autem appellatione separari eum ordinem,

//////////

Vide Juretum ad Symmach. Ep. v. 65.—2 Cod. Dalec. e lege.—3 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

Aut imitare genus Ledæ, aut cum fratre sedere Non potes: alternis, Calliodore, sede.' Ea porro quadringenta sestertia idem valere ac quadringenta sestertium millia, Plinius Junior admonet Epist. i. 19. 'Esse autem tibi centum millium censum, satis indicat, quod apud nos Deenrio es: igitur ut te non Decurione solum, verum etiam Equite Romano perfruemur, affero tibi, ad implendas Equitis facultates, trecenta millia nummum.'

<sup>f</sup> *Et lege Julia*] De lege Roscia, qua statuebatur qui jus haberent in quatuordecim ordinibus sedendi, diximus abunde VII. 31. Lege Julii Cæsaris, ut quidem renur, pœna statuta iis qui contra auderent. Pœna theatralis hæc appellata apud Tranquillum in Augusto, c. 40.

<sup>g</sup> *Caius*] Caligula: de quo Sueton. c. 16. 'Ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.' Vetus inscriptio apud Reinesium, p. 406. IVDIC. EX

V. DEC. Et apud Gruterum, p. 459. IVDICI. SELECTO. EX. V. DEC. Hoc est, 'ex quinta Decuria.'

<sup>h</sup> *Tantumque natum est fastus*] Aliter in Reg. 2. cod. et Cliffl. et sincerius, ut arbitror, *tantumque enatum est fortis*, hoc est, fortunæ ac felicitatis. Hinc veteres inscriptiones, FORTVNÆ FORTIS.


<sup>i</sup> *Ad ornamenta ea*] Ad annulos aureos, quibus liberti donabantur simul cum equestri dignitate. Tacitus Hist. i. 'Nec minor gratia Julio Galbæ liberto, quem annulis donatum equestri nomine Martianum vocitabant.' Idem Hist. II. Asiaticum Vitellii libertum ait donatum annulis, quod antea dixerat, 'equestri dignitate.'

<sup>j</sup> *In censura ejus*] Quam cum L. Vitellio gessit, principatus sui anno octavo, lustrumque fecit 74.

<sup>k</sup> *Ex ea causa reos*] Quod enim servi essent, aut liberti, insigne Equitum gestarent.

<sup>l</sup> *Ab ingenuis*] A Senatu et populo Romano.

primi omnium instituere Gracchi,<sup>5</sup> m discordi popularitate in contumeliam senatus: mox ea debellata, auctoritas nominis vario seditionum eventu circa publicanos substitit: et aliquamdiu tertiæ vires<sup>n</sup> publicani fuere. Marcus Cicero demum stabilivit equestre nomen in consulatu suo, Catilinanis rebus,<sup>o</sup> ex eo<sup>6</sup> se ordine profectum esse celebrans, ejusque vires peculiari popularitate quærens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in republica factum est,<sup>7</sup> cœpitque adjici senatui populoque Romano, et equester ordo. Qua de causa et nunc post populum scribitur,<sup>p</sup> quia novissime cœptus est adjici.



*jus sedendi.*—4 Chiff. fortis.—5 *Gracchi* codd. Regg. Brot. et Editio princeps.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in consulatu suo, ei Senatam concilians, ex eo, &c.* Gronov. et vulgg. Mox, et *ejus vires* cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. corpus *jure statutum est.*

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Gracchi*] Asconius Pedianus in *Divinat.* p. 47. ‘Ti. Graccus,’ inquit, ‘legem tulerat, ut Equites Romani judicarent: judicaverunt per annos xx. sine infamia. Post victor Sylla leges tulerat, ut Senatorius ordo judicaret, et judicavit per annos decem turpiter,’ &c.

<sup>n</sup> *Tertiæ vires*] Tertius locus, tertia dignitas. Fuit cum legendum suspicarer, *tertiæ vices.*


<sup>o</sup> *Catilinanis rebus*] Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>p</sup> *Post populum scribitur*] Tamen in nummo Augusti e Museo nostro, CONSENSV. SENAT. ET. EQ. ORDIN. P. Q. R. ‘Consensu Senatus, et Equestris Ordinis, Populique Romani.’ —‘Sed est equester hic ordo Equitum Romanorum Narbone, non eorum qui in Urbe. Apud Patinum in Familiis p. 171. n. 3. 8. legitur, c. MARIVS TROMIVR. Hoc est, ‘Caius Marius Trium Reipublicæ Ordinum ‘Triumvir:’ orator procurans negotia Senatus Populique Romani et E-

questris Ordinis. In eo nummo tria sunt capita virorum veluti ordine sinistrorsum incedentium: primum nudum senile, Populi Romani: medium, virile, diadematum, Senatus; postremum, juvenile, nudum, Equestris ordinis. Mirum profecto non esse hunc Magistratum Romanæ historiæ scriptoribus cognitum. In eo nummo, qui quartus est apud Patinum, scriptum est, c. MARIVS. C. F. TROMIVR. Duo viri togati sinistrorsum incedunt; sinistra tenent codicillos; ad pedes sua cuique arcula, ut videtur, apposita est, in qua chartas sive instrumenta publica poneret. Caius Marius pater est cum Caio filio, qui functus eo magistratu cum patre, ei postea in eodem gerendo successit. Nam in nummis antiquis cum Caius Caii F. scribitur, aut aliud simile prænomen, eodem ambos mnuere functos esse significatur. Augusti Cæsaris vultum et nomen hi nummi exhibent parte antica.’ *Ed. sec.*

IX. Equitum quidem etiam nomen <sup>1</sup> ipsum sæpe variatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres <sup>2</sup> sub Romulo regibusque appellati sunt: deinde flexumines: <sup>2</sup> postea trossuli, <sup>3</sup> cum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX. M. sine ullo peditum adjumento cepissent ejus vocabuli: idque duravit ultra C. Gracchum. Junius certe, <sup>4</sup> qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: ‘Quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos vocabant, nunc equites vocant: ideoque quia <sup>3</sup> non intelligunt trossulos nomen quid valeat, multos pudet <sup>u</sup> trossulos vocari.’ <sup>4</sup>

X. Sunt adhuc aliquæ non omittendæ in auro <sup>1</sup> differentiæ. Auxilia <sup>2</sup> v quippe et externos torquibus aureis



CAP. IX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quin etiam ipsum equitum nomen* Gronov. et al. vett.—2 Chiffi. *flexumentes*. Mox, cod. Dalec. *oppidum Volsiniorum hoc nomine pedum IX. M. sine u. a. cepissent. Ejus vocabuli vis duravit*.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ideo quia* Gronov. et al. vett. Mox, *trossulus* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pudet eo nomine appellari: et causam, quæ supra indicata est, exponit, invitosque etiamnum tamen trossulos vocari* Gronov. et vulgg. *vocari* ait cod. Dalec.

CAP. X. 1 Cod. Dalec. *aurei*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Auxiliares* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Celeres*] Festus: ‘Celeres antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis præpositus fuit, qui primitus electi fuerunt ex singulis decuriis deni: ideoque omnino trecenti fuerunt.’ Sic etiam Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. 11. p. 86. et Plutarchus in Romulo, p. 23. De Celere Romuli comite, vide Nasonem Fast. iv. 837. Deducunt alii vocem eam a Græca κέλης, quæ *equitem* sonat.

<sup>2</sup> *Deinde flexumines*] In Reg. 2. et Chiffi. *flexumentes*. An a flectendis suaviter habentis?

<sup>3</sup> *Trossuli*] Festus: ‘Trossuli Equites dicti, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum cepe-


rint.’ Manent etiamnum loci vestigia, vulgo *Trosso*, vicinaque fossa, *il vado di Trosso*, duobus passuum milibus a *Monte Fiascone*.

<sup>4</sup> *Junius certe*] Forte in libris quos inscripsit, ‘De potestatibus,’ quorum septimum laudat Ulpianus in Dig. lib. de Offic. Quæst. De Junio agemus in Anetorum Indice.

<sup>u</sup> *Multos pudet*] Propter ambiguitatem vocis, quæ Persinum minime latuit, dum caneret Sat. 1. 82. ‘Trossulus exultat tibi per subsellia levis.’ Neque enim solum Equitem significat ab oppido, ut dictum est; sed et delicatum ac mollem, forsitan a Græca voce τρυσσός. Quo sensu vox ea est accepta a Seneca, Epist. LXXVI. p. 733. ‘Quid ergo? idem faciam quod

donavere, at cives non nisi argenteis. Præterque, armillas civibus dedere, quas non habent externi.

XI. Iidem (quod magis miremur) coronas ex auro dedere civibus. Quis primum donatus<sup>1</sup> sit ea, non inveni: equidem quis primus<sup>2</sup> donaverit, a L. Pisone traditur A. Postumius<sup>3</sup> dictator: apud lacum Regillum<sup>b</sup> castris Latinorum expugnatis, ei, cujus maxime opera capta essent, hanc coronam ex præda is dedit. Item L. Lentulus<sup>c</sup> cos. Servio<sup>3</sup> Cornelio Merendæ, Samnitum oppido capto: sed huic quinque librarum. Piso Frugi<sup>d</sup> filium ex privata pecunia donavit; eamque coronam testamento ei prælegavit.<sup>4e</sup>



CAP. XI. 1 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *Quis primus donatus* al. ante Harduin.—2 Ita codd. Voss. et Reg. 3. *equidem* habent etiam cod. Reg. Brot. 2. et Editio princeps. *sed quis primum* Gronov. et vulgg. *sed* deest in Vet. Dalec. Mox, a L. Pisone traditur. A. P. dictator apud . . . ex præda dedit Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita Chiff. et edd. recentt. *Servio* cod. Dalec. *Sergio* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sed quinque librarum corona* Piso . . . *reipublicæ legavit* edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

trossuli isti ac juvenes?' Et ab Hieronymo lib. de vitando suspecto contubernio. Adde his ea quæ Vossius affert verbo 'Trossuli.'

<sup>v</sup> *Auxilia*] Auxilia (sic enim Mss. omnes, ut servitia pro servis dici monimus sæpe) sive auxiliares copię dicuntur in bello socii Romanorum externarum nationum, inquit Festus. Cur vero externis auri torques darentur, argentei tantum civibus, illud nimirum est, quod in illis pretium spectabatur, in his solus honor et gloria rei gestæ. Coronam ex auro datam externis non legimus. Hæc vero de militari torque, hoc est, qui in bello datus ab Imperatore fuerit, eum præmium fortitudinis, accipienda sunt: non de quovis alio. Nam in Indiero certamine Augustum in Circo scimus torque auro donasse Nonium Asprenatem: sed nihil istud ad propositum Pliniamm. Quod autem Sicio Dentato torques aureos datos esse

scribit Dionys. Halic. idcirco dictum ab eo remur, quod nonnisi aureos nosset. Ceteri certe scriptores, quos retulimus VII. 29. aureos non appellant.

<sup>a</sup> *A. Postumius*] Gessisse dictatram anno Urbis CCCXXIII. auctor est Gellius XVII. 21. pag. 992. De ejus victoria ad lacum Regillum fusc Livius lib. II. pag. 28.

<sup>b</sup> *Regillum*] In Tusculano agro, ad quartumdecimum ferme lapidem viæ Lavicanæ, ad sinistram Roma Lavicum emittibus, quod oppidum hodie *la Colonna*. Sub eo oppido lacus est Regillus, ut contra Cluverium probat Holstenius, e Strabone.

<sup>c</sup> *Item L. Lentulus*] Cum Manio Curio Dentato, tertium, is Consul fuit, anno Urbis, CCCCLXXIX. Ipse Servius Cornelius Merenda anno sequente cum eodem Curio quartum. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>d</sup> *Piso Frugi*] Cui ab insigni fru-

XII. (III.) Deorum vero honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quam ut auratis cornibus hostiæ, majores duntaxat,<sup>f</sup> immolarentur. Sed in militia quoque in tantum adolevit hæc luxuria, ut M. Bruti in Philippicis campis epistolæ reperiantur frementes, fibulas tribunicias<sup>g</sup> ex auro geri. Ita hercules: idem enim tu,<sup>i</sup> Brute, mulierum pedibus<sup>h</sup> aurum gestari tacuisti: et nos sceleris arguimus<sup>2</sup> illum, qui primus auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis jam pridem et viri, quod e Dardanis venit,



CAP. XII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *At Hercules, idem tu* Gronov. et vulg. *Mox, gestatum vidisti* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Har-

#### NOTÆ

galitate cognomen. Gessit Consulatum anno Urbis DCXXI. Valerius Max. iv. 3. 10. ‘Fabiorum et Ogulnii continentia Calpurnium Pisonem in consimili genere laudis æmulum fuisse res ipsa documento est: Consul, gravi fugitivorum bello a se liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera usus fuerat, imperatorio more donis prosequatur: inter quos filium suum, locis aliquot præliatum fortissime, titulo trium librarum aureæ coronæ decoravit: præfatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis se testamento adolescenti legaturum promissit: ut honorem a duce, pretium a patre privatim acciperet.’

<sup>e</sup> *Præleguit*] Ante omnia, et priore loco legavit: vel, privatim legavit. Usus hac voce Paulus Dig. lib. xxxi. Tit. 1. De legatis, 2. leg. 87.

<sup>f</sup> *Majores duntaxat*] E bubulo genere. Tibullus iv. 1. pag. 388. ‘Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.’ Tertull. de Corona, cap. 12. ‘Tibi, Jupiter, bove cornibus auro decoratis vovemus esse futurum.’ Vetus inscriptio Fratrum Arvalium, apud Gruter. NOVE. AVRATO. VOVEMUS. ESSE. FUTURUM. Virgilius: ‘Et

statuam ante aras aurata fronte juvencum.’ Prudentius Hym. in S. Romanum, vs. 1021. ‘Huc taurus ingens, fronte torva et hispida, Sertis revinctus aut per armos floreis, Aut impeditis cornibus deducitur: Nec non et auro frons coruseat hostiæ, Setasque fulgor bractealis inficit.’ Minores hostiæ erant tantum coronatæ illius Dei fronde, cui sacrum fiebat.

<sup>g</sup> *Fibulas tribunicias*] Sagum, sive chlamydem, seu quocumque nomine alio vestimentum militare appellari lubet, fibula in humeris nectebat: Vulgo ‘Agraffam’ dicimus. Non illud quidem aut nobilitatis insigne, aut Tribunatus, ut quibusdam visum est, sed necessitate quæsitum: ornatus gratia, ut ex argento foret, vel auro. Paludamenti sive sagi iconem cum fibula vide apud Ferrar. de Re Vest. ii. 2. 8. p. 110.

<sup>h</sup> *Mulierum pedibus*] Periscelia intelligit, et aurea crurum vincula, de quibus iterum inferius cap. 54. ubi compedes scite appellantur: quoniam, ubi compedes esse solent, imo pedi induuntur, qua cruri annectitur. Vide Ferrariam in Analectis de Re Vestiar. c. 21. p. 71.



itaque et Dardanum<sup>i</sup> vocabatur. Viriolæ Celticæ dicuntur: viriæ<sup>3j</sup> Celtibericæ. Habeant fœminæ<sup>k</sup> in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris: discurrant catenæ<sup>l</sup> circa latera, et in secreto<sup>m</sup> margaritarum sacculi e collo dominarum aureo pendeant,<sup>4</sup> ut in somno quoque unionum conscientia adsit: <sup>a</sup> etiamne pedibus<sup>n</sup> induitur, atque inter stolam<sup>o</sup> plebemque hunc medium fœminarum equestrem<sup>5</sup>

<sup>a</sup> *Ut vel per somnum occurrant animo margaritæ quas gestunt.*



duinus et recentt. *cujus sceleris nos coarguimus* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini, Chiff. Dalec. et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Viria C. d. viriles* Gronov. et vulgg. *vocatur, sicut et viria Celtica dicuntur viriolæ Celtibericæ. Habeant aurum fœminæ, &c.* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. et Editio princeps. Ita quoque Harduin. 1. *et inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant* Gronov. al. vett. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et inserta m. pondera collo d. auro pendeant* Nic. Heinsius in Adverss. III. 2. p. 411. *et margaritarum pondera e collo dominarum auro inserta pendeant* Vet. Dalec. Mox, *ut in summo* Gronov. Paulo post, *etiamnum pedibus* cod. Dalec.—5 *Vox equestrem* deest in cod. Dalec.—

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Dardanum*] Brachiorum ornamentum aureum.

<sup>j</sup> *Viriolæ . . . viriæ*] Sic Mss. Reg. 2. Chiff. ceterique: non, ut editi hactenus libri: *Viria Celticæ dicuntur, viriles Celtibericæ.* Sunt autem viriæ et viriolæ ‘armillæ virorum propriæ,’ inquit Isidorus Orig. XIX. 30. ‘collatæ militibus victoriæ causa ob armorum virtutem: unde et quondam dicebantur viriliæ:’ lege *Viriolæ.* Glossæ: *Viriolæ, περιχέρια.* Inter ornamenta muliebria viriolas censent Ulpianus lib. XXV. § 10. ff. de auro et argento legato: Scævola item, aliique. D. Ambros. in l. i. de Abraham, exponens Genes. cap. XXXIV. ubi ceteri interpretes ‘armillas’ vertunt, ‘virias’ reddidit: ‘Has virias,’ inquit, ‘quæ manum non materiali auro ornarent,’ &c. Vide alia apud Voss. in Etymol.

<sup>k</sup> *Habeant fœminæ*] Et viri habuere, sed effœminati moribus: Caligula, qui ‘manuleatus et armillatus in pub-

licum processit,’ teste Tranquillo: Carus deinde, et alii.

<sup>l</sup> *Discurrant catenæ*] Cingula ex auro intelligit.


<sup>m</sup> *Et in secreto*] Vide Notas et E. mend. num. 9.

<sup>n</sup> *Etiamne pedibus*] Soccis, qui circulis ex auro vincti.

<sup>o</sup> *Atque inter stolam*] Quemadmodum in viris aurum in annulis distinguebat a Curia et a plebeo ordine Equites, atque medium ordinem faciebat, ita in mulieribus aurum compede gestatum distinguebat libertinas tum a stola, id est, matronis honestis, tum a plebe inope: itaque medium quendam et veluti equestrem fœminarum ordinem faciebat. Cave calceorum ornatum hinc colligas in fœminis equestri ordinis hunc fuisse: non ea Plinii sententia est: nam equestris ordinis matronæ et ipsæ longa veste, hoc est, stola matronali usæ. At Libertinæ, quibusque Venus non impermissa, cum altius tunicas suc-

ordinem facit? Honestius viri pædagogii<sup>p</sup> id damus : balineasque<sup>q</sup> dives puerorum forma convertit.<sup>6</sup> Jam vero etiam Harpocratem,<sup>r</sup> statuasque Ægyptiorum numinum, in digitis viri quoque portare incipiunt. Fuit et alia Claudii principatu differentia insolens his,<sup>7</sup> quibus admissionem<sup>s</sup> liberti ejus<sup>8</sup> dedissent,<sup>b</sup> t imaginem principis ex auro in

<sup>b</sup> *Quibus jus ingrediendi cubiculum principis liberti ejus dedissent, &c.*



6 Vet. Dalec. *bulaque dives puerorum formæ convenit*; al. vett. *benèque alias divitum puerorum id formæ (fortunæ) convenit*.—7 'Ita codd. Regg. Dalec. et Editio princeps.' Frustra emendatum in recentioribus edd. *in solis his.*' Bro-

#### NOTÆ

cingerent, ut ex Ovidio et aliis scriptoribus liquet, pedes circulis aureis cultos ostentabant. Ita egregie Ferrarius de Re Vest. III. 17. p. 227.

<sup>p</sup> *Pædagogiiis*] Ut periscelia, ceteraque pedum et crurum vincula, habeant aurea, pædagogiiis relinquimus. Pædagogium cætum sonat puerorum qui in deliciis habentur. Hinc deminuta voce pueri nobilium ministri 'Pagii' apud nos appellantur, *les Pagés*. De his inferius iterum c. 54.

<sup>q</sup> *Balineasque*] Sic Mss. omnes. Balineas a balineo differre Varro admonet, quod illæ sint publicæ, privatum istud. Elegans autem puerorum forma, inquit Plinius, balineas decorat, et honestat. *Convertere balineas* dictum per metaphoram arbitramur, pro 'ostentare:' ut 'convertere exercitum' Latine dicimus, quod barbari 'Facere monstram' aiunt. Vel 'convertere balineas,' est earum speciem sic immutare, ut vix balineæ esse credantur, ac non principum virorum potius domus ac comitatus. De pædagogiani pueri cultu Ammianus lib. XXVI. pag. 320. 'A calce ad puhem in pædagogiani pueri speciem purpureis operis tegminibus pedum.' Pueros credimus unguentarios, qui in balneis erant, a Plinio nunc designati. Qualis ille ad quem Horatius III. Ode

14. 'I, pete unguentum, puer.'

<sup>r</sup> *Harpocratem*] Silentii Deum, inter Ægyptiorum numina. Ovid. Met. IX. 692. Ægyptiorum Deos enumerans, hunc signat tacito nomine: 'Quique premit vocem, digitoque silentia suadet.'

<sup>s</sup> *Quibus admissionem*] Usus ea voce Tranquillus in Vespasiano, cap. 14. 'Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, quærentemque quidnam ageret, aut quo abire, quidam ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniam jusserat.' Plinius item Junior in Panegy. Trajani, num. 47. 'An quisquam studia humanitatis professus, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem?' Nempe 'Ab admissionibus,' vel 'Admissionales,' ut habet Lampridius in Alexandro Severo, dicebantur ii, servi libertive, qui ad salutandum principem ex officio eos admittebant, quibus eo convento opus erat. His qui præerat, 'Magister admissionum,' Ammiano teste, dictus, qui honoratores ad Principem introducebat. Id Palatinum officium Claudii ac Neronis temporibus, ut ex dictis liquet, institutum est. Recte Seneca de Clem. I. 10. 'cohortem interioris admissionis' dixit: nam admissionales alii intra

annulo gerendi, magna criminum<sup>u</sup> occasione: quæ omnia salutaris exortus Vespasiani imperatoris<sup>9</sup> abolevit, æqualiter publicando principem.<sup>c</sup> De annulis aureis eorumque usu hæcenus dictum sit.

XIII. Proximum<sup>a</sup> scelus fecit, qui primus ex auro denarium<sup>b</sup> signavit: quod et ipsum latet,<sup>c</sup> auctore incerto. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum<sup>d</sup> usus est. Librales<sup>1 e</sup> (unde etiam

<sup>c</sup> *Data ex æquo omnibus publice venia gerendi Principis imaginem, et ipsum adeundi.*

tier. Cod. Dalec. *insolens, quibus, &c.*—8 Turneb. et Lipsius, *jus.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Vespasiani Principis* Gronov. et vulgg.

CAP. XIII. 1 *Libra as* legit Hadr. Jun. in Nomenclatore. Jac. Cell. *Libralis . . . dipondius* appendebatur assis Gronov. et al. ante Harduin. *appen-*

## NOTÆ

Principis cubiculum, alii ad fores fuere.

<sup>1</sup> *Liberti ejus dedissent*] Cave cum Lipsio credas orationis structuram poscere sibi, 'liberti, et jus dedissent,' &c. Sententia est, admissio- num libertos scrutari solitos fuisse eos qui ad Principem accederent, criminique dedisse, si quem Principis imaginem in annulo gerentem offendisse.

<sup>u</sup> *Magna criminum*] Cum rei peragerentur ii qui, non impetrata hac venia, principis imaginem in annulo ex auro gestarent. Qua cautione principis imago tum tractanda foret, vide apud Sueton. in Tiberio, c. 58. Vide et Gothofred. in Cod. Theod. l. ix. tit. 21. de falsa moneta, lib. ix. p. 179.

<sup>a</sup> *Proximum*] 'Pessimum vitæ scelus fecit,' ut ipse admonuit c. 4. 'qui primus aurum digitis induit.' Nunc *proximum* ab eo *scelus fecisse* arguitur, qui primus denarium ex auro signavit.

<sup>b</sup> *Æx auro denarium*] Nummi ex auro denarii quoque appellati. Petron. Sat. p. 106. 'Pro calculis albis ac nigris aureos argenteosque habebat

denarios.' Et pag. 160. 'Non habemus Ædilem trium caucnearum . . . plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. Jam scio acceperit denarios mille aureos.' Didymus: Τὰ δὲ χίλια σιστήρτια ποιῆ διακόσια πενήκοντα δηνάρια ἀργυρῶ δέκα δὲ χρυσῶ, ὑπερνούμμους φασί. *Mille sestertii efficiunt CCL. denarios argenteos, sive decem denarios aureos, quod et mille nummos vocant.* Plinius ipse denique xxxiv. 17. Lysippum ait solitum pro manipretio ejusque signi, quod ipse conlabat, seponere singulos denarios aureos. Et xxxvii. 3. 'sex denariis aureis.'

<sup>c</sup> *Quod et ipsum latet*] Primus eundem ex auro monetæ quis auctor extiterit, etiam apud externos, latet. Aureum argenteumque nummum Lydos primum conflavisse, auctor est Herod. i. 91.

<sup>d</sup> *Ante Pyrrhum . . . devictum*] Est autem devictus anno Urbis cccclxxix. ut diximus viii. 6.

<sup>e</sup> *Librales*] Usque ad Pyrrhum devictum, inquit, immo et post illud tempus aliquanto, as fuit librali pondere, ex ære, sive duodecim uncia-

nunc libella dicitur,<sup>f</sup> et dupondius,<sup>g</sup> appendebantur asses. Quare æris gravis<sup>h</sup> pœna dicta. Et adhuc<sup>2</sup> <sup>i</sup>expensa in



debat margo edd. Dalec. et Gronov.—2 ‘Ms. ad hoc. Lego ab hoc.’ Dalec.

#### NOTÆ

rum: atque adeo semissis, sex uncia-  
rum: triens, quatuor: quadrans, tri-  
um: sextans, cujus mentio inferius  
c. 48. duarum. Asses libriles appel-  
lat Volusius Mæcianus, pag. 881.  
Schol. Persii ad Sat. II. ‘Fuit autem  
assis libralis, et dupondius: quod  
hodie in usu remanet.’ Dionys. Ha-  
lic. assem interpretatur, *χάλκεον νό-  
μισμα βάρου λιτριάϊον*.

<sup>f</sup> *Libella dicitur*] A librali assis pon-  
dere, inquit, hodieque ipse as, seu  
res integra quæcumque, quam assem  
nuncupamus, etiam libella ex eo vo-  
catur. Sic Tullius Epist. ad Atticum  
VII. 11. ‘Fecit palam te ex libella,  
me ex teruncio:’ snbintellige, hæredem:  
hoc est, te omnium bonorum  
scripsit hæredem, (nam libræ nomine  
significatur omnis hæreditas: terun-  
cius, quarta pars est libræ, atque  
adeo et bonorum:) me ex quarta  
parte, quam tu mihi dares. Sed et  
nummulus argentens postea libellæ  
nomine venit: non quod libram pen-  
deret, sed quod libræ æreæ pretio  
atque æstimatione responderet. Var-  
ro de Ling. Lat. lib. IV. pag. 41.  
‘Nummi denarii decuma libella, quod  
libram pondo as valebat, et erat ex  
argento parva.’ Libellam argenti  
Plautus appellat in Captiv. V. 11. 27.  
Quam miniam pecuniolam significare  
volebant, assem et libellam dicebant.  
Exempla apud Plautum et Cicero-  
nem obvia. Meminit tamen et sem-  
bellæ Varro loc. cit. quæ libellæ di-  
midium foret: et teruncii, pariter ex  
argento, quæ dimidiata sembella:  
sed non fuere ea omnia dinturni  
usus.—‘Nec de libella argentea Pli-

nus hoc loco agit.’ *Ed. sec.*

<sup>g</sup> *Et dupondius*] Ita Mss. non *dipon-  
dius*. Varro loc. cit. pag. 40. ‘Du-  
pondius a duobus ponderibus, quod  
unum pondus assipondium dicebatur:  
id ideo quod as erat libræ pondus.’  
Sestertii ex ære Plinius hoc loco non  
meminit, quod non haberet is nomen  
a pondere, ut as libralis, et dupon-  
dius: sed a pretio. De dupondio  
XXXIV. 2.—‘Ante nos legebatur, et  
*dupondius appendebatur assis.*’ *Ed. sec.*

<sup>h</sup> *Quare æris gravis*] Livius lib. V.  
‘Deni millibus æris gravis nos con-  
demnat.’ Festus: ‘Pendere pœnas,  
solvere significat: eo quod ære gravi  
cum uterentur Romani, penso eo, non  
numerato, debitum solvebant: unde  
etiam pensiones dictæ.’ Significat  
autem Plinius æris gravis pœnam  
esse dictam, usque ad signatum ex  
argento nummum, atque adeo usque  
ad illud tempus quo imminutum pri-  
mo pondus æris: ut intelligas non  
rude modo, quale Numæ temporibus  
fuit, sed et signatum a Servio cete-  
risque deinceps, grave æs fuisse a  
pondere nuncupatum. Festus: ‘Gra-  
ve æs dictum est a pondere: quia  
deni asses, singuli pondo libræ, effi-  
ciebant denarium ab hoc ipso nume-  
ro dictum.’ Et alibi: ‘Stipem (quam  
ad æs grave pertinere Plinius hoc  
loco admonet) esse nummum signa-  
tum testimonio est,’ &c.

<sup>i</sup> *Et adhuc*] Hoc est, etiamnum du-  
rant moris hujusce vestigia. Ita enim  
Mss. Varro loc. cit. pag. 42. ‘Ab eo-  
dem ære impendendo, Dispensator:  
et in tabulis scribimus Expensum...  
Usura, quod in sortem accedebat,

rationibus dicuntur: item impendia, et dependere. Quin et militum stipendia, hoc est, stipis<sup>j</sup> pondera, dispensatores,<sup>3 k</sup> libripendes<sup>l</sup> dicuntur: qua consuetudine in his emtionibus, quæ mancipii<sup>4 m</sup> sunt,<sup>a</sup> etiam nunc libra interponitur. Servius rex<sup>n</sup> primus signavit æs. Antea rudi<sup>o</sup> usos Romæ Ti-

<sup>a</sup> Quibus legitime ac soleenni ritu nobis res mancipatur, asseritur.

//////////

Mox, et impendere Vet. Dalce.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ, pensatores.*—4 Cod. Dalec. *mancipi.*—

#### NOTÆ

Impendium appellatum. Vide Cassiodorus Var. Ep. vii. 32. ejus lemma est: ‘Formula, qua moneta committitur.’

<sup>j</sup> Hoc est, stipis] Varro de Ling. Lat. lib. iv. pag. 42. ‘Stipendium a stipe dictum est, quod æs quoque stipem dicebant. Nam quod asses libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in area ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparet: a stipando stipem dicere cœperunt.’ Codicem Reg. 2. secuti sumus: prius hic legebatur: *Quin et militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, &c.* At qui unquam usquam pensatores auditi?

<sup>k</sup> Dispensatores] Festus: ‘Dispensatores dicti sunt, qui æs pensantes expendebant, non annumerabant. Hinc deducuntur expensa, sive dispensata, vel compensata: item compendium, dispendium, assipendium, dupondium.’ Inscriptio vetus apud Reinesium, pag. 586. AVG. DISPENSATOR. AD. CENSVS. PROVINCIÆ. LVGDVNENSIS. ‘Angusti dispensator,’ &c.

<sup>l</sup> Libripendes] Græcis ζυγοστάται, ut in Glossis exponitur, quia nempe ζυγὸν ἴσρασι, hoc est, libra pendunt. Priscianus extremo libro sexto ex Cæii primo Institutionum citat, ‘Qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens.’

<sup>m</sup> Quæ mancipii] In omni solutione pecuniæ, quæ quidem ritu Quiritium fieret, ac præsertim in mancipatione, adhibebatur libripens, qui æra penderet, cum quinque testibus: eaque formula retenta est, etiam re mutata, hoc est, etiam tum cum non appenderetur, sed numeraretur pecunia. Quam consuetudinem Boëtius in Topica Ciceronis, ex lib. i. Instit. Cæii, de nexu faciendo, his verbis exposuit: ‘Is qui mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio: isque mihi emtus est hoc ære æneaque libra. Deinde ære percutit libram, indeque a s dat ei a quo mancipit, quasi pretii loco.’ Hinc illud Horatii: ‘Si proprium est quod quis libra mercatur, et ære, Quædam, si credis consultis, mancipat usus.’ Apud Scholiasten Horatii est, ‘Libra et ære comparare.’

<sup>n</sup> Servius rex] Cassiodorus Var. Form. vii. 32. ‘Servius rex monetam in ære primum impressisse perhibetur.’ A Saturno antea signatum tradidit Isidorus Orig. xvi. 17. Sed eos auctores secutus est qui miscet omnia.

<sup>o</sup> Antea rudi] Gentes quædam et plumbo. Leontinorum e Sicilia plumbeum nummum indubitata antiquitatis in Museo nostro servamus. Et plumbeum nummum Plautus in Tri-

mæus<sup>5</sup> tradit.<sup>p</sup> Signatum est<sup>q</sup> nota pecudum: unde et pecunia<sup>r</sup> appellata. Maximus census<sup>s</sup> CX. M. assium fuit illo rege: et ideo hæc prima classis. <sup>t</sup> Argentum<sup>u</sup> signatum est anno Urbis CCCCLXXXV. Q. Ogulnio, C. Fabio coss.<sup>6</sup> quinque



5 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Temcos* Vet. Dalec. *Remcus* Gronov. et vulgg.—6 'Ita bene codd. Regg. Male Harduinus in altera sua editione: CCCCLXXXV. Q. Fabio Consule.' Brotier. CCCCLXXXV. Q. Ogulnio, C. Fabio coss. Canter. Antiq. Lectit. 11. 3. Harduin. 1. Miller. et Bipont. DLXXXV. Q. Fabio coss. Gronov. et al. vett. Mox, *denarius pro* . . .

### NOTÆ

nummo habet.

<sup>p</sup> *Timæus tradit*] Reddit anctorem, ut solet, eum fidem obstringere propriam non audet. Et longe ante a Jano signatum fuisse anctor est Macrobius Saturn. 1. 7. pag. 217. A Numa Plinius ipse xxxiv. 1. Est autem is Timæus, qui de metallica disciplina scripsisse in hujus libri indice dicitur. Hoc loco Reg. 2. *Temcos*, Chiffi. et Parm. editio recte *Timæus*. Editi deinceps libri, *Remcus*, inepte.

<sup>q</sup> *Signatum est*] Bove, vel ove, vel sue: Βοῦν, ἢ πρόβατον, ἢ σὺν ἐπεχάρρατον τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις, inquit Plutarchus in Poplicola, pag. 103. et in Quæstion. Rom. pag. 274. Varro de Re Rust. 11. 1. pag. 85. 'Et quod æs antiquissimum quod est flatum, pecore est notatum.' Et de Vita Populi R. lib. 1. 'Aut bovem, aut ovem, aut vervecem, habet signum.'

<sup>r</sup> *Unde et pecunia*] Spectat huc quadamtenus quod ait Columella in Præf. lib. vii. 'Nomina pecuniæ et peculii tracta videntur a pecore, quod non solum veteres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes unum usurpatur divitiarum genus.' His adde ea quæ diximus xviii. 3. Pecuniam idcirco fortassis pro aereo tantum nummo veteres dixere. Lampridius in Alexandro Severo: 'Sec-

nicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.'

<sup>s</sup> *Maximus census*] Livius lib. 1. pag. 16. primæ classis censum ait fuisse, Servio rege sic statuente, centum millium æris. Festus, cxx. Gellius vii. 13. pag. 125. ait fuisse centum et xxv. millium æris. Sunt autem æris centum millia, quadraginta sestertia: Monetæ nostræ libræ, ut vocant, 4000.

<sup>t</sup> *Prima classis*] Ut classes centuriasque ex censu descripserit Servius Tullius rex Romanorum, disce ex Livio lib. 1. post medium. Festus: 'Infra classem significatur, qui minore summa quam centum et viginti millium aris censi sunt.'

<sup>u</sup> *Argentum*] Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>v</sup> *Quinque annis*] Sive, quod eodem ferme recidit, ut Livius ait in Epitome lib. xv. 'Victis Tarentinis . . . tunc primum populus Romanus argento uti cœpit.' Varro tamen apud Charis. Annal. lib. 1. sic scripsit. 'Nummum argentum conflatum primum a Ser. Tullio dicunt.' Sed hac loquendi forma obscuros esse fama illius auctores significat. Scio T. Minucii Augurini nummum proferri, sed ejus esse nego, qui Consul fuit ante annos fere xl. quam cœptum sit Punicum bellum: cuius sit tamen nummus ille, obscurum.

annis<sup>v</sup> ante primum bellum Punicum. Et placuit denarium<sup>w</sup> pro decem libris æris, quinarium<sup>x</sup> pro quinque, sestertium pro dupondio<sup>7</sup> ac semisse.<sup>y</sup> Librale autem<sup>z</sup> pondus æris imminutum bello Punico primo,<sup>a</sup> cum impensis respublica non



*quinarius* Gronov.—7 Ita Vet. Dalec. Harlwin. 1. 2. 3. et recentt. *dupondium* Gronov. et vulgg. Mox, *Libræ autem æris pondus* Vet. Dalec. *Libræ autem*

## NOTE

<sup>w</sup> *Et placuit denarium*] Subintellige, ut infra, permutari. Sic enim Mss. Reg. 2. et alii, non *denarius*, *quinariusve*, ut editi: quorum vel ex eo error detegitur, quod statim *sestertium* vel ipsi quoque legant. Porro *denarius* Romanus argentens, (cujusmodi sunt Consulares plerique,) si cum moneta nostra probatissima ex argento componatur, legitima æstimatione valere dicendus est asses æreos omnino octo: *quinarius*, quatuor: *sestertius*, binos. Scio ab erudito viro, in *Mastigoph.* II. pag. 31. et a Gassendo, in appendice ad tom. III. *Philos. Epicuri*, minoris æstimari; taxari enim assibus tantum septenis, vix cum semisse; a Gronovio de *Sest.* III. 9. pag. 384. sex assibus Hollandicis, hoc est, e nostris, septem assibus, et asse dimidio integro. Sed ad pondera monetarum et pretia haud attendisse satis mihi videntur. *Judex libra esto.*

<sup>x</sup> *Quinarium*] *Quinarium* in Bibliotheca Regia argentem vidi, pondere granorum, ut loquimur, XL. cui nota quoque subscripta Q. *quinarium* esse designabat, quanquam vel solo pondere satis admonente. Nota tamen *quinarii* usitatio, V. quemadmodum *denarii*, X. Unum ejusmodi et alterum in Museo nostro Parisiensi aservamus.

<sup>y</sup> *Sestertium pro dupondio ac semisse*] Hoc est, pro assibus binis cum asse dimidio. Varro de Ling. Lat. lib. IV. pag. 41. ‘In argento nummi . . . De-

narii, quod denos æris valebant: *Quinarii*, quod quinos: *Sestertius*, quod semis tertius. *Dupondius* enim et *semis*, antiquus *sestertius* est.’ *Sestertium* porro hoc Plinii loco intellige, qui sit in quarto casu, ut vocant, a recto ‘*sestertius*,’ non a neutro *sestertium*. Cum enim *sestertia* audis neutro genere efferrî, singula scito mille nummis, sive, quod idem est, mille *sestertiis* æstimari, hoc est, monetæ Gallicæ, libris centum: ut ex Plutarcho intelligimus, in Fabio Maximo, pag. 176. et ex Plinio ipso superius cap. 8. equitum censum taxante *sestertiis* cccc. Et ut semel omnia dicamus, cum decies, vicies, quadragies, centiesve, audis, centena millia *sestertium* masculini generis subintelligi scito oportere: hic enim Romanis loquendi mos. *Sestertium* unum argentem in cimelio nostro habemus sane rarissimum, cum nota *sestertii*, IIS.

<sup>z</sup> *Librale autem*] Ita Pintianus: et Reg. 2. *librare*. Editi, *libræ*. Hoc est, assis, qui libralis pondo erat, pondus est imminutum: non ipsius *libræ* pondus, ut visum quibusdam alias eruditis. Priscianus ita locutus: ‘*Denarius*,’ inquit, ‘decem librarum nummus,’ hoc est, decem assium.

<sup>a</sup> *Bello Punico primo*] Egregie Festus hallucinatur, qui, verbo ‘*Sextantarii*,’ id accidisse bello secundo Punico asseverat. ‘*Sextantarii*,’ inquit, ‘asses in usu esse cœperunt ex eo tempore, quod propter bellum

sufficeret: constitutumque ut asses sextantario pondere<sup>b</sup> ferirentur. Ita quinque partes<sup>c</sup> factæ lucri, dissolutumque æs alienum.<sup>8 d</sup> Nota æris<sup>9</sup> fuit ex altera parte Janus geminus,<sup>e</sup> ex altera rostrum navis: <sup>f</sup> in triente<sup>g</sup> vero et quadrante, rates.<sup>10</sup> Quadrans antea teruncius<sup>11</sup> vocatus a tribus



*pondus æris Gronov. et al. ante Hardnin.—8 Cod. Dalec. quinta parte facta lucri dissolutum æs alienum.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. assis.—10 Vet.*

#### NOTÆ

Punicum secundum decreverunt Patres, ut ex assibus, qui tum erant librarii, fierent sextantarii, &c. Cæptum porro bellum Punicum primum anno Urbis cccxc.

<sup>b</sup> *Sextantario pondere*] Hoc est, ut singuli essent sextantis pondere, sive duarum unciarum: sic enim e libra una seni asses conflabantur, quorum singuli sexta pars prioris assis seu libræ forent. Festus, verbo ‘Grave æs:’ ‘Bello Punico Populus Rom. pressus ære alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem valerent.’ Alciati commentum Plinii verba sic immutantis, ut *dextantario pondere*, et mox, *quinta parte facta lucri*, legat, non codicum modo conspirans consensus, sed et allatum modo testimonium refellit.

<sup>c</sup> *Ita quinque partes*] Interdicta veterere pecunia, ex ærario publico, in quo æris copia ingens fuit, asses cusi de novo, ita ut in singulas æris libras seni conflarentur, cum prius singuli integræ libræ pondo forent. Sic quinque asses in libras, sive quinque partes libræ, Respublica lucri fecit. Nihil planius.

<sup>d</sup> *Nota æris*] In asse nimirum recens enso, mutata priore illa nota, quam æri Servius impresserat. Mutato æris pondere, et notæ mutata. Vide Plutarchum in libro quem inscripsit de Quæst. Rom. pag. 271.

<sup>e</sup> *Janus geminus*] Bifrons.—‘Est et in Hadriani Aug. nummis trifrons,

ex ære mediocri apud Du Choul p. 20. Sic prudentia principis commendatur, qui præterita recolat, præsentia consideret, futura prospiciat.’ *Ed. sec.*

<sup>f</sup> *Rostrum navis*] Ovid. Fast. i. 229. ‘Multa quidem didici: sed cur navalis in ære Altera signata est, altera forma biceps, &c. At bona posteritas puppim formavit in ære, Hospitis adventum testificata Dei.’ Saturni in Italiam adventum intelligit, et Jani hospitium. Venit hic in mentem mihi ejusdam puerilis instituti, ejus Macrobius meminit Saturn. i. 7. pag. 217. ‘Æs ita fuisse signatum hodieque intelligitur,’ inquit, ‘in alexusu, cum pneri denarios in sublime jactantes, capita aut navim, lusu teste vetustatis, exclamant.’ Quod fere ludi gēnus a nostris hodieque pueris frequentatum cernimus. In eo vero Macrobii loco cave denarios pro argenteis nummis accipias: sed pro asse ex ære. Quin et minutior moneta ex ære, ut quæ apud Marcum, cap. 12. λεπτὰ δύο dicuntur, *duo denarii*, δύο δηνάρια, Lucæ 10. Ambrosio, ‘duo æra’ appellantur, apud nos *deux deniers*.

<sup>g</sup> *In triente*] Festus: ‘Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, et triente, ratis fuerit effigies: ut navis, in asse.’ Triens est, auctore Varrone de Ling. Lat. lib. iv. pag. 40. assis pars tertia, ut quadrans quarta.



unciis. Postea Hannibale urgente<sup>b</sup> Marcum Minucium,<sup>12</sup> Q. Fabio Maximo dictatore, asses unciales<sup>l</sup> facti: placuitque denarium<sup>j</sup> sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. Ita respublica dimidium<sup>k</sup>



Dalec. ratis.—11 Gronov. *triuncis*.—12 'Vide Livium xxii. 18. et 24. Male in Editione principe omisa nomina *Marcum Minucium*; quod secutus est eruditus Harduinus in altera sua editione.' Brotier. Hæc nomina desunt in edd. vet. Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Marcum* tau-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Postea Hannibale urgente*] In Reg. 2. *urgente mercumque Fabio*. Cujus admonitu hanc vocem *Marcum* addidimus: gnari M. Minucium intelligi, Magistrum Equitum, quem Hannibal urgebat acriter sane, dum Q. Fabius Maximus Dictator, qui et Cunctator dictus, Romæ ageret, anno Urbis fere DXXXVII. Vide Livium xxii. 18. et 24.—'Sed vox ea *marcum* nihil esse videtur, qua Mss. omnes ceteri, librique typis impressi carent, a primo ad ultimum: ab editione Romana a. 1470. et Parmensi a. 1476. et Italica translatione ejusdem anni usque ad editionem novissimam.' Ed. sec.—Et hic alter interim Festi lapsus notandus, qui septennio tantum sextantariis asses durasse scribit: cum Punicum bellum alterum, quo conflari unciales cœpti sunt, post annos amplius xx. a prioris fine sit subsecutum.

<sup>l</sup> *Unciales*] Pondere uncix: sic duodecim in singulas libras percussi.

<sup>j</sup> *Placuitque denarium*] Vitruvius III. 1. Volusius Mæcianus, p. 877. qui sub Antonino Pio vixit: 'Denarius primo asses decem valebat, unde et nomen traxit: quinarium, dimidium ejus, id est, quinque asses: unde et ipse vocatur. Sestertius, duos asses et semissem, quasi semis tertius. . . . Nunc denarius sedecim: Victoriatus et Quinarium octo: sestertius, quatuor asses valet.' Exhibet Patinus

in gente Titinia nummum, pag. 277. et in Valeria alterum, pag. 284. in quibus nota XVI. pretium denarii, eo quo sunt cusi illi tempore, indicant, nempe asses sedecim, uti priores nota X. decem signabant. Vidisse se quoque quinarium ait Anton. Augustinus, Dialog. I. nota VIII. insignitum: in sestertiis vero IIII. nunquam: quin nec illam notarum varietatem diu durasse: sed veteres notas statim revocatas.

<sup>k</sup> *Ita resp. dimidium*] Hæc lucri ratio fuit. Antiquata vetere pecunia ex ære, argentoque, assibusque sextantariis interdictis, unciales cusi sunt, hoc est, in singulas libras duodecim; cum prius seni tantum ferirentur. Confluente deinde ad ærarium publicum plebe, ut pro sextantibus novos asses acciperet, nihil damni plebs capiebat, cum ejusdem pretii, quanquam ponderis diversi, asses referret: Respublica, sive ærarium, dimidium lucrabatur. Rursum confluente eadem, ut æream monetam acciperet pro argentea vetere, quæ tum erat edicto antiquata, pro denariis singulis asses sedecim domum referebat: nullo ipsius damno, immo sex assium facto, ut apparet, lucro: nam decem tantum assibus denarius olim taxabatur; tunc vero, sedecim. Minoris hi quidem asses, ut diximus, qui recens conflati, fuere ponderis: at pretii omnino cum prioribus paris

lucrata est. In militari<sup>1</sup> tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Notæ argenti<sup>m</sup> fuere bigæ atque quadrigæ: <sup>13</sup> et inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papiria<sup>14</sup> senunciales<sup>o</sup> asses facti. Livius Drusus<sup>p</sup> in



tum exhibet Harduin. 1.—13 ‘*Notæ argenti bigæ atque quadrigæ*] Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Plurimi nummi familiarum Romanarum notati bigis atque quadrigis adhuc extant.’ Brotier. *Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ* edd. al. ante Brotier.—14 ‘*Lege Papiria*] Ita Mss. Reg. Voss. et Editio princeps. Male eruditus Harduinus in altera sua editione, *lege Papyriana*. Papius ille creditur fuisse Papius Turdus, qui tribunatum plebis gessit anno Urbis conditæ DLXXXVI.’ Brotier. *lege Papyria* Gronov. et al.

#### NOTÆ

Verum Republicæ et ærarii majus lucrum fuit. Nam e sextantariis assibus decem, qui denario argenteo prius permutabantur uno, cum viginti conflavit asses unciales, deditque pro argenteo denario duodecim sedecim, quatuor interim lucri fecit: deinde ancto argentei nummi pretio ad sedecim asses, iterum senos: igitur denos omnino: hoc est, quod Plinius ait, in singulos denarios dimidium, sive denarium unum. Tantundem et in quinarios singulos sestertiosque lucri. Expedire hunc nodum nequivere Anton. August. Emend. II. 7. pag. Budæus de asse lib. v. pag. 173. minimeque omnium Aleiatus de Pond. et Mens. tom. VI. Operum, fol. 279. ubi despondens animum, luxata hæc omnia, suisque nota sedibus esse, frustra conqueritur.

<sup>1</sup> *In militari*] Militibus tamen, ut libentius diutiusque mererent in exercitu, spe mercedis allecti, denarius argentens, non sedecim, sed, ut olim, decem tantum assibus æstimatus est: hoc diurnum stipendium, asses deni scilicet, non ære, sed argenteo nummo in singulos dies persoluti. Hinc illa Pannonii militis apud Tacitum expostulatio, Annal. I. p. 17. cur decem æreos asses reciperet, non denarium, ut olim, argenteum, quem sede-

cim deinde assibus æreis permutaret, ut sic senos asses posset lucrari. Vide Budæum de Asse lib. v. et Hotoman. pag. 63.

<sup>m</sup> *Notæ argenti*] Nempe quæ tum jussu Senatus est impressa pecuniæ novæ. Festus: ‘Nummi quadrigati, et bigati, a figura cælaturæ dicti.’ Recte: neque enim ponderis fuere a prioribus, sed cælaturæ ac pretii disparis. De bigatis et quadrigatis crebra apud Livium mentio, lib. XXII. pag. 225. lib. XXXIV. pag. 407. &c. Ita serrati nummi, quorum idem Livius meminit, quales Museum nostrum asservat, in familia Aurelia, Claudia, Cornelia, in nummo cui epigraphe, L. SCIPIO. ASIAG. Maria, Memmia, Nævia, Pomponia, Postumia, Procilia, Sulpicia, non diversi sunt generis pretiive nummi, sed ab incisio in serræ modum nummi marginibus, serrati denarii appellati. Sed et postea præter bigas, quadrigasque, impressæ sunt et Castorum in nummis imagines, mox et familiarum insignia, aliaque.

<sup>n</sup> *Mox lege Papiria*] Sic editi omnes, cum Reg. 2. cod. aliisque. Quis iste Papius fuerit Tribunus plebis, qui legem tulerit, adhuc incomperitum. Ad Papium Turdum, qui Tribunatum gessit anno Urbis DLXXXVI. referre Pighius videtur,

tribunatu plebis octavam partem æris argento miscuit. Qui nunc Victoriatus<sup>q</sup> appellatur, lege Clodia<sup>r</sup> percussus est.

## NOTE

in Annal. ad an. 575. pag. 343.—‘*Mox lege Papiriana*] Sic editi omnes, cum R. 2. cod. aliisque, usque ad Dalecampium, qui *Papyria* scripsit. Nomina in *ius desinentia* apud Romanos primariae sunt stirpis nomina, ut Julius, Pompeius, Antonius. At desinentia in *ianus* sunt ab uxore primum petita, quæ cum esset hæres ex asse in sua familia, marito magnas opes, liberis opinam hæreditatem afferret cum nomine. Sic Vespasianus a Vespasia conjuge, et filius natus major, cui addicta ea hæreditas fuerat, P. Vespasianus. Sic Domitianus a conjuge Domitia: a Seia Sejanus: a Valeria Valerianus: Aurelianus ab Aurelia Severina: et sic alii omnes in nummis antiquis. Quamobrem interest hoc loco Papirianum, legis Papirianæ auctorem, a Papirio distinguere.’ *Ed. sec.*

<sup>o</sup> *Semunciales*] Sic dupondii unciales tum fuere. Nec leviores ad Plinii usque tempora, multoque etiam postea, asses fuerunt.

<sup>p</sup> *Lirius Drusus*] Anno post Urbem conditam DCLXIII. L. Marcio Philippo, Sex. Julio Coss. Tribunatum plebis gessit Drusus: medio ferme temporis intervallo, quod intercedit sextum inter et septimum Marii Consulatum, a quo æs optimum, quod argento Drusus immiscuit, Mariani æris nomen accepit. Vide Gothofr. in Cod. Theod. lib. IX. tit. 21. de falsa moneta, pag. 177. Sic monetae argenteae minimæ, quæ nunc cernuntur apud nos, æstimanturne assibus æreis tribus cum semisse, octavam habent æris partem admixtam. Sed acta Drusi uno deinde Senatusconsulto abrogata sunt, ut Cicero docet de Leg. lib. II.

<sup>1</sup> *Victoriatus*] Volusius Mæcianus, *Delph. et Var. Clas.*

pag. 877. ‘Victoriatus nunc tantundem valet, quantum quinarius olim; ac peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum, et drachma habebatur.’ Extat in nostro cimelio nummus C. EGNATVLEI. C. F. cum signo Victoriæ, unde Victoriati nomen, et litera Q. quinarium designante: epigraphæ, ROMA. Sed et denarios habemus eadem Victoriæ nota, imprimis vero M. Catonis Propætoris, ejus qui Censorii nepos fuit: quo in denario Victoriæ sedentis simulacrum, cum subscriptione VICTURIX. Ectypum Patinus exhibet in familia Porcia, pag. 228.

<sup>r</sup> *Lege Clodia*] Is est Clodius Pulcher, qui a patriciis translatus ad plebeios, factusque Tribunus plebis, Ciceronem mulctavit exilio, anno Urbis conditæ, DCXCVI.—‘Is est Clodius Tribunus plebis, quem Milo occidit. Clodia gens diligenter a Claudia discernenda est. Illa plebeia fuit, unde iste Clodius Tribunus plebis: hæc patricia, ex qua Appius Claudius Cæcus, et postea Tiberius Claudius, alique. *Clodius* Græce in nummis Clodii Albinii Augusti ΚΛΩΔΙΟΣ: *Claudius*, ΚΛΑΥΔΙΟΣ scribitur. Est et Clodii Albinii Cæsaris nummus ex ære magno in Museo D. Abbatis De Fontenu sic inscriptus in priore pagina: ΚΛΩΔΙΟΣ ΑΛΒΕΙΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ: capite nudo: *Clodius Albinus Cæsar*: in altera, ΕΠΙ ΤΡ. ΚΑΥΔΙΟΥ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΤ: *Sub Prætoræ Claudio Aristophane*. Hic gens Clodia diligenter discriminatur a Claudia. Infra, CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Stant numina duo, quorum alteri in dextra sistrum, alteri in sinistra tympanum est; symbolum Indorum pro Cæsare editorum. Ad pedes, gryphus, ut vocat, amphoram dextro pede tenet, argumen-

*Plinius.*

Antea enim hic nummus, ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, et inde nomen. Aureus nummus post annum LXII.<sup>s</sup> percussus est, quam argenteus, ita ut scripulum<sup>t</sup> valeret sestertiis vicenis: " quod effecit<sup>v</sup> in libras,<sup>w</sup> ratione sestertiorum, qui tunc erant, ses-

## NOTE

to agri vitiferi, et vino abundantis.'  
*Ed. sec.*

<sup>s</sup> *Post annum LXII.]* Hoc est, anno post Urbem conditam, DXLVII. qui tertiusdecimus fuit belli Punici secundi, cum impensas fieri maximas ei bello gerendo oporteret. Consules tum fuere M. Livius Salinator secundum, C. Claudius Nero.

<sup>t</sup> *Ita ut scripulum [scrupulum]* Sive, ut Mss. habent *scripulum*, quod perinde est. Libra porro scripula continet 288. Aurei cujusvis nummi scrupulum æstimabatur vicenis argenti sestertiis, sive, quod idem est, denariis quinque. Læulentum hujus rei testimonium præbent nummi aurei duo, quos vidimus, tum in Bibliotheca Regia, tum in Musco S. Genovefæ: Alter nummulus est unius scrupuli pondere, hoc est, granorum, ut loquimur, unius et vicenum: epigraphe, ROMA: pretium geminata litera xx. planissime signatum: quid enim aliud ea nota velit, quem vicenis sestertiis, ut ait Plinius, æstimatum? Alter majusculus, pondere omnino triplo majore, hoc est, trium scrupulorum, seu granorum sexaginta trium: igitur sexagenos sestertios valere necesse est, sive, quod idem est, denarios quindecim: et tantundem valere sane clamant literæ xv. ibidem insculptæ.

<sup>v</sup> *Sestertiis vicenis]* Cum sestertios in summa aliqua designanda audis, denariosve, cave alios intelligas apud Latinos scriptores, quam quos antiqua taxatio, et nominis originatione ipsa declarat, nisi ipsi auctores aliter accipiendas eas voces admoneant,

quod est admodum infrequens. Itaque sestertium pro dupondio ac semisse: denarium accipe, pro assibus denis: quæ antiqua est eorum vocum acceptio, et retenta semper a Romanis scriptoribus, in pretio aliquo summave signanda. Vide Anton. August. Dial. 1. Veter. Numism.

<sup>v</sup> *Quod effecit]* Effecit, inquit, hæc major auri æstimatio, ut in libras auri singulas Respublica lucri faceret sestertios nongentos, eorum scilicet sestertiorum qui tunc erant, hoc est, anno DXLVII. quique jam ab anno, ut diximus, DXXXVII. quaternis assibus permutabantur. Quod si nongentos sestertios ejuscemodi, qui tunc erant, lucrata respublica est, igitur sestertios 1440. lucrata esse necesse est, eorum sestertiorum qui prius erant, hoc est, qui duobus assibus et semisse æstimabantur. Continentur enim hi 1440. in nongentis illis, ita ut ne unus quidem aut desit, aut superet. Quare quod nunc vicenis sestertiis vulgaribus, (assium scilicet duorum cum semisse, qui solent in quovis pretio indicando usurpari, ut diximus,) permutatum dicitur auri scripulum, quindenis ante necesse est fuisse taxatum: ut in singula scripula lucrata respublica sit quinque sestertios, in libras, quæ scripula 288. continent, sestertios 1440. Quod autem Plinius XIX. 4. scripulum auri, ut lini quondam byssini, permutatum ait denariis quaternis, qui sestertios sedecim efficiunt, sua et priorum Cesarum tempora respicit, quo imminutum auri pretium fuit, cum esset major auri copia, nec augustum es-

tertios DCCCC.<sup>15</sup> Post hæc placuit X. XL. signari<sup>x</sup> ex auri libris: paulatimque principes<sup>y</sup> imminuere pondus: <sup>z</sup> minu-  
tissime Nero ad XLV.

XIV. Sed a nummo prima origo avaritiæ, fœnore excogitata, quæstuosaque segnitia.<sup>1</sup> Nec paulatim exarsit<sup>2</sup> rabie quadam, non jam avaritia, sed fames auri: utpote cum Septimuleius,<sup>a</sup> Caii Gracchi familiaris, auro rependendum<sup>3</sup>

//////////

vett. lege *Papiriana* Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—15 ‘*Quod effecit . . . sestertios DCCCC.*] Ita libri omnes scripti et editi. Paulo ante, in codd. Regg. et Editione principe, *sestertius vicens*; unde forte legendum, *sestertios vicens*. Sic et Varro accusativo usus est.’ Brotier. *Quod efficit, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *Post hæc placuit L. nummos signari ex auri libris paulatimque principes imminuere pondus: minutissime Nero ad LV. nummos, &c.* Budæus. *placuit XL. millia signari . . . minutissimus vero ad XLV. M.* edd. vett. et Gronov.

CAP. XIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *prima est origo avaritiæ excogitata, fœnore quæstuosaque segnitia* edd. vett. et Gronov.—2 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. *Hæc paulatim exarsit* edd. ante Brotier.—3 Ita ex codd. Har-

#### NOTÆ

set, ut olim, ærarium. Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>w</sup> *In libras*] Intellige, in libras singulas auri infecti, quod in ærario servabatur, quodque interdum distrahebat ad vasa, operaque publica ac privata. Nullidum enim tum nummi erant aurei, nisi fortassis peregrini et externi. Quare apud Livium, anno Urbis DCLIII. jussere Patres deferri ad Triumviros mensarios aurum, argentum, et æs omne, sed cælatum, signatumve apud exteros: nempe ut illud in belli sumtus impenderent.

<sup>x</sup> *Post hæc placuit X. XL. signari*] Hoc est, denarios XL. Et sane denarios ex auro dici initio hujus cap. monuimus. *Post hæc* autem interpretor, confecto bello Punico secundo, atque adeo si placet ita, et tertio: post redditam Reipublicæ pacem, devicta Carthagine. Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>y</sup> *Principes*] Imperatores, quos Principes ea tum appellabat ætas:

quorum postremus, qui pecuniam auream ante Plinii excessum mutavit, Nero fuit. Stante Republica nihil detractum de legitimo nummorum pondere: imminere Principes: omnium maxime Nero.

<sup>z</sup> *Imminuere pondus*] Non libræ, ut Scaliger existimat, nam id semper æquale fuit, sed nummorum, qui leviores. Porro, ut id corollarii vice addam, aureus nummus unus Augustorum ævo denariis argenteis vicens quinis permutabatur olim, ut ex Diono constat et Zonara. Hujus hæc verba sunt: Παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἔν. Probat hoc pluribus Snellius de Re Num. pag. 29. Adde Didymum laudatum a nobis initio hujus cap.

<sup>a</sup> *Cum Septimuleius*] Opimii amicum, φίλον Ὀπιμίον, Σεπτιμουλήϊον, vocat Plutarchus in Gracchis, p. 842. Caput ipsum ait, cerebro exento, infusoque plumbo, fuisse XVII. pondus cum besse, ἑπτακαίδεκα λίτρας καὶ δίμορον. L. Vitellium male appellat, pro Sep-

caput ejus excisum ad Opimium tulerit, plumboque in os addito parricidio suo<sup>b</sup> rempublicam<sup>c</sup> etiam circumscripserit: nec jam Quiritium aliquo, sed universo nomine Romano infami, rex Mithridates Aquilio duci<sup>d</sup> capto aurum in os infudit: hæc parit habendi cupido. Pudet intuentem tantum nomina ista, quæ subinde nova Græco sermone excogitantur, expresso<sup>4</sup> argenteis<sup>e</sup> vasis auro aut incluso:<sup>a</sup> quibus deliciis<sup>b</sup> veneunt tam inaurata quam aurea,<sup>5</sup> cum sciamus interdixisse castris suis Spartacum,<sup>f</sup> ne quis aurum haberet aut argentum. Tanto fuit plus animi fugitivis nostris.<sup>g</sup> Messala orator prodidit, Antonium<sup>h</sup> triumvirum

<sup>a</sup> Tum extante foris in vasis argenteis auro, tum intus incluso.

<sup>b</sup> In quam delicatos ac viles usus.



duin. 1. 2. 3. et recentt. *repensum* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *impresso*. —5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tum auro quam aurata* Gronov. et

#### NOTÆ

tinulcio, Diodorus in Excerptis, pag. 378. De Opimii Consulatu diximus xiv. 16. De hac nece Gracchi jussu Opimii illata, Cic. in Catil. Orat. 1.

<sup>b</sup> *Parricidio suo*] Cum familiarem suum Gracchum interfecit.

<sup>c</sup> *Rempublicam*] Universo tum Populo Romano conflavit invidiam avaritiæ, famam existimationemque detraxit, et quasi Rempublicam ipsam damnavit. Usus hac voce Tullius, tum alibi, tum Philipp. xiii. ‘Senatus in Capitolium, parata de circumscribendo adolescente sententia Consularis,’ hoc est, ut Budæus ait, de ejiciendo magistratu ignominiose Octavio, et imperio ei abrogando. Occisum esse, postquam Senatus decrevisset, Consul ut videret, ne quid detrimenti Respublica caperet, Cicero refert loc. cit. nam in Tribunatu seditiosis legibus Rempub. perturbavit.

<sup>d</sup> *Aquilio duci*] Sic Appianus in Mithrid. p. 184. Τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνησε χρυσίον. Ibi enim Μάνου

Ἀκύλιον vocat. Vide et Plutarchum in Mario, Val. Max. ix. 13. aliosque.

<sup>e</sup> *Expresso argenteis*] Expressum Tullius dixit pro eminente, extante, de Nat. Deor. lib. 1. ‘Nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis.’ Χρυσένδετα haud dubie vasa intelligit, nempe auro circumvineta: de quibus Martialis xiv. 97. ejus lemma, ‘Laucæ chrysendetæ:’ ‘Grandia ne viola parvo chrysendeta mullo: Ut minimum libras debet habere duas.’ Et ii. 43. ‘Immodici tibi flava tegunt chrysendeta nulli.

<sup>f</sup> *Spartacum*] Eo abstinentiæ nomine Spartacum commendat etiam Appianus de Bellis Civil. lib. 1. p. 424. lato in Thurinis montibus edicto, ne quis negotiator aurum argentumve in castra inveheret: ne cui snorum habere hæc liceret: solum as ferrumque emerent, &c.

<sup>g</sup> *Fugitivis nostris*] Subintellige, quam civibus. Anno Urbis dclxxxvi. Spartacus, aliique gladiatores, effrac-

aureis usum<sup>i</sup> vasis<sup>6</sup> in omnibus obscœnis<sup>j</sup> desideriis, pudendo crimine, etiam Cleopatrar<sup>c 7 k</sup>. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, poculo aureo pulvinis<sup>8</sup> subdito, Philippum regem dormire solitum. Agnonem<sup>l</sup> Teium Alexandri Magui præfectum aureis clavis suffigere<sup>9</sup> crepidas. Antonius apud nos in contumeliam naturæ vilitatem auro fecit: proscriptione dignum,<sup>d</sup> sed Spartaci.<sup>10 m</sup>

xv. Equidem miror populum Romanum victis gentibus in tributo semper argentum imperitasse, non aurum: sicut

<sup>c</sup> *Ad omnes naturæ necessitates, nec suis tantum, sed, quod pudendum magis, etiam Cleopatrar.*

<sup>d</sup> *Rem proscriptione dignam.*

//////////

al. vett.—6 ‘Ita bene codd. Regg. Ed. pr. et Cl. Dnrand.’ *Brotier.* τὸ *vasis* deest in al.—7 Cod. Dalec. *usum vasis in omn. pudendo et crimine Cleopatrar.* —8 Ita Jac. Cell. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *pulvino* edd. vett. et Gronov. —9 Vet. Dalec. *configere.*—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Antonius in contumeliam . . . fecit, opus proscriptione dignum. Sed præter alia equidem miror, &c.* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

to Capuæ ludo Lentuli, ac perditorum haud exigua collecta manu, Romanos non semel fuderunt exercitus: ac tandem a Crasso Prætorè et Pompeio profligati sunt anno DCLXXXIII. Hoc servile bellum et fugitivorum appellatum est: cujus totam rationem Florus expedit, III. 20.

<sup>h</sup> *Antonium*] Ciceronis hostem.

<sup>i</sup> *Aurcis usum*] Subintellige ‘vasis,’ ex antecedentibus.


<sup>j</sup> *In omnibus obscœnis*] Quod et ille fecit, ad quem Martialis I. 38. ‘Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro,’ &c.

<sup>k</sup> *Cleopatrar*] Etiam in fœmina pudendum crimen. Vel, etiam desiderio Cleopatrar. Dignum hominem, in quem conjiciatur illud Martial. XI. 12. ‘Te potare decet gemma, qui Mentora frangis In scaphium mœchæ, Sardanapale, tuæ.’ Hoc est, qui pocula Mentorea nobilitata manu, ut alibi ait, diffringis, ut inde conficiatur mœchæ tuæ matula.

<sup>l</sup> *Agnonem*] ὄσπε Ἐγνονα τὸν Τήϊον ἀργυροῦς ἐν ταῖς κρηπίσιν ἡλίου φορεῖν. Plutarchus, in Alexandro, pag. 688. Sic etiam Clemens Alexand. Pædag. lib. II. Simile est, quod de Antiochi exercitu narrant historici: qui quidem ‘magna ex parte (verba sunt Valerii Maximi) aureos clavos crepidis subiectos habuit.’ Simile et quod de Ephesio Theotimo Plautus in Bacchid. II. 3. 98. ‘Qui auro habeat soccis suppectum solum.’ Forte ‘aureum solum,’ hoc est, auream calceamenti soleam. Festo, ‘clavata dicuntur calceamenta clavis confixa:’ et fuere caligæ militares clavis suffixæ, sed, ut hodie rusticorum, ferreis.

<sup>m</sup> *Sed Spartaci*] Dignus, inquit, Antonius qui ob hoc proscriberetur, non a Sylla, aliòve consimili, sed a Spartaco gladiatore ac fugitivo, qui castris suis interdixit, ne quis aurum haberet aut argentum. Vide Notas et Emend. num. 13.

Carthagini<sup>n</sup> cum Hannibale victæ XII. M. pondo<sup>o</sup> annua<sup>1</sup> in quinquaginta annos, nihil auri. Nec potest videri penuria mundi id evenisse. Jam Midas<sup>p</sup> et Cræsus infinitum<sup>2</sup> possederant. Jam Cyrus devicta Asia pondo XXXIV. M. invenerat, præter vasa aurea, aurumque factum,<sup>q</sup> et in eo folia<sup>3</sup> ac platanum, vitemque. Qua victoria argenti quingenta millia talentorum reportavit, et craterem Semiramidis,<sup>s</sup> cujus pondus quindecim talenta colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo LXXX.<sup>t</sup> patere<sup>4</sup> Varro tradit.<sup>u</sup> Jam



CAP. XV. 1 'Optime hunc locum eruditus Gronovius ex Appiano et Livio restituit.' Brotier. *victæ argenti pondo annua* edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *victæ XII. pondo annua* Harduin. 1. et Bipont.— 2 Ita Harduin. 1. et Bipont. *Nam M. et C. infinitum* cod. Dalec. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Nam M. et C. in infinitum* Gronov. et al. vett.—

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Sicut Carthagini*] Appianus in Punic. p. 30. victo ait in Africa Hannibale, a P. Corn. Scipione, bello Punico secundo, imperatum Carthaginensibus inter ceteras conditiones pacis, ut singulis annis ducenta talenta Euboica per annos quinquaginta in Urbem afferrent: *Καὶ ἐς Ῥώμην ἐκάστου ἔτους ἀναφέρειν Εὐβοϊκὰ τάλαντα διακόσια, ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτούς.* Sic et Livius. Massinissa ipse Pænos devictos argenti quinque millibus pondo mulctavit, teste eodem Appiano, p. 41. Apud Livium lib. xxxviii. quod Ætoli redimere argento pacem ant nollet, aut non valeret, iniqua imposita conditio, 'ut si aurum dare mallent,' facerent sane: 'dum pro argenteis decem aureus unus valeret:' cum justum esset aureum unum argenteis multo pluribus æstimari. Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>o</sup> *XII. M. pondo* [*XII. pondo*] Hoc est, duodecim millia pondo argenti: seu, ut Appianus, Liviusque dixerunt, ducenta talenta: Gallicæ monetæ, libras 537600. Tale Antiocho tributum similiter imperatum, teste Livio

lib. xxxviii. Frustra *sedecim pondo* rescribere nititur Budæus lib. iii. fol. 73.

<sup>p</sup> *Jam Midas*] De Mida, Cic. de Divin. lib. 1. pag. 189. De Cræsi opibus Herod. 1. 50. pag. 19.

<sup>q</sup> *Aurumque factum*] Factum dicitur, quod non est rude, quod elaboratum, ex quo aliquid confectum est.

<sup>r</sup> *Et in eo folia*] Sic etiam Mss. *Solia* legi multo mallet. De simili vite ac platano ex auro, vide Herod. vii. 27. p. 395.

<sup>s</sup> *Craterem Semiramidis*] De quo Diodorus Sic. Bibl. lib. ii. p. 98.

<sup>t</sup> *Talentum autem . . . pondo LXXX.*] Romana hæc talenti æstimatio fuit. Livius lib. xxxviii. de fœdere Antiochi: 'Argenti probi Attica talenta duodecim millia dato intra duodecim annos, pensionibus æquis: Talentum ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendat.' Porro octoginta pondo sunt denariorum sex millia, ac viginti supra septingentos: nam in libram imputantur denarii quatuor et octoginta, ut dicitur inferius cap. 46. monetæ Gallicæ libræ 33. et asses



regnauerat in Colchis Salauces et Esubopes,<sup>v</sup> qui terram virginem<sup>w</sup> nactus, plurimum argenti aurique cruisset dicitur in Suanorum<sup>x</sup> gente,<sup>5</sup> et alioqui velleribus aureis<sup>y</sup> inclyto regno. Sed et illius aureæ camerae, et argentæ<sup>6</sup> trabes narrantur, et columnæ, atque parastaticæ,<sup>7<sup>z</sup></sup> victo Sesostri Ægypti rege, tam superbo, ut prodatur annis quibusque<sup>a</sup> sorte reges singulos e subjectis jungere ad currum solitus, atque ita triumphare.<sup>8</sup>



3 Pintian. et al. folio.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *capere*.—5 Cod. Dalc. *in suapte gente*; Gronov. et al. ante Harduin. *in Sannorum gente*.—6 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. τὸ et deest in edd. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—7 Ita Budæus, Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *parastaticæ* Gronov. et al. vett. Mox *Sesostre* edd. ante Brotier. *Sesostri* codd. Regg. et Ed. pr.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *solitus, sicque triumphare* Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

12. Igitur talentum unum efficit monetæ nostræ libras, ut vocant, omnino 2688. Alia est Attici talenti æstimatione, alia Euboici, Alexandrini alia. Sed de his alii consulendi. Nos de Attico dicemus xxxv. 40.

<sup>u</sup> *Patere Varro tradit*] Ita Mss. Reg. 2. et alii: non, ut editi, *capere*. Vox est ea Senecæ quoque familiaris.

<sup>v</sup> *Salauces et Esubopes*] Sic libri omnes etiam Mss. Est qui nihilominus hoc loco conjiciat legi commodius, *Salauces Ætæe soboles*, quod minus sane nobis aridet.

<sup>w</sup> *Terram virginem*] Quæ et γῆ παρθένος a Philone Byzantio dicitur, lib. de septem orbis miraculis, cap. de horto pensili. Ea *virgo terra* nuncupatur, ad quam, cum altissime foderis, devenitur, nec fossuram ipsa sensit olim. Clemens Alexandr. Strom. lib. 1. pag. 274. Ἐν γοῖν τοῖς νόμοις ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων κελεύει τοὺς γεωργοὺς μὴ ἐπαρδεῦσαι, μηδὲ λαμβάνειν ὕδωρ παρ' ἐτέρων, ἐὰν μὴ πρότερον ὀρύξαντες παρ' αὐτῶν ἄχρι τῆς παρθενίου καλουμένης, ἄνδρον εὐρωσι τὴν γῆν. *In legibus itaque Plato, qui est ex Hebraeis Philosophus, jubet agricolas non irrigare, neque aquam ab aliis sumere,*

*nisi cum prius apud se foderint usque ad terram, quæ Virginialis dicitur, terram aridam et aquæ expertem invenerint.* Alio sensu apud Gruterum, p. MCXXXIX. 12. legas, *EMIT ET COMPARAVIT LOCVM VIRGINEM*, hoc est, intactum.

<sup>x</sup> *In Suanorum*] Ita Reg. 2. alique: non, ut editi, *Sannorum*. De Suanis vi. 4.

<sup>y</sup> *Velleribus aureis*] Nota Phryxæi velleris fabula, in Colchis.

<sup>z</sup> *Atque parastaticæ*] Sic Reg. 2. Colb. 3. alique: non *parastatæ*, ut editi. Sunt autem pilæ quadratæ, aut lapides pilarum modo astantes columnarum lateribus, vulgo dicti *Pilastres*. In Notis quæ Tironi ascribuntur, inter patres et materias ædificiorum, pag. 163. 'Camera. Concameratio. Columna. Parastatica, (lege 'Prastatica.') Marmor. Mosivum. Vetus inscriptio apud Alexand. Donat. Soc. Jesu, III. 13. p. 250. IMP. CAES. NERVAE. TRAIANI. OPTIMI. PRINC. GERM. DAC. IMAGINES. ARGENT. PARASTATICAS. CVM. SVIS. ORNAMENTIS ET. REGULIS. ET. CONCAMERATIONE FERREA. C. IVLIVS. . . DEDIT. &c.

<sup>a</sup> *Ut prodatur annis quibusque*] Ita

XVI. Et nos fecimus, quæ posteri fabulosa arbitrentur. Cæsar, qui postea dictator fuit, primus, in ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ<sup>b</sup> argenteo<sup>1</sup> usus est: ferasque argenteis hastis<sup>2c</sup> incessivere tum primum noxii,<sup>d</sup> quod etiam in municipiis æmulantur. C. Antonius ludos scena argentea<sup>e</sup> fecit. Item L. Muræna, et Caius<sup>f</sup> princeps in Circo pegma duxit,<sup>3g</sup> in quo fuere argenti pondo CXXIV. M.<sup>4</sup> Claudius, successor ejus, cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas,<sup>h</sup> VII. M. pondo habere,<sup>5</sup>



CAP. XVI. 1 Cod. Dalec. *ctiam argenteo*.—2 'Ita bene cod. Dalec. et eruditus Gronovius.' Brotier. *argenteis vasis* edd. vet. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *argenteis hastis lacessere* Vet. Dalec. *a. verutis lacessere* al. vet. ap. Dalec. *incessere tum primum visum. Mox quod etiam* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Dalec. *extruxit*; vel, *struxit*.—4 'Pondo CXXIV. M.'] Ita quidem emendavit Cl. Durand. Quod nimium est. At Mss. et editi libri habent tantum, *pondo CXXIV*. Quod quoque minimum est. Forte scripserat Plinius, *pondo M. CXXIV*. Certe aliquid portentosum exhibuit insanus Caligula.' Brotier.—5 'VII. M. pondo habere'] Ita adhuc Cl. Durand. Pessime certe scripti et editi libri, *VII. pondo*. Immo Ms. Reg. 2. *VI. pondo*. At librarii, ut passim occurrit in Mss. Plinii codicibus, omisere millesimi

#### NOTÆ

Diodor. Sicul. Bibl. lib. I. pag. 53.

<sup>b</sup> *Omni apparatu arenæ]* Amphitheatri. Arenam pro amphitheatro dici tralatitium esse alibi monimus. —'De munere vide dicta a nobis III. 11.' Ed. sec.

<sup>c</sup> *Feras . . . argenteis hastis [vasis]* Sic Mss. quos vidimus. Forte *gesis*: est enim gesum telum Gallicum. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>d</sup> *Noxii]* Bestiarum, ad feras damnati. Cyprianus Ep. ciii. de spectac. 'Ad pœnam hominis fera rabida nutritur in deliciis, ut sub spectantium oculis crudelius insaniat.' Hoc in numero habiti Christiani sub Imperatoribus. Multa in eam rem con-gessit erudite Julius Balengerus, de Venat. Circi, cap. 30. et 31.

<sup>e</sup> *Scena argentea]* Scena frons theatri, seu locus actorum, obstrinctus aulaeis et sipariis, unde in proscenio prodibant histriones acturi, ut

ait Cassiodorus. *La face du theatre, la decoration du theatre*. Inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 583. T. LÆLIVS. AVGVSTORVM. LIB. ARGENTO SCAENICO.—'Falsa.' Ed. sec.

<sup>f</sup> *Et Caius]* Caligula. Vide Tranquillum in Caio, cap. 18.

<sup>g</sup> *Pegma duxit]* Pegma contabulatio fuit, quæ sponte sensim surgebat, et subsidebat. Seneca Epist. LXXXVIII. 'His annumeres machinatores: qui pegmata ex se surgentia exeogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietatis: aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut quæ distabant suâ sponte cohærentibus, aut iis quæ eminebant paulatim in se residentibus.'

<sup>h</sup> *Intr coronas aureas]* Coronarum ex auro exempla plura vide apud Jul. Bulgeng. de Triumpho, cap. 29. de coronis sociorum.

quam contulisset Hispania citerior, IX. c. quam Gallia Comata, titulis indicavit. Hujus deinde successor, Nero, Pompeii theatrum operuit auro in unum diem,<sup>i</sup> quod Tiri-dati regi Armeniæ ostenderet. Et quota pars ea fuit<sup>6</sup> aureæ domus<sup>j</sup> ambientis urbem?

XVII. Auri in ærario populi Romani fuere, Sex. Julio,<sup>k</sup> L. Aurelio coss. septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo XVI. M. DCCCX.<sup>l</sup> argenti XXII. M. LXX. et in numero, LXII. LXXXV. M. CCCC.<sup>l</sup> Item Sex. Julio, L. Marcio coss. hoc est, belli socialis<sup>m</sup> initio, auri pondo XVI.



aut centenarii numeri notas. Crediderim tamen Plinium non scripsisse VII. M. pondo, sed VII. C. pondo. Jam multo ante legati Philippi regis, de victoria gratulantes, in aede Jovis Capitolini centum pondo coronam auream posuerant, ut videre est apud Livium xxxvi. 35. 'Legati quoque ab rege Attalo coronam auream ccxlv. pondo in Capitolio posuere:' teste eodem Livio, xxxii. 27. *Idem. unam VII. pondo habuit... Hispania citerior alteram IX. quam Gallia Comata: sicut titulus indicavit Gronov. et vulgg. VII. pondo habere, . . . II. citerior, IX. quam. G. C. &c. Harduin. et recentt. VII. pondo contulerat Vet. Dalec. Gallia, &c. quam Comata cod. Dalec. IX. M. quam Gallia, &c. Durand.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Et quota pars ea apparatus fuit Gronov. et al. vett.*

CAP. XVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. et LXXVI. M. ibid. Auri pondo D. CC. M. XXVI. argenti XCII. M. et innumerato trecentis et septuagies quinquies. Gronov. et al. ante Harduin. Pondo CCXXVII. argenti nona-

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *In unum diem*] Qui dies propterea est aureus appellatus, inquit Dio lib. LXIII. p. 718. a quo hæc pariter narrantur. Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>j</sup> *Aureæ domus*] De qua iterum xxxvi. 21.

<sup>k</sup> *Sex. Julio*] Anno Urbis DCXXX. —'Anno Urbis DCCVII.' *Ed. sec.*—Sed inter eos Consules, et eos sub quibus cæptum esse dicitur bellum Punicum tertium, Marcium nempe Censorinum, et M. Manilium Nepotem, septem alii Consulates intercedunt integri.

<sup>l</sup> *Pondo XVI. M. [XVI.] DCCCX.*] Hoc est, auri infecti pondo sedecim millia octingenta decem: quæ, auri scrupulo sestertiis vicenis taxato, ut

supra, efficiunt Gallicæ monetæ libras 9682560. Argenti, viginti duo millia et septuaginta: monetæ nostræ libræ sunt 741552. Et in numerata signataque pecunia, sexagies bis centena octoginta quinque millia, et quadringenti. (Lineola cuim priori numero superposita, ut sæpe diximus, centena millia subintelligi admonet. De sestertiis autem accipienda hæc sunt, more scriptorum omnium Latinorum.) Efficit hæc summa numeratæ signatæque pecuniæ, si ad monetam Gallicam reducatur, libras, ut vocant, 628540. Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>m</sup> *Belli socialis*] Sen Marsici, de quo II. 85.

XX. M. DCCCXXIX.<sup>n</sup> C. Cæsar<sup>2o</sup> primo introitu Urbis, civili bello suo,<sup>3</sup> ex ærario protulit laterum aureorum<sup>p</sup> XV. M.<sup>4</sup> argenteorum, XXXV. M.<sup>5</sup> et in numerato, H-S. CCCC.<sup>q</sup> Nec fuit aliis temporibus respublica locupletior. Intulit Æmiliius<sup>r</sup> Paulus, Perseo rege victo, e Macedonica præda



ginta duo millia, et extra numerum CCC. et LXXXV. M.—2 Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Franz. *belli s. i. auri XVI. XX. DCCCXXIX. C. Cæsar*; Bipont. *belli s. i. auri sedecies cent. viginti millia et DCCCXXIX. C. Cæsar*; Gronov. et vulgg. *belli s. initio, DCCCXLVI. auri pondo. C. Cæsar*; Margo edd. Dalec. et Gronov. *auri pondo DCCC. XLV.—3 Ita codd. Regg. Brot. in civili bello, suo, &c. al. ante Brotier.—4 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. aureorum XXV. M. Harduin. et recentt. aureorum XXVI. edd. vett. et Gronov.—5 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. Hæc, argenteorum, XXXV. M. desunt in ed. Gronov. argenteorum XXXV. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Laterum aureorum quindecim, argenteorum triginta quinque millia, et in numerato*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Auri. XVI. XX. M. [XVI. XX.] DCCCXXIX.]* Hoc est, auri infecti pondo sedecies centena viginti millia, et octoginta, ac viginti novem. Sic Reg. 2. *Æstimatione Gallicæ monetæ, libras ea efficiunt, ut vulgo dicimus, 933597504. hoc est, fere nongentos et xxxiv. milliones.*

<sup>o</sup> *C. Cæsar]* Dictator. Quod si dives adeo fuit, cur igitur Tranquillus in Julio, cap. 54. ‘In primo Consulatu tria millia pondo auri furatus e Capitolio, tantundem inaurati æris reposuit.’ Vide et Plutarch. in Cæsare, pag. 725. et in Apophtheg. pag. 206. et Appianum de Bellis Civ. lib. 11. pag. 453.

<sup>p</sup> *Laterum aureorum]* Vide Notas et Emend. num. 18. Lateres aureos argenteosque pariter Varro vocat de Vita Populi Rom. lib. 111. apud Nonium: *πλιθους χρυσοῦς* Herodotus, ubi de Cræso: argentum videlicet, aurumque infectum, needum in vasa monetamve conflatum. Nos vernaculo sermone appellamus, *Barres d’or, ou d’argent.*

<sup>q</sup> *H-S. CCCC.]* Hoc est, quadringentis centena millia sestertium.

Gallicæ monetæ 4000000. libræ sunt, seu quatuor milliones.

<sup>r</sup> *Intulit Æmiliius]* Vide Notas et Emend. num. 18.—‘Est nummus argenteus in Museo nostro, et apud Patin. in Famil. pag. 7. n. 6. caput Concordiæ velatum: inscriptio, PAVLVS. LEPIDVS. Ubi Spanhemius falso putat, *Paulum* esse prænomen, t. 11. pag. 35. Princeps Senatus ‘Paulus’ ex patre, ex matre ‘Lepidus,’ hic notatur; ac proinde utroque genere ex gente Æmilia, Augusti temporibus, ut nummi alii docent, ac proinde Augusti vice. CONCORDIA hic significatur Senatus Populique R. )( Tropæum, quod dextra manu tangit Æmiliius Paullus, sinistro nummi latere, quippe nobiliore, stans: statura prægrandi. E regione stat Persens rex Paulo minor, manibus post tergum revinctis, ac tropæum suspicit; astant inter ipsum et tropæum adolescentes duo prætextati, qui sunt duo Persei liberi: natus major alter, qui patri vicinior, junior alter. Supra tropæum, TER. In imo nummi margine, PAVLVS. Ille nummus Æmiliius Paullus, alterius, qui in priore nummi

H-S. MM. CCC.<sup>6</sup> a quo tempore populus Romanus tributum pendere<sup>1</sup> desiit.

*sestertium quadringentis margo* edd. Dalec. et Gronov.—6 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *Perseo victo*, &c. edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Perseo rege Macedonico devicto, prædam poudo trium millium* edd. vett. et Gronov. *Perseo rege victo e Macedonica præda, sestertium ter millies margo* edd. Dalec. et Gronov.

## NOTÆ

pagina nominatur, atavus, de quo Plinius hoc loco, et iv. 17. Literæ TER, tropæo superpositæ, occasionem dedere confingendi ter Paulum triumphasse; cum tamen hic unicum pingatur tropæum de Perseo, sive de Macedonia capta. Lego, ‘Tribus ejectis Regibus,’ Perseo rege nimirum, cum duobus liberis in nummo depictis.’ *Ed. sec.*

<sup>6</sup> *H-S. MM. CCC.*] Hoc est, sestertium bis millies et trecenties centena millia. Efficiunt ea libras monetæ Gallicæ, seu florenos, 23000000. seu viginti tres milliones.

<sup>1</sup> *Tributum pendere*] Stipendium militare in antiqua Reip. ex tributo fuit: tributum pro portione census exigebatur: belli præda interim ad difficillima Reip. tempora reservata: qui mos ad Æmilium usque Paulum duravit, Perseumque regem devictum, anno Urbis DLXXXV. Renovatum Hirtio et Pansa Coss. auctor est Plutarch. ‘Privato sumtu se aluisse milites Romanos pæne ad id tempus quo Roma capta est a Gallis,’ auctor est Festus, post Livium, lib. iv. Quod vero de tributo Plinius refert, hamsisse id a Valerio Maximo videtur, iv. 3. pag. 210. ‘At Perse Rege devicto,’ inquit, ‘Paulus cum Macedonicis opibus veterem atque hæreditariam Urbis nostræ paupertatem eo usque satiasset, ut illo tempore primum populus Rom. tributum præstandi onere se liberaret,’ &c.—‘At vice tributum, aut præter illud, fuit

in provinciis ‘Honorarium aureum,’ munus Principibus dari solitum, et imperatum. Hujus mentio in nummis post tempora Constantini sæpe occurrit: ingeniose semper: exempli gratia, in triente aureo Theodeberti, quem delineari fecit Bouterovius, pag. 277. ex cimelio Illustr. Harlæi: THEODEBERTIA. ‘Theodebertus Imperator Augustus.’ Cave enim legas ‘Theodeberti’ in genitivo casu; cum neque in nummis Latinis nomina Principum in alio unquam casu quam in recto scribantur, et alia Theodeberti numismata integrum nomen THEODEBERTVS exhibeant: et in THEODEBERTI PP. AVG. æque legi ‘Imperator’ debeat, atque in nummis æqualis ipsius IUSTINIANI. PP. AVG. capite cincto gemmis:.) (Cruix: in ambitu, IOHANNES. Monetarii nomen id esse non potest, cum opificis prænomen tantum possit esse; nec scribi proinde solum in nummis debeat. Totidem vocum primæ sunt eæ literæ, hac sententia: ‘Imperator Obtinere Honorarium Aureum Negotiatores Narbonenses Edicto Senatus.’ Honorarium aureum certus fuisse significatur numerus aureorum, cujusmodi est iste, qui ‘Theodeberti Imperatoris Augusti’ nomen præfert. Certamen ingeniorum fuit illo ævo, et consequentibus sæculis, quis felicis sub nominibus etiam virorum, sæpissime postea et civitatum, ut prius aliis Latinis vocabulis, sententias exhiberent, et Principi, cujus esset

XVIII. Laquearia, quæ nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginẽm eversam primo inaurata sunt in Capitolio, censura L. Mummii.<sup>a</sup> Inde transiere in cameras quoque et parietes,<sup>1</sup> qui jam et ipsi tanquam vasa inaurantur: cum sua ætas varia de Catulo<sup>b</sup> existimaverit, quod tegulas æreas Capitolii inaurasset primus.

XIX. Inventores auri, sicut metallorum fere omnium, septimo volumine<sup>c</sup> diximus. Præcipuam gratiam huic materiæ fuisse arbitror, non colore, qui in argento clarior est, magisque diei similis, et ideo militaribus signis familiarior, quoniam is longius fulget: manifesto errore eorum, qui colorem siderum placuisse in auro arbitrantur, cum in gemmis aliisque rebus non sit præcipuus. Nec pondere, aut facilitate materiæ prælatum est ceteris metallis, cum cedat per utrumque plumbo.<sup>1</sup> Sed quia rerum uni nihil igne de-



CAP. XVIII. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *in cameras parietesque.*

CAP. XIX. 1 *Cedit per utrumque plumbo*] Hæc incogitanter scripsit Plinius. Aurum nec pondere nec facilitate materiæ plumbo cedit. Pes cubi-

#### NOTÆ

in nummo vultus impressus, apte convenientes, et picturæ partis adversæ, si qua esset: ita ut vel rem gestam a principe, vel delatum ei honorem a subjectis eæ significarent. Sic in Placidi Valentiniiani nummo BONIFATIVS significat: 'Bono Oræ Narbonensis Insulanis Fugatis, Arelaten-ses Triumphum Insignem Valentini-ano Struxerunt.' Sic sunt alia exempla prope innumera, quæ in Numismatis sæculi Theodosiani et Justiniani, ac Regum Francorum, exponimus. Insignis ac perrarus in eo genere triens aureus est, apud D. de Cleves in hac civitate, Theodeberti Aug. honori percussus, cum mentione tributi, quod subiude Edni Augusti Regibusque solverent. Hinc Principis caput cinctum gemmis exhibet, cum literis, METALS: quarum sententia est: 'Mercatores Edni Theode-  
berto Augusto L. quinquagesimam

Solverunt.' Gallice diximus, *le cinquantième denier*. Pars altera, cum cruce in medio, habet has in ambitu literas: TEVD ELSILVS: hoc sensu: 'TEVDEBERTO Edni Tributum Sexagesimæ Invicto Liberatori Urbis Solverunt.' *Ed. sec.*

<sup>a</sup> *L. Mummii*] L. Mummius, Achaicus appellatus, Corinthum Achææ caput incendit, anno Urbis DCVIII. quo anno capta et incensa Carthago est a P. Corn. Scipione. Ambo deinde Censuram simul gessere, anno DCXII. Iustrumque fecere LVII.

<sup>b</sup> *De Catulo*] Eo qui Capitolium dedicavit, ut diximus XIX. 6. Hoc illius factum sua ætate alii in aliam partem accipiebant: cum non deessent qui profusione sumtu coli Deos negarent oportere.

<sup>c</sup> *Septimo volumine*] Lib. VII. cap. 57.

perit, tuto<sup>2</sup> etiam in incendiis rogisque. Quinimmo quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat, ignescatque: id ipsum obrussam vocant.<sup>3 d</sup> Primum autem bonitatis argumentum est, quam difficillime accendi. Præterea mirum, prunæ<sup>e</sup> violentissimæ<sup>4</sup> igni indomitum, palea citissime ardescere: atque ut purgetur, cum plumbo coqui. Altera causa pretii major, quam minimum usu deteri,<sup>5</sup> cum argento, ære, plumbo, lineæ producantur,<sup>f</sup> manusque sordescant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius dividitur, utpote cujus uncia in septingenas et quinquagenas, pluresque bracteas,<sup>g</sup> quaternum utroque<sup>a</sup> digitorum, spargantur. Crassissimæ ex his Prænestinæ vocan-

<sup>a</sup> *In longitudinem et latitudinem.*

cus auri pendet libras 1326. Plumbi vero, libras 828. De facilitate materiæ satis compertum est, et mox dicitur. Immo ipse Plinius paulo infra ait nihil auro laxius dilatari.<sup>7</sup> Brotier.—2 Vet. Dalec. *tuta*. Mox, in incendiis rogisque durante materia Gronov. et al. vett. Duo postrema verba, durante materia, desiderantur in codd. Pintian. Harduin. et al.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Haiduin. 1. 2. 3. et recentt. *auri experimento ignis est, . . . . rubeat quo ignis; atque ipsum obryzum vocant* Gronov. et vulgg. —4 Vet. Dalec. *pruna violentissima*.—5 Cod. Dalec. *quod minimum usus dete-*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Id ipsum obrussam vocant*] Illud videlicet experimentum aurifices obrussam vocant. Sic Reg. 2. alique. Obrussa vox usurpata Senecæ in Epist. et Natur. Quæst. Tranquillo quoque in Nerone, normam significat, ad quam exigitur aurum. Inde obryzum, coctione crebra ita purgatum, nihil ut habeat alterius metalli admixtum. Schol. Thucyd. in l. i. χρυσίον ἄπεφθον interpretatur, πολλάκις ἐψηθὲν, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. Tranquillus in Nerone, cap. 44. ‘Exegit ingenti fastidio et acerbitate minimum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam.’

<sup>e</sup> *Prunæ, &c.*] Reg. 2. et Pintiani codex, *prunæ violentissimi ligni*. Strabo lib. III. pag. 146. Διὰ τοῦτο καὶ

ἀχόρφ τήκεται μάλλον ὁ χρυσοῦς, κ. τ. λ. Causam is deinde affert, cur palea citius, quam carbone, liquefiat. Locum consule.

<sup>f</sup> *Lineæ producantur*] Non tingit corpora quæ tangit: argentum tingit parum: cetera tingunt multum, inquit Albertus M. de Miner. iv. 7. p. 265. Plinius infra c. 31. ‘Lineas ex argento nigras produci plerique mirantur.’

<sup>g</sup> *Bracteas*] Feuilles d’or, laminæ tenues, sponteque plicabiles, atque adeo vel minima aura halituve oris. Harum opifices inauratores bractearii appellati. Vetus inscriptio apud Gruterum, p. 1074. COLLEGI BRAC-TEARIORVM. INAVRATORVM.—‘Falsa.’ Ed. sec.

tur, etiamnum retinentes nomen, Fortunæ inaurato ibi fidelissime simulacro. Proxima bractea quæstoria appellatur. Hispania strigiles vocat auri parvulas massas, quod super omnia solum in massa aut ramento capitur. Cum cetera in metallis <sup>b</sup> reperta igni perficiantur, hoc statim aurum est, <sup>h</sup> consummatamque materiam protinus habet, cum ita invenitur. Hæc enim inventio ejus naturalis est: alia, quam dicemus, coacta. Super cetera <sup>i</sup> non rubigo ulla, non ærugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuatve pondus. Jam contra salis et aceti succos, domitores rerum, constantia: superque omnia netur, ac textitur lanæ modo, et sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinius Priscum Verrius docet.<sup>7</sup> Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, <sup>j</sup> edente eo <sup>8</sup> navalis prælii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili <sup>9</sup> <sup>k</sup> sine alia materia.<sup>10</sup> Attalicis vero <sup>l</sup> jampridem intexitur, invento regum Asiæ.

<sup>b</sup> *In fodinis metallicis.*

//////////

*rit. Mox, linæ ducantur Vet. Dalec.—6 Cum cetera metallis Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Verrius tradit Gronov. et vulgg.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. sedente eo ad.—9 Vet. Dalec. ex auro textili.—10 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. sine alia materie Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Hoc statim aurum est*] Auri purissimi grana, ceu arenæ, in fodinis reperiuntur. 'Granum inventum esse 100. marcarum simul' auctor est Albertus M. loc. cit.

<sup>i</sup> *Super cetera*] Etiam aqua, terrave sepultum, vel pluribus sæculis, rubiginem nullam contrahit.

<sup>j</sup> *Agrippinam Claudii principis*] Nempe conjugem, Neronis matrem. Describit hos ludos Dio lib. LV. pag. 687. "Ἐν τινὶ δὲ λίμνῃ ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπεθύμησε ποιῆσαι . . . ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ὁ τε Νέρων στρατιωτικῶς ἐστράτησαν· ἢ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσειψεν ἔκοσμεῖτο. *In palude quadam exhibere navale certamen Claudius cupiebat . . .*

*vestitum suo quisque arbitrio, militarem Claudius et Nero gestabant, Agrippinam chlamydem seu paludamentum auro textum.*

<sup>k</sup> *Auro textili*] Filo tenni deducebatur aurum, eoque vestes texebantur. Sidonius Apollin. xxii. 199. 'Vel stamine fulvo Prægnantes fusi mollitum nesse metallum.' De Elagabalo Lampridius: 'Indutus est omni aurea tunica: (hoc est, tota aurea: ut Maro: 'unde omnis Troja videri,' pro tota dixit:) usus et purpurea, et de gemmis Persica, ita ut gravari se diceret.'

<sup>l</sup> *Attalicis vero*] De his dictum est viii. 74. Erant e lana auro intertexto.



XX. Marmor, et iis quæ candesceri<sup>1</sup> non possunt, ovi candido illinitur: ligno, glutini ratione composita: leucophoron<sup>2</sup> vocant. Quid sit hoc, aut quemadmodum fiat, suo loco docebimus.<sup>m</sup> Æs inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro, legitimum erat: de quibus, ut dicemus,<sup>n</sup> illorum naturam reddentes, excogitata fraus est. Namque æs cruciatur<sup>c 3</sup> inprimis, accensumque restinguitur sale, aceto, alumine. Postea exarenatur,<sup>d</sup> an satis recoctum sit, splendore deprehendente: iterumque exhalatur igni, ut possit edomitum, mixtis pumice, alumine, argento vivo, inductas accipere bracteas.<sup>e</sup> Alumen in purgando vim habet, qualem<sup>4</sup> esse diximus plumbo.<sup>o</sup>

XXI. (IV.) Aurum invenitur in nostro orbe: ut omittamus Indicum, a formicis,<sup>p</sup> aut apud Scythas gryphis,<sup>q</sup> erutum.<sup>1</sup> Apud nos tribus modis: fluminum ramentis, ut in Tago<sup>r</sup> Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ. Nec ullum absolutius aurum est, ut cursu ipso<sup>2</sup> trituque perpolitum.

Alio modo puteorum<sup>s</sup> scrobibus effoditur, aut in ruina montium. Quare utraque ratio dicetur. Aurum qui quæ-

<sup>c</sup> *Accenditur tunditurque.*

<sup>d</sup> *Desquamatur, arenæ tolluntur.*

<sup>e</sup> *Tenues auri laminas, quibus æs inauratur.*



CAP. XX. 1 Cod. Dalec. *candida fieri.* Mox, *ex ovi* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *chrysothron.*—3 *Nunc vero cruciatur* Vet. Dalec.—4 ‘Ita vodd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *vim habet talem, qualem* al. ante Brotier.

CAP. XXI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *atque a formicis aut gryphibus apud Scythas erutum.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *est, cursu ipso*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Suo loco docebimus*] Lib. xxxv. 17.

Sic Plinius iterum loc. cit.

<sup>n</sup> *Ut dicemus*] Cap. 32. et 41. libri hujus.

<sup>r</sup> *Ut in Tago*] Plinius ipse iv. 35.

<sup>o</sup> *Qualem esse diximus plumbo*] Cap. proxime superiore.

‘Tagus auriferis arenis celebratur.’ Ovid. de Phaëthontis incendio Met. 11. 251. ‘Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum.’ Jam desisse arenæ eæ dicuntur.

<sup>p</sup> *A formicis*] Ut dictum est xi. 36. De gryphibus vero aurum effodientibus abripientibusve apud Arimaspos Scythiæ populos, vide Herod. 111. 116. p. 207. et iv. 13. p. 229. Plinimumque ipsum vii. 2.

<sup>s</sup> *Alio modo puteorum*] Putei fossæ sunt, per quas ad cuculos iter est, meatusque subterraneos, quibus ad metalli venam pervenitur.

<sup>q</sup> *Gryphis*] Ita Mss. non *gryphibus*.

runt, ante omnia segullum<sup>1</sup> tollunt: ita vocatur indicium. Alveus hic est: <sup>3</sup> arenæque lavantur, atque ex eo, quod resedit, conjectura capitur. Invenitur<sup>4</sup> aliquando in summa tellure protinus, rara felicitate: ut nuper in Dalmatia<sup>u</sup> principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens. Gummi inventum est<sup>5</sup> in summo cespite, talutatum<sup>6</sup> vocant, si et auro ea tellus subest. Cetero<sup>7</sup> montes Hispaniæ aridi sterilesque, et in quibus aliud gignatur, huic bono coguntur fertiles esse: quod puteis foditur, canalicium vocant, alii canaliense: marmoris glareæ<sup>8</sup> inhærens, non illo modo,<sup>w</sup> quo in Oriente sapphiro atque



Gronov. et vulgg. Mox, *atrituque* cod. Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Alveus ubi id est* Gronov. et al. vett.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *capitur. Invenitur aliquando et in summa, &c.* Vet. Dalec. *capitur, ut inveniatur, &c.* edd. vett. et Gronov. Mox, *rara felicitate* Chiff.—5 ‘*Gummi inventum est*] Ita quidem scripti et editi libri. At, ut opinor, vocula excidit, et legendum, *Si gummi inventum est.* Gummi illud est ipsa telluris concretæ crusta, metalli nuntia.’ Brotier.—6 ‘*Talutatum*] Ita Mss. Reg. 2. 3. et Voss. In Ms. Reg. 5. *alutationem.* In recentioribus editionibus, *alutatum.*’ Idem. *Et jam inventum, &c.* Vet. Dalec. *fundens, cum jam inventum in summo cespite.* *Alutationem* vocant Gronov. et vulgg. Mox, *si et auro ei tellus* Vet. Dalec. *quæ auro tellus* al. vett.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ceterum* Gronov. et vulgg.—1 Dalec. *marmoris*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Segullum*] Nos *mannam* vocamus terram eam quæ subesse sen latere aurum indicat.

<sup>u</sup> *Ut nuper in Dalmatia*] Et inde simile verè est olim esse Romam transductum quicquid auri signatum in monetis fuit. Vide Gothofr. in Cod. Theod. lib. x. tit. 13. de metallis, p. 492. Nec minima pars accessit e præda Macedonica, similibusque victoriis. Cassiodorus in Chron. scribit anno ab U. C. dxcvii. M. Æmilio Lepido, C. Popilio Lænatæ Coss. metalla in Macedonia instituta. Livius lib. xlv. ‘Metalli Macedonici ingens veetigal.’ E Dacia similiter persolutum auro argentoque tributum, quod fodiis abundaret, auctor est Cæsar Bell. Gall. lib. v. etsi nondum in formam provinciæ redacta foret. Adde

dona sociorum exterarumque gentium. Adde fodinas Galliarum, e Cemenno monte, e Tarbellis, ex Alpibus in Salassis, de quibus Strabo lib. iiii. et iv. et Codex Theod. loc. cit. lege 9. Asturiæ, Gallæciæ, Lusitaniæque, unde commercio primum, mox belli jure, Romanorum armis subactæ, ac tributi nomine, plus vicena millia pondo singulis annis præstitisse mox dicuntur hoc cap.

<sup>v</sup> *Talutatum*] Subintellige, appellatum ita, si auro, quod tellus ea occultet, idem telluris genus gumminosum subest. Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>w</sup> *Non illo modo*] Nam sapphirus, ut dicitur xxxvii. 39. aureis punctis collucet: Thebaicus lapis xxxvi. 13. aureis guttis intermixtus. Hic are-

Thebaico, aliisque in gemmis scintillat, sed micæ amplexum<sup>9</sup> marmoris<sup>a</sup> Vagantur hi venarum canales per latera<sup>10</sup> puteorum, et huc illuc, inde nomine invento: x telusque ligneis columnis suspenditur.<sup>y</sup> Quod effossum est, tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam, ac pilis cuditur.<sup>11</sup> z Vocant argentum,<sup>a</sup> quod exit a fornace: sudorisque, qui e camino jactatur, spurcitia, in omni metallo scoria appellatur. Hæc in auro<sup>b</sup> tunditur, iterumque coquitur. Catini<sup>c</sup> fiunt ex tasconio. Hoc est terra alba similis argillæ. Neque enim alia flatum, ignemque, et ardentem<sup>12</sup> materiam tolerat.

Tertia ratio opera vicerit Gigantum. Cuniculis per magna spatia actis cavantur montes ad lucernarum lu-

<sup>a</sup> *Id aurum marmoris arenæ adhæret, non quemadmodum sapphiro atque Thebaico lapidi, sed arenas marmoris amplectitur, quibus sordescit.*



aut glareæ.—9 Vet. Dalec. amplectitur.—10 Ita ex codd. Harduini et recentt. *Hi venarum canales per marmor vagantur et latera Gronov. et al. vett.*—11 ‘Ita bene cod. Reg. 3.’ Brotier. *ac pilis cudunt Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in farinam. Nam quod ad pilas cudunt, apilascudem vocant: argentum, quod exit a fornacis sudore. Quæ e catino jactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. Hæc in auro coquitur iterum et tunditur Gronov. et al. vett. extra fornacis sudorem e camino jactatur. Spurcitia, &c. cod. Dalec. extra fornacis ardore e catino ejicitur Vet. ejusdem. Scoria appellatur Chiffli.*—12 *Hoc . . . alia afflatum, &c. Harduin. et recentt. Hæc . . . alia afflatum ignemque ac ardentem Gronov. et vulgg. alia flatu igneque exardentem cod. Dalec. alia flatum codd.*

## NOTE

na marmoris auro inseritur, qua sordescit. Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>x</sup> *Inde nomine invento]* Auri canalicii.

<sup>y</sup> *Suspenditur]* Ne fossores casu obruat.

<sup>z</sup> *Ac pilis cuditur]* Pilum hoc loco instrumentum est, quo quid in pila seu mortario tunditur, pinsiturve. His aurum in farinam subigunt. Ut primum pistillis molatur, deinde lavetur, ac postremum uratur, disce ex Agatharehide, apud Photium, in Bibl. cod. ccl. p. 1341. Vide Notas

et Emend. num. 21.

<sup>a</sup> *Vocant argentum]* Aurum fuit argento mixtum: nam, ut mox subjicitur, iterum tundeatur, coquebaturque, ut aurum inde scilicet purum elicerent. Sed nimirum, ut dicitur c. 23. ‘Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte.’

<sup>b</sup> *Hæc in auro]* Strabo videtur lib. III. id *ἤλεκτρον* vocare.

<sup>c</sup> *Catini]* Catinus vas est in quo materia coquitur. Nunc fossam et concham vocant.

mina. Eadem mensura vigiliarum est: <sup>b</sup> multisque <sup>13</sup> mensibus non cernitur dies. Arrugias <sup>d</sup> id genus vocant: <sup>c</sup> <sup>14</sup> siduntque rimæ subito, et opprimunt operatos: <sup>e</sup> ut jam minus temerarium videatur e profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Occursant in utroque genere silices. Hos igni et aceto <sup>f</sup> rumpunt. Sæpius vero, quoniam in cuniculis vapor et fumus strangulat, cædunt, fracturis <sup>g</sup> CL. libras fere agentibus: <sup>d</sup> <sup>15</sup> egeruntque humeris noctibus ac diebus, per tenebras proximis tradentes: lucem novissimi cernunt. Si longior videtur silex, latus sequitur <sup>h</sup> fossa, ambitque. <sup>e</sup> <sup>16</sup> Tamen in silice facilius existimatur opera. <sup>17</sup> Est namque terra ex quodam argillæ genere, glareæ mixta (candidam vocant) prope inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur, et iisdem malleis: <sup>i</sup> nihilque durius putant, nisi quod inter omnia auri fames durissima est. Peracto opere, cervices fornicum <sup>j</sup> ab ulti-

<sup>b</sup> *Quandiu labor is durat, tamdiu nox est.*

<sup>c</sup> *Id genus cuniculorum, unde aurum effoditur, arrugias vocant.*

<sup>d</sup> *Non igni rumpunt, sed cædunt potius: fractæque silicis moles fere sunt librarum CL. pondo.*

<sup>e</sup> *A latere deinde fossa fit, ambitque fossa silicem, et evitat, quia longior est et cædi difficilis.*



Regg. Brot. et Editio princeps.—13 Vet. Dalec. *est, ac quietis, multisque.*—14 *Arrugias ingentes vocant* cod. Dalec. Max, et o. operarios Gronov. et vulgg.—15 Vet. Dalec. *fracturis vibratam inferne terram agentibus*; cod. Dalec. *fracturis terræ mugientibus: eget.* Gronov. et vulgg. *fracturis CL. libras ferri terram agentibus: egeruntque, &c.*—16 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *latus sequitur. Fossam ambit quiete* Gronov. et vulgg. *latera sequuntur, fossam in ambitu ducentes* Vet. Dalec.—17 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *facilius existimatur opera* Gronov. et vulgg. *facilius æstimatur opera* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Arrugias*] Et vox ea Plauto nota, Aululariæ scena postrema: ‘Nunquam dabo (aurum), nisi fodiam Non vider arrogiam.’

<sup>e</sup> *Operatos*] Hoc est, operantes. Sic Reg. 2. alique, non operarios, ut editi. Usus ea voce Plinius iterum XXVI. 6.

<sup>f</sup> *Hos igni et aceto*] Vide quæ in eam rem diximus XXIIV. 27.

<sup>g</sup> *Fracturis*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>h</sup> *Latus sequitur*] Vide Notas et Emend. loc. cit.

<sup>i</sup> *Et iisdem malleis*] Quibus cædunt silices, ut ante dictum est.

<sup>j</sup> *Cerrices fornicum*] Terrena fornium falera, seu fulcimenta, summa ipsorum parte, qua fornices proxime attingunt, ac sustinent, ibi cædunt:

mo cædunt. Dat signum ruina,<sup>18</sup> eamque solus intelligit in cacumine montis ejus pervigil. Hic voce ictive<sup>k</sup> evocari jubet<sup>19</sup> operas, pariterque ipse devolat. Mons fractus cadit ab sese longe, fragore<sup>20</sup> qui concipi humana mente non possit, et flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturæ. Nec tamen adhuc aurum est: nec sciere esse, cum fodere. Tantaque ad pericula et impendia<sup>1</sup> satis<sup>21</sup> fuit causæ, sperare quod cuperent.

Alius par labor, ac vel majoris impendii, flumina ad lavandam<sup>22</sup> hanc ruinam jugis montium ducere obiter a centesimo plerumque lapide. Corrugos vocant, a corrivatione, credo: nimirum<sup>23</sup> et hic labor est.<sup>m</sup> Præcepisse<sup>n</sup> libramentum oportet, ut furat is qua influat: <sup>24</sup> itaque altissi-

//////////

*facilior existimatur alii velt. et cod. Dalec.—18 Ita ex codd. Harduinus et recentt. cædunt, dantque signum ruinae Gronov. et al. velt.—19 Hic voce ictive repente operarios revocari jubet Gronov. et al. ante Harduin.—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt. cadit a sese longo fragore Gronov. et vulgg.—21 Tantaque ad pericula evincenda satis Gronov. et al. ante Harduin.—22 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Alius par est labor, vel hoc majoris impendii, f. ad lavandum Gronov. et vulgg. superest labor, ac vel majoris cod. Dalec.—23 Vel. Dalec. nimius.—24 Ita cod. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. præcepisse libramento oportet, ut fruaris quando influat Gro-*

#### NOTÆ

ut fulcris deficientibus mons subsidat.

<sup>k</sup> *Hic voce ictive*] In Reg. 2. *hic voce neve evocari jubet operas*: corrupte. Forte, *hic voce nutive*. In editis, *operarios*, minus probe.

<sup>1</sup> *Et impendia*] Ita nos ex conjectura: in Reg. 2. et Colb. 3. *et incendia*: in editis, *evincenda*.

<sup>m</sup> *Nimirum et hic labor est*] Ita Colb. 3. At Reg. 2. *ni mille et hic labores*. Conjeciebat Pintianus, *in mille et hic labores*. An potius, *næ mille et hic labores*?

<sup>n</sup> *Præcepisse*] Ante cepisse libramentum aquæ par est, ut rapido cursu feratur, quacumque fluat: eamque ob causam ex altissimis locis ducitur. De hoc libramento dixi-

mus xxxi. 31. Præcipere eo sensu accipi, tralatitium est. Lucretius lib. vi. ‘Carbonumque gravis vis atque odor insinuat Quam facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus ante.’ Hoc est, nisi ante aquam hausimus. Sic et ‘præsumere.’ Plinius xxx. 51. ‘Ebrietatem arcet peccandum assus pulmo præsumtus.’

<sup>o</sup> *Ut furat is qua influat*] In libris editis, *ut fruaris quando influat*. In Reg. 2. *ut fruaris qua influat*. In Lugd. *Ut fruaris quam fluat*. Forte, *et fieri rivus qua influat*. Sed magis arrisit, *ut furat is*, nempe corrugus, de quo supra: quod et similior veri sit ea lectio, et vestigiis Mss. codicum propior. Deinde, *qua influat*, ut libri omnes conditivi habent: quemadmo-

mis partibus ducitur. Convallis et intervalla substructis canalibus<sup>p</sup> junguntur. Alibi rupes inviæ cæduntur, sedemque trabibus cavatæ<sup>f</sup> 25 præbere coguntur. Is qui cædit,<sup>g</sup> funibus pendet, ut procul intuentibus species ne ferarum quidem,<sup>26</sup> 26<sup>q</sup> sed alitum fiat. Pendentes majore ex parte librant, et lineas itineri præducunt.<sup>h</sup> Itaque<sup>27</sup> 27 insistentis vestigiis hominis locus non est.<sup>r</sup> Manus trahunt<sup>s</sup> omne vitium in sportis.<sup>28</sup> 28 Id genus terræ urium vocant.<sup>29</sup> 29<sup>t</sup> Ergo per silices calculosve ducuntur, et urium evitant. Ad capita dejectus<sup>i</sup> in superciliis montium piscinæ cavantur: ducentos pedes in quasque partes, et in altitudinem denos. Emissaria<sup>u</sup> in his quina pedum quadratorum ternam<sup>30</sup> 30 fere

<sup>f</sup> *Canalibus alveisque, qui fiunt e trabibus lignis.*

<sup>g</sup> *Is qui rupem sublimem cædit.*

<sup>h</sup> *Et ductis lineis præsignant iter, qua cædenda rupes est, qua corrivandus amnis.*

<sup>i</sup> *Ad locum unde aqua primum dejici incipit in convallē.*



nov. et al. vett. Mox, ducitur convallis, &c. cod. Dalec. *Convallis* Vet. Dalec.—25 *Alibi r. vivæ c. s. t. cavatis* cod. Dalec.—26 Gronov. et al. ante Harduin. *species nefaria quidem.* Mox, *sed quidem sublimium alitum.*—27 Alii ap. Dalec. *præfigunt, ideo quod.*—28 <sup>h</sup> Ita hunc locum desperatissimum emendavit eruditus Harduinus: nec infeliciter. Mallet tamen *manu trahunt.* Nam cum per fines enndum sit, et plenis sportis graves ascendant, manibus superiora funium apprehendunt, et se suaque onera trahunt. In Mss. Reg. et Editione principe, *manes.* Brotier. *Manes trahuntur ad homines, ut vitium importent* edd. vett. et Gronov. *Manus trahunt omne vitium in portis* Franzius.—29 Ita ex codd. Harduinus et recent. *Araon* vocant Vet. Dalec. *urion* vocant

#### NOTÆ

dam xxxi. 20. ‘Qua cadit rivus.’

<sup>p</sup> *Substructis canalibus*] Per canales structiles, ut diximus xxxi. 31.

<sup>q</sup> *Species ne ferarum*] Procul intuens, non feras, sed alites ibi pendere putes. In Reg. 2. *nefarium.* Sed vidit Pintianus in suo, uti edidimus, *ne ferarum quidem, sed alitum fiat:* quod et Plinii orationem sapit, et hic necesse est legi. In libris haecenus editis, *species nefaria quidem.*

<sup>r</sup> *Vestigiis hominis locus non est*] Quia pendent funibus in aëre, corbibus suspensi.

<sup>s</sup> *Manus trahunt*] Non funguntur, inquit, pedes officio suo: manus funguntur: trahunt enim vitiosam ter-

ram omnem in sportis, quam urion vocant. Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>t</sup> *Urium vocant*] Sic Mss. omnes: non ἀραιον, ut volunt: quanquam istud fortassis Hispani, quorum fodinæ metallica nunc explicantur, eodem significato acceperint, quo Græci ἀραιον, ut ea voce terram laxam bibulanque signarent.

<sup>u</sup> *Emissaria*] Aditus per quos aqua e stagno piscinave emittitur: nos vernacule dicimus, *l'ouverture d'une écluse par où se décharge un étang.* Sueton. in Claudio. c. 20. ‘Emissarium Fucini lacus.’

linquuntur, et repleto stagno excussis obturamentis <sup>v</sup> erumpit torrens tanta vi, ut saxa provolvat.

Alius etiamnum in plano labor. Fossæ, per quas <sup>31</sup> profluat, cavantur: agangas <sup>w</sup> vocant: <sup>32</sup> eæ sternuntur gradatim ulice. Frutex est <sup>x</sup> roris <sup>33</sup> marini similis, asper, aurumque retinens. Latera cluduntur tabulis, ac per prærupta suspenduntur, <sup>y</sup> canali ita profluente de terra in mare. <sup>34</sup> His de causis jam promovit <sup>z</sup> Hispania. In priore genere, <sup>a</sup> quæ exhauriuntur immenso labore, ne occupent puteos, in hoc rigantur. <sup>35</sup> Aurum arrugia quæsitum <sup>a</sup> non coquitur, sed statim suum est. <sup>b</sup> Inveniuntur ita massæ. <sup>c</sup> Nec non in puteis etiam <sup>36</sup> denas excedentes libras. Palacas <sup>d</sup> His-

<sup>h</sup> *Propius mari admorit puteos suos, fossas, et canales.*

//////////

Gronov. et vulgg.—30 Vet. Dalec. *quinum p. q. ternumve.*—31 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Fossæ in quas* Gronov. et vulgg.—32 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *agogas vocant* al. ante Brotier.—33 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et gradatim. Frutex est ulex roris* edd. vett. et Gronov.—34 Vet. Dalec. *ad terram in areas.*—35 Vet. Dalec. *In priore genere aquæ exhaur. imm. lab. ac ne occ. put. in rivis aguntur.*—36 *Inveniuntur massæ,*

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Excussis obturamentis*] Sublatis molibus quæ aquam colibeabant. Nos pro obturamentis cataracta utimur, qua adducta, omnis aqua effluit: *lever la bonde d'un étang.*

<sup>w</sup> *Agangas [agogas]* Mss. *agangas.* Neque vero hic Græca quæruntur vocabula, ut Salmasius putat, in Solin. pag. 1076. sed barbara et Hispana.

<sup>x</sup> *Frutex est*] Ceteris auctoribus ignotus.

<sup>y</sup> *Suspenduntur*] Canteriis, aliisque ligneis machinis, canales per loca prærupta suspenduntur in aëre.

<sup>z</sup> *In priore genere*] Hoc est, quod puteis foditur: id enim primum auri inveniendi genus superius est ab auctore explanatum.

<sup>a</sup> *Aurum arrugia quæsitum*] Hoc est, cuculis per magna spatia actis, quibus montes cavantur: hos enim cu-

niculos arrugias vocant, ut dictum est antea.

<sup>b</sup> *Suum est*] Sui quasi juris, jam purum, integrum: quod ignem non desiderat.

<sup>c</sup> *Inveniuntur ita massæ*] Etiam centum marcarum, ut ex Alberto M. supra diximus.

<sup>d</sup> *Palacas [Palacras]* Reg. 2. *Palacas, alii palacurnas.* Has voces, palacras, ballucem, ceterasque, orias e Græcis fontibus credi Salmasius jubet in Solin. p. 1076. Credant, quibus ille jusserit. Nos interim Hispanicis fuis-e asseveramus, et peregrini oris. Ballucæ mentio in Cod. Theod. lib. x. tit. 19. 'de metallis,' lib. III. 'de auri erudiendi ex metallis potestate.' Est autem Balluca, sive ballucæ, ut Plinius innuit, arena aurifera, seu minuta ramenta nondum excocta, quæ πολλήν μείωσιν ἔχει, ut

pani, alii palacurnas :<sup>37</sup> iidem, quod minutum est, balucem vocant. Ulex siccatus uritur, et cinis ejus lavatur substrato cespite herboso, ut sidat aurum. Vicena millia pondo ad hunc modum annis singulis Asturiam atque Gallæciam et Lusitaniam præstare quidam prodiderunt,<sup>38</sup> ita ut plurimum Asturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot sæculis hæc fertilitas. Italiæ parci vetere<sup>39</sup> interdicto patrum diximus :<sup>e</sup> alioqui nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus. Extat lex censoria Ictimulorum<sup>40</sup> f aurifodinæ, Vercellensi agro, qua cavebatur,<sup>41</sup> ne plus quinque<sup>g</sup> millibus hominum in opere publicani haberent.

//////////

*nec non in puteis, etiam* Vet. Dalec.—37 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. *Palacras Hispani, alii pulcranas* al. ante Brotier. *Plucas* Vet. Dalec. *Palus* al. veti.—38 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tradiderunt* Gronov. et vulgg.—39 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Italiæ parci tum est vetere* edd. veti. et Gronov.—40 *Victimularum* cod. Dalec. *rici Victimularum* Vet. Dalec.—41 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *qua in V. agro carebatur* Gronov. et vulgg. *quæ in V. agro carabatur* margo edd. Dalec. et Gronov. *Mox, in opere aurum faciendi publicari* cod. Dalec.

#### NOTÆ

Græci notarunt. Philoxenus in Glossis: *Balluca, ἀχώνευτος γῆ ἢ χρυσώδης*. Alibi: *Χρύσαμμος, Balluca*. Justinus XLIV. 1. ubi de annibus Hispaniæ: 'Plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt.' Hesychio, Βάλλεξ, ψῆφος, est, minutus calculus: quoniam balluca aurum est in ramentis, μινυτίσque ψήγμασιν. Alteram autem vocem *palucas*, vel *pulacas*, pariter esse vernaculam, Hispanique oris ac soni, Strabo ipse haud obscure significat, apud quem hæc vox diminuta occurrit, lib. III. p. 146. 'Ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσοῦ φασι εὐρίσκεσθαι ποτε καὶ ἡμιλιτραίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μικρὰς καθάρσεως δεομένας. Φασὶ δὲ καὶ λίθων σχιζομένων εὐρίσκειν βωλάρια θηλαῖς ὅμοια. Ceterum inter auri ramenta aiunt inventas aliquando scilicet glebas, quas ipsi palas nominant, exigua purgatione indigentes. Ferunt etiam lapidibus fissis inveniri glebulas uberibus similes.

<sup>e</sup> *Italiæ . . . diximus*] Lib. III. sub finem cap. 24. De Salassorum forte metallis id Senatusconsultum latum est, quæ capta sunt ab Appio Claudio Pulchro Cos. anno Urbis DCXI. teste Strabone lib. IV. p. 205. et Epitome Livii lib. LIII.

<sup>f</sup> *Ictimulorum*] Strabo lib. V. pag. 218. Καὶ ἐν Οὐερκέλλοις χρυσαυρυχείον ἦν κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἴκτουμούλων, καὶ ταύτης κώμης. *Erut et Vercellis aurifodina: est autem is vicus prope Ictimulos, qui et ipse vicus est.* Videtur a mulis Icti ejuspiam, ibi stabulatis, loco nomen hæsisse, quasi 'Ad Icti mulos.'

<sup>g</sup> *Ne plus quinque*] Ne forte publicani una conditione totum aurum provinciæ vel fodinæ exhaustirent. Atque ideo fortassis in Sardiniam, quæ metallis præsertim argenteis abundavit, metallarii transfretare vetiti, leg. 6. tit. 19. lib. X. Cod. Theod. 'Si qua navis.'



XXII. Aurum faciendi est etiamnum una<sup>1</sup> ratio ex auripigmento,<sup>h</sup> quod in Syria<sup>2</sup> foditur pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo. Invitaveratque spes Caium<sup>1</sup> principem avidissimum auri: quamobrem jussit excoqui magnum pondus: et plane fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut detrimentum sentiret, illud propter avaritiam expertus: quanquam auripigmenti libræ x. iv.<sup>3</sup> permutarentur:<sup>j</sup> nec postea tentatum ab ullo est.

XXIII. Omni auro inest argentum vario pondere, alibi nona,<sup>1</sup> alibi octava parte. In uno tantum Galliæ metallo,<sup>2 k</sup> quod vocant Albuercarense,<sup>3</sup> tricesima sexta portio invenitur: ideo ceteris præest. Ubicumque quinta<sup>1</sup> argenti portio est, electrum vocatur.<sup>m</sup> Scrobes eæ<sup>n</sup> reperiuntur in cana-



CAP. XXII. 1 Est autem nunc aurum faciendi una Vet. Dalec. *Aurum faciendi est etiam una* Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis lect. nostram recepit.—2 *Mysia* margo edd. Dalec. et Gronov. e Dioc. Mox, sed fragile Vet. Dalec.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *libra XIV.*

CAP. XXIII. 1 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *alibi dena, alibi nona* al. ante Brotier.—2 Cod. Dalec. *loco.*—3 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. Sine auctoritate in recentt. edd. *Albicratense.*' Brotier. *Albicra-*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Ex auripigmento*] Sive arsenico, de quo lib. seq. cap. 56. In Ponto quoque effodi scribit Vitruvius VII. 7. p. 139. Dioc. v. 121. et in Mysia Hellesponti.

<sup>1</sup> *Caium*] Caligulam. De hujus aviditate pecuniæ Sueton. c. 42.

<sup>j</sup> *Auripigmenti libræ X. IV. permutarentur*] Hoc est, denariis quatuor. Prius libræ XIV. legebatur, nullo sensu. Sunt autem quaterni denarii, sive, quod idem est, sestertii sedecim, Gallicæ monetæ asses ærei triginta duo.

<sup>k</sup> *Galliæ metallo*] Auro. Albicratense vero appellari suspicamur ab Albiæcis, sive Alebece Reiorum Apollinarium, de qua diximus in Notis et Emend. ad lib. v. num. 28. Fuisse et in Cemeni Galliæ monte aurifodinas, auctor est Strabo lib. III.

pag. 146. Et in Tarbellis quidem eximias lib. IV. p. 190.

<sup>1</sup> *Ubicumque quinta*] Fuisse hujusmodi aurum, quod edicto Ludovici XII. Galliarum Regis, ab aurificibus in signa, vasa, ceteraque opera adhiberi posset impune, ac sine fraude, scribit Savotus de nummis II. 9. p. 84.

<sup>m</sup> *Electrum vocatur*] Gallis, de *l'orbas*, quasi aurum deterioris notæ, propter admixtam argenti quintam portionem. Isidorus XVI. 23. 'Electri tria sunt genera. Unum . . . quod succinum dicitur. Alterum metallum, quod naturaliter invenitur, et in pretio habetur. Tertium, quod fit de tribus partibus auri, et argenti una: quas partes, etiam si naturam resolveras, invenies. Unde et nihil inter est, natum sit an factum: utrumque

liensi.<sup>4</sup> Fit et cura<sup>o</sup> electrum argento addito. Quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Et electro<sup>5</sup> auctoritas, Homero teste,<sup>p</sup> qui Menelai regiam auro, electro, argento, ebore fulgere tradit. Minervæ templum habet Lindos, insulæ Rhodiorum, in quo Helena sacrauit calycem ex electro. Adjicit historia, mammæ suæ mensura. Electri natura<sup>q</sup> est, ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Quod est nativum<sup>r</sup> et venena deprehendit. Namque<sup>s</sup> discurrunt in calycibus arcus, cœlestibus similes, cum igneo stridore: et gemina ratione prædicunt.

XXIV. Aurea statua prima omnium nulla inanitate, et autequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyraton,<sup>a</sup> in templo Anaitidis posita dicitur, (quo sit situ terrarum nomen hoc<sup>t</sup> significavimus,)<sup>b</sup> numine gentibus illis sacratissimo. Direpta<sup>2</sup> est<sup>c</sup> Antonii Parthicis



tense Gronov. al. vett. Harduin. I. 2. 3. et recentt.—4 *In scrobibus id reperi-  
tur et in canaliensi* Vet. Dalec.—5 *Est electro* Vet. Dalec.

CAP. XXIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quod in situ terrarum  
nomine hoc* Gronov. et vulgæ.—2 *Direptum* al. ap. Dalec. sub. 'templum.'—

#### NOTE

enim ejusdem naturæ est.' Servius quarta modo argenti portione admixta electrum fieri ait. Vide et Strabonem loc. cit. Hinc nummi electrei apud Lampridium, in Alexandro Severo, p. 122. 'Alexandri habitu nummos plurimos figuravit: et quidem electreos aliquantos: sed plurimos tamen aureos.' Et electrina patera apud Pollionem Trebellium, in Quietto, p. 192. 'Pateram electrinam, quæ in medio Alexandri vultum haberet.'

<sup>a</sup> *Scrobes ea*] Scrobes, quæ id electri seu auri genus contineant, in canaliensi auro inveniuntur. De canaliensi auro dictum est c. 21.

<sup>o</sup> *Fit et cura*] Ex arte et industria. Plinius ix. 65. 'Juvat argentum auro confundere, ut electra fiant.'

<sup>p</sup> *Homero teste*] Odysseus. Δ. 71. ἠρόξ-

εο, Νεστορίδῃ, τῷ ᾧ κεχαρισμένη θυμῷ, Χαλκοῦ τε στεροπὴν καδδάματα ἠχήμεντα, Χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἧδ' ἐλέφαντος.

<sup>q</sup> *Electri natura*] Isidorus hunc locum transcripsit Orig. xvi. 3.

<sup>r</sup> *Quod est nativum*] Isidorus loc. cit. Plinius Valer. iii. 53. ad verbum. Q. Serenus c. 62. de venenis prohibendis, p. 162. 'Produnt electri variantia pocula virus.'

<sup>s</sup> *Namque*] Totidem verbis Isidorus et Plinius Valer. locis cit.

<sup>a</sup> *Holosphyraton*] Ὀλόσφυρος et ὀλοσφύρατος apud Hesychem concretus, plenus, solidus, non conflatus, sed ductus malleo, στερεὸς, ναστὸς, καὶ οὐδαμῶς διάκενος.

<sup>b</sup> *Significavimus*] Lib. v. c. 20.

<sup>c</sup> *Direpta est*] Nempe ea statua Deæ Anaitidis. Sic etiam Mss. De

rebus. Scitumque narratur dictum unius veteranorum Bononiæ, hospitali divi Augusti cœna, cum interrogaretur, 'essetne verum, cum qui primus violasset hoc numen, oculis membrisque captum expirasse.'<sup>c</sup> Respondit enim, 'tum maxime Augustum de crure ejus<sup>d</sup> cœnare, seque illum esse, totumque sibi censum ex ea rapina.'<sup>4</sup> Hominum primus et auream statuam et solidam Gorgias<sup>e</sup> Leontinus Delphis in templo sibi posuit, LXX. circiter<sup>f</sup> Olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæstus.

XXV. Aurum plurimis modis pollet in remediis. Vulneratisque, et infantibus applicatur, ut minus nocent, quæ<sup>1</sup> inferantur, veneficia. Est et ipsi superlato<sup>g</sup> vis malefica,<sup>2</sup> gallinarum quoque et pecorum fœturis. Remedium est abluere illatum, et spargere eos<sup>3</sup> quibus mederi velis. Torretur<sup>h</sup> et cum salis gemino pondere, triplici miscos,<sup>4</sup> et rursus cum duabus salis portionibus, et una lapidis, quem schiston vocant: ita virus<sup>5</sup> tradit rebus una crematis in fictili vase, ipsum purum et incorruptum. Reliquis cinis



3 Verbum *expirasse* deest in cod. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ex ea rapina esse* Gronov. et al. vett.

CAP. XXV. 1 Vet. Dalec. *si quæ*.—2 Cod. Dalec. *maleficii*.—3 Vet. Dalec. *eus*.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *grumo, triplici pondere misso*.—5 Vet.

#### NOTÆ

expeditione infelici Antonii contra Parthos, vide Dionem et Plutarchum.

<sup>d</sup> *De crure ejus*] Ut intelligamus in direptione fractæ statuæ crus huic veterano militi, qui Augustum excepiebat hospitio, obtigisse, cujus partem in hospitalem cœnam insumeret. Ita Gelenius: recte.

<sup>e</sup> *Gorgias*] Non sibi ipsum, sed totam ipsi Græciam posuisse id aureæ statuæ decus, ceteri scribunt. Forte gemina fuit. Valerius Max. lib. VIII. cap. ult. 'Gorgiæ vero Leontini studiis literarum ætatis suæ cunctos præstantis, adeo ut primus in con-

ventu poscere, qua de re quisque audire vellet, ausus sit, universa Græcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit; cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.' Sic et Plato in Gorgia, et Cicero de Orat. lib. III. Cognomen habet a natali solo, Leontio, Siciliæ oppido.

<sup>f</sup> *LXX. circiter*] Circiter annum Urbis CCLIII.—'CCXLII.' *Ed. sec.*

<sup>g</sup> *Est et ipsi superlato*] Si superferatur, si supra caput tollatur. Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>h</sup> *Torretur*] Vide Notas et Emend. num. 25.

servatus in fictili, et ex aqua illitus,<sup>6</sup> lichenas in facie sanat. Lomento<sup>a</sup> eum convenit ablui. Fistulas etiam sanat,<sup>7</sup> et quæ vocantur hæmorrhoides. Quod si tritus<sup>i</sup> pumex adjicitur,<sup>8</sup> putria ulcera et tetri odoris emendat. Ex melle vero decoctum cum melanthio, et illitum umbilico, leniter solvit alvum. Auro verrucas curari M. Varro auctor est.<sup>9</sup>

XXVI. (v.) Chrysocolla humor est in puteis, quos diximus,<sup>j</sup> per venam auri defluens, crassescente limo<sup>1</sup> rigoribus hybernis usque in duritiam pumicis.<sup>b</sup> Laudatiorem<sup>k</sup> eandem in ærariis metallis, et proximam in argentariis fieri compertum est. Invenitur et in plumbariis, vilior etiam auraria.<sup>2</sup> In omnibus autem iis metallis fit et cura, multum infra naturalem illam: immixtis in venam aquis leviter hyeme tota, usque in Junium mensem, dein siccatis in Junio et Julio: ut plane intelligatur nihil aliud chrysocolla, quam vena putris. Nativa duritia maxime distat:<sup>c</sup> luteam vocant. Et tamen<sup>1</sup> illa quoque herba, quam lutum<sup>3</sup> ap-

<sup>a</sup> Farina fubacea.

<sup>b</sup> Coacto humore eo vi frigoris, et in pumicis duritiam rigescente.

<sup>c</sup> Natica factitiam istam chrysocollam duritia superat.

Dalec. vires.—6 Cod. Dalec. fictili ex aqua mixtus.—7 Vet. Dalec. sanat cum lomento, sed eam.—8 Quod si trito spuma adjiciatur Gronov. et al. ante Harduin. Pro tritus, Dalec. habet nitri.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. verrucas curari eo M. Varro est auctor Gronov. et al. vet.

CAP. XXVI. 1 Cod. Dalec. humore.—2 Cod. Dalec. auraria est.—3 Ita ex

#### NOTE

<sup>i</sup> Quod si tritus] Vide Notas et Emend. nnn. proxime citato.

<sup>j</sup> Quos diximus] Cap. 21.

<sup>k</sup> Laudatiorem] Habet hæc pariter Isidorus Orig. XIX. 17. Quid quod chrysocolla fit et ex ære tantum? Quare si in metallis aurariis argentariisve oritur, venas eas cum latente ære permixtas esse necesse est. Auraria porro metalla et aurariæ appellantur: unde vetus Inscriptio apud Gruter. p. 4. SVEPROC. AVRARIAR. Subprocurator aurariarum. Et

pag. 591. PROC. AVRARIARVM.

<sup>1</sup> Et tamen] Et nihilominus, cum lutea appelletur, herba tamen, quæ lutum nuncupatur, ipsa tingitur. Ut lutum (sic enim Mss. omnes habent) seu herbam luteam eandem esse negem, atque isatin sive vitrum, de quo XXII. 2. illud imprimis in causa est, quod luteo colore illa inficit, isatis cæruleo. Quare cæruleo mixta herba lutum viridem maxime colorem efficit. Testis Vitruvius: 'Qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, her-


pellant, tinguitur. Natura est,<sup>m</sup> quæ lino lanæve, ad succum bibendum. Tunditur in pila,<sup>n</sup> deinde tenui cribro cernitur: postea molitur, ac deinde tenuius cribratur.<sup>4</sup> Quicquid non transmeat, repetitur<sup>45</sup> in pila, dein molitur. Pulvis semper in catinos digeritur, et ex aceto maceratur, ut omnis duritia solvatur: ac rursus tunditur, dein lavatur in conchis,<sup>o</sup> siccaturque. Tunc tinguitur alumine schisto, et herba supra dicta: pingiturque, antequam pingat. Refert quam bibula docilisque sit. Nam nisi rapuit colorem, adduntur scytanum<sup>6</sup> atque turbystum: ita vocant medicamenta sorbere<sup>e</sup> cogentia.

XXVII. Cum tinxere pictores, orobitin vocant,<sup>p</sup> ejusque duo genera faciunt: luteam, quæ servatur in lomentum:<sup>f</sup> et liquidam, globulis sudore<sup>1</sup> resolutis. Hæc utraque genera in Cypro<sup>2</sup> fiunt. Laudatissima<sup>q</sup> in Armenia, secunda in Macedonia, largissima in Hispania. Summa<sup>r</sup> commeu-

<sup>d</sup> Iterum tunditur.

<sup>e</sup> Colorem bibere.

<sup>f</sup> In pulverem, seu farinam.



codd. Harduinus et recentt. *quam luteam* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tenui cribro secernitur: p. m. ac d. tenuius sic cribratur* edd. vett. et Gronov.—5 Cod. Dalec. *repetitum*.—6 Ita ex codd. Harduinus. In cod. Reg. Brot. 5. *schytanum*; Gronov. et al. vett. *et schytanum*; Harduin. 1. 2. 3. in textu, Mitter. Bipont. et Franz. *scytatum*. In Indice vero Emend. ap. Harduin. *scytanum*.

CAP. XXVII. 1 Vet. Dalec. *humore*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

ba, quæ lutum appellatur, cœrulium inficiunt, et utuntur vitidissimo colore.' Vide egregiam super eo argumento Ruellii concertationem de Nat. Stirp. lib. II. p. 431.

<sup>m</sup> *Natura est*] Chrysocollæ.

<sup>n</sup> *Tunditur in pila*] Pilam alibi nominamus esse vas concavum in quo quid pinsitur tunditurque. Nunc 'Mortarium' vocant. Similem fere parandæ probandæque chrysocollæ modum affert Diosc. v. 101.

<sup>o</sup> *In conchis*] Concha vasis genus est concavum, ac superius patulum, a concharum similitudine nomina-

tum. Cato de Re Rust. c. 13. 'In cellam oleariam hæc opus sunt: Dolia olearia. . . conchas majores duas, et minores duas.' Infra Plinius c. 41. 'ferream concham' vocat.

<sup>p</sup> *Orobitin vocant*] Quod in grana formarent ὀρόβιον, hoc est, ervi similitudine. Hæc grana Plinius globulos statim vocat.

<sup>q</sup> *Laudatissima*] Sic Diosc. v. 101. et Isidorus Orig. XIX. 17. Nunc in Hungaria, Bohemia, Silesia, Misnia, atibique effoditur. Vide Museum Wormianum I. 3. 10.

<sup>r</sup> *Summa*] Diosc. loc. cit. τῆς χροῦς

dationis,<sup>5</sup> colorem in herba<sup>3</sup> segetis læte virentis quam simillime reddat. Visumque jam est Neronis principis<sup>5</sup> spectaculis arenam Circi chrysocolla sterni, cum ipse concolori panno aurigaturus esset. Indocta<sup>t</sup> opificum turba tribus eam generibus distinguit:<sup>4</sup> asperam, quæ taxatur in libras denariis VII.<sup>u</sup> mediam, quæ denariis quinis: attritam, quam et herbaceam vocant, quæ X. III.<sup>v</sup> Sublinunt autem arenosam, priusquam inducant, atramento, et Parætonio. Hæc sunt tenacia<sup>h</sup> ejus et colori blanda. Parætonium, quoniam est natura pinguisimum, et propter lævorem tenacissimum, atramento aspergitur, ne Parætonii candor pallorem chrysocollæ afferat. Luteam putant a luto<sup>w</sup> herba<sup>5</sup> dictam, quam ipsam,<sup>x</sup> cœruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, vilissimo<sup>6</sup> genere atque fallacissimo.

XXVIII. Usus chrysocollæ<sup>a</sup> et in medicina est ad purganda vulnera cum cera et oleo. Eadem per se arida siccatur

<sup>5</sup> Maxime commendatur ea, quæ, &c.

<sup>h</sup> Hæc facillime chrysocollæ arenosæ illigantur.



Cypro, e Diosc.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *S. c. est, ut colorem herbæ* edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *aurigaturus esset, introducta opificum turba. Tribus . . . distinguunt* Gronov. et vulgg. *Inducta* cod. Dalec. Mox, *in libras VII.* Gronov. et al. ante Harduin. *in libras VIII.* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *a lutea herba.* Mox, *cæruleo sublito* Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *utilissimo* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

κατακόπως πρασιζουσαν, quæ porri læte virentis colorem quam simillime reddat, probat imprimis. Sic etiam Isidorus loc. cit. Fuit olim in pretio apud pictores hæc chrysocolla porracea: nunc obsolevit: et in locum ejus irrepsit Azurium ultramarinum, l'Outremer, quod e transmarinis locis affertur, plerumque e Cypro.

<sup>a</sup> Neronis principis] Etiam et Caligulæ principatu, minio et chrysocolla Circum constratum fuisse, Tranquillus est auctor, in ejus Vita, c. 18.

<sup>t</sup> Indocta] Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>u</sup> Denariis VII.] Sic Reg. 2. sine

ullis notarum compendiis. In libris hactenus editis prætermissa vox ea denariis est. Sunt porro denarii septem monetæ Gallicæ, asses ærei sex et quinquageni. Denarii quinque, asses quadraginta.

<sup>v</sup> Quæ X. III.] Hoc est, denariiis tribus: Gallicæ monetæ, assibus quatuor et vicenis.

<sup>w</sup> Luteam putant a luto] Sic Reg. 2. non lutea. De ea paulo ante egimus.


<sup>x</sup> Quam ipsam] Sic Vitruvius quæ proxime antea laudatus a nobis.

<sup>a</sup> Usus chrysocollæ] Sic Diosc. v.

104.

et contrahit. Datur et in angina, orthopnoeave, lingenda<sup>a</sup> cum melle. Concitat<sup>b</sup> vomitiones: miscetur et collyriis ad cicatrices oculorum: ac viridibus emplastris, ad dolores mitigandos, et cicatrices trahendas.<sup>c</sup> Hanc chrysocollam medici acerin appellant, quæ non est orobitis.<sup>d</sup>

XXIX. Chrysocollam<sup>e</sup> et aurifices sibi vindicant agglutinando auro: et inde omnes appellatam<sup>f</sup> similiter<sup>1</sup> utentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, et pueri impubis urina, addito nitro. Teritur Cyprio ære<sup>g</sup> in Cypriis<sup>2</sup> mortariis: santernam vocant nostri. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum<sup>h</sup> vocant. Signumque est,<sup>3</sup> si addita santerna nitescit. E diverso ærosu<sup>i</sup> contrahit se, hebetaturque, et difficulter ferruminatur. Ad id glutinum fit, auro, et septima parte argenti ad supradicta<sup>j</sup> additis, unaque contritis.



CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. miscenda Gronov. et al. vett.

CAP. XXIX. 1 Vet. Dalec. omnino appellatione simili.—2 Cyprio in ære in Cypriis Gronov. et al. ante Harduin.—3 Signum est cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Concitat] Diosc. loc. cit. Ἔστι δὲ καὶ τὸν ἔμετον κινούντων, καὶ ἀναρῆν δυναμένων. Est vero ex eorum genere quæ vomitiones concitant, et necem inferre possunt.

<sup>c</sup> Cicatrices trahendas] Exterendas. Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ χρυσόλλα σημητικὴν οὐλῶν, κ. τ. λ.

<sup>d</sup> Quæ non est orobitis] Orobitis diluta est, et liquida; hæc arida. Ἀκέρσις curatio est, ab ἀκέρμαι, curo.

<sup>e</sup> Chrysocollam] Alterum hoc est chrysocollæ genus, nempe fictitium. Creditur hæc vulgo Borax officinarum: falso. Caret enim istud ærugine, quam chrysocolla veterum requirit. Diosc. v. 92. Ἔστι δὲ τις καὶ ὑπὸ τῶν χρυσοχόων γινόμενος ἰδὸς διὰ θύλας καὶ δολδικοκὸς κυπρίου χαλκοῦ, ἔτι δὲ οὖρου παιδίου, ᾧ τὸ χρυσίον κολλῶσιν. Fit et ab aurificibus ærugo quaedam qua aurum ferruminant, ducta scilicet urinu pueri impuberis in mortario cupreo pis-

tilli ope ex eadem materia confecti. Hæc Plinii chrysocolla est. Nitrum nec Dioscorides addit, nec Galenus: sed Plinianam sauternam nitro addito potiore esse vel eo nomine, Fallopius animadvertit, v. 31.

<sup>f</sup> Et inde omnes appellatam] Malim omnem legi. Ut sit sententia, ab eo effectu chrysocollam omnem traxisse nomen videri iis, qui similem in usum omni chrysocolla utuntur.

<sup>g</sup> Teritur Cyprio ære] Sic Reg. 2. et alii: non, Cyprio in ære. Pistillum ex Cyprio ære intelligit.

<sup>h</sup> Quod argentosum] Argento mixtum. Sic marmorosum infra cap. 56. Ærosu<sup>i</sup> XXXIV. 2. et mox hoc ipso loco.

<sup>i</sup> E diverso ærosu] Admixtum æri.

<sup>j</sup> Ad supradicta] Ad æruginem Cypriani, urinamque pueri impubis, adjecto nitro, ut dictum est initio cap.

XXX. Contexti par est reliqua circa hoc, ut universa naturæ contingat admiratio. Auri glutinum est tale.<sup>k</sup> Argilla ferro, cadmia æris massis, alumen laminis, resina plumbo et marmori: sed plumbum nigrum<sup>l</sup> albo jungitur, ipsumque album sibi oleo. Item stannum æramentis, stanno argentum. Pincis optime lignis æs ferrumque funditur: sed et Ægyptia papyro: paleis aurum. Calx aqua accenditur, et Thracius lapis:<sup>m</sup> idemque oleo restinguitur. Ignis autem aceto maxime, et visco, et ovo. Terra minime flagrat. Carboni major vis exusto, iterumque flagranti.

XXXI. (VI.) Ab his argenti metalla dicantur, quæ sequens insania<sup>a</sup> est. Nonnisi in puteis reperitur, nullaque sui spe nascitur: nullis, ut in auro, lucentibus scintillis. Terra est alia rufa, alia cineracea. Excoqui<sup>n</sup> non potest, nisi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi. Galenam vocant,<sup>o</sup> quæ juxta argenti venas plerumque reperitur. Et eodem opere ignium descendit pars in plumbum, argentum autem superne innatat, ut oleum aquis. Reperitur in omnibus pæne provinciis, sed in Hispania pulcherrimum: id quoque in sterili solo, atque etiam montibus: et ubicumque una inventa vena est, non procul invenitur alia. Hoc qui-

<sup>a</sup> *Altera, post auri insaniam.*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Auri glutinum est tale*] Quale nimirum dictum est sup. cap. At ferrum argilla glutinatur, æris massæ cadmia, laminæ alumine, &c. 'Sed et alios plures modos,' inquit Brassavolus in examine terrarum, pag. 482. 'ferruminandi metalla scimus, ab his quos Plinius commemorat, arte inventis semper addente.' Locum consule.

<sup>l</sup> *Sed plumbum nigrum*] Vide xxxiv. 47.

<sup>m</sup> *Et Thracius lapis*] Nicander in Theriac. pag. 3. inter ea quæ suffitu abigunt serpentes: Ἡ σύ γε Θρηῖσσαν ἐν φλέξας πυρὶ λᾶαν, Ἡ θ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσειται, ἔσβεσε δ' αὐτὴν Τυτ-

θὸν ὅτ' ὀδμήσῃται ἐπιβραθέντος ἐλαίου. Quæ Gorraeus sic reddidit: *Threicium pariter Vulcano trade lapillum, Qui lymphis madidus flammæ collucet: ut idem Protinus affuso flammam restinguit oliro.* De Thracio lapide refert eadem auctor libri de Simp. Medic. ad Patern. tom. xiii. operum Galeni, p. 991. Diosc. item, v. 147. Galenus ipse de Fac. Simp. Med. ix. 2. pag. 257. ex Nicandro.

<sup>n</sup> *Excoqui*] Vide xxxiv. 47. sub finem.

<sup>o</sup> *Galenam vocant*] Plinius xxxiv. 53. 'Est et molybdæna, quam alibi galenam vocavimus, plumbi et argenti vena communis,' &c.



dem et in omni fere materia: <sup>p</sup> unde metalla <sup>q</sup> Græci <sup>r</sup> videntur dixisse. Mirum, adhuc per Hispanias ab Hannibale inchoatos <sup>s</sup> puteos durare, sua ab inventoribus nomina habentes. Ex quibus Bebulo <sup>t</sup> appellatur hodieque, qui ccc. pondo Hannibali sumministravit in dies, ad mille quingentos jam passus cavato monte, per quod spatium Aquitani <sup>u</sup> stantes diebus noctibusque egerunt aquas lucernarum mensura, <sup>v</sup> annemque faciunt. Argenti vena, quæ in summo reperta est, crudaria appellatur. Finis antiquis <sup>w</sup> fodiendi solebat esse alumen inventum: ultra nihil quærebatur. Nuper inventa æris vena infra alumen alba finem spei fecit. <sup>x</sup> Odor ex argenti fodinibus <sup>y</sup> inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus. Aurum argentumque quo mollius, eo pulchrius. Lineas ex argento <sup>z</sup> nigras produci plerique mirantur. <sup>6</sup>



CAP. XXXI. 1 Cod. Dalec. *materia eruendi metalli fere Græci.*—2 Idem codex, per *H. olim inchoatos.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. *Bebulo* Gronov. et al. vett.—4 <sup>r</sup> Ita codd. Regg. et Editio princeps. Sine auctoritate in recentioribus editionibus emendatum, *Accitani.* Brotier. *Aquitani* habent omnes codd. et edd. *Accitani* nullibi legitur nisi in Notis Harduini. *Lucretani* conj. Puitian. Mox, *prostantes*, Vel. Dalec. habet *stagnantes.*—5 Ita ex codd. Harduini et recentt. *nullum finem spei fecit* Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. *fieri produci que mirantur.*

## NOTÆ

<sup>p</sup> *In omni fere materia]* In omni fere metalli vena plumbi simul vena reperitur.

<sup>q</sup> *Unde metalla]* Quod *μετ' ἄλλων*, alia simul cum aliis, vel *μετ' ἄλλα*, post alia inveniuntur.

<sup>r</sup> *Aquitani]* Sic libri omnes, etiam Mss. Verum cum de Hispaniæ, non de Galliæ argenti fodinibus sermo sit, haud dubie *Accitani* legi satius fuerit, quæ colonia conventus Carthaginensis memorata superius, II. 5.

<sup>s</sup> *Lucernarum mensura]* Ut quamdiu accensæ certo olei modo lucernæ arderent, in eo labore essent: cum lucernæ deficerent, recentes integrique succederent, qui eundem laborem obirent.

<sup>w</sup> *Finis antiquis]* Fossore hodieque in eruendo argento provehunt operam, donec aluminis mineram inveniunt: repertoque hoc succo concreto, venæ argenti finem ibi esse intelligunt. *Kitcher's* *Mundi*. Subt. x. 4. p. 204.

<sup>x</sup> *Odor ex argenti fodinibus]* Testis Lucretius apud Festum: 'Scaptesyula, locus ubi argentum effoditur in Macedonia, dictus a fodiendo: namque Græcæ *σκάπτειν* effodere dicunt. Lucretius: 'Quales expiret scaptesyula subter odores.' A *σκάπτειν* et *ἔλλα*, quæ voces in unam conflata *materiam fossilem* sonant, fit *σκαπτησύλη*, de qua Stephanus.

<sup>y</sup> *Lineas ex argento]* *Isidorus* XVI.

XXXII. Est et lapis in his venis, cujus vomica liquoris æterni<sup>b</sup> argentum<sup>r</sup> vivum appellatur: venenum<sup>a</sup> rerum omnium. Exest<sup>b</sup> ac perrumpit vasa permanens tabe<sup>2</sup> dira. Omnia ei<sup>c</sup> innatant, præter aurum: id unum ad se trahit. Ideo et optime purgat, ceteras ejus sordes exspuens crebro jactatu fictilibus in vasis, alutis injectis.<sup>d</sup> Sed ut ipsum ab auro discedat in pelles subactas<sup>3</sup> effunditur, per quas sudoris vice defluens purum relinquit aurum. Ergo et cum æra inaurantur, sublitum bracteis pertinacissime retinet.<sup>e</sup> Verum pallore detegit simplices aut prætenues bracteas. Quapropter id furtum<sup>e</sup> quærentes, ovi liquore

<sup>b</sup> Qui fundit ac vomit ex se liquorem nunquam concreascentem, sed perpetuo fluidum. <sup>c</sup> Alligat ari bracteas aureas.

//////////

CAP. XXXII. 1 Cod. Dalec. in his venis vomica liq. æterni. Argentum. Mox, renenum metallorum omnium Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. universa permeans lube.—3 Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in vasis, vestibus injectis. Sed, &c. Gronov. et al. ante Harduin. in vasis, ita vitis abjectis, ut ipsum ab auro discedat. In pelles subactas. 'Alutis injectis] Ita emendavit Puttianns. Emendationi favent Mss. Reg. 5. ita vitis abjectis. Paulo audacior Harduini emendatio, vestibus injectis. Aluta autem illa, sen talutia, de quibus jam supra dictum cap. 21. sunt auri sordes.' Brotier. Mox, perque eas sudoris, &c. Cod. Dalec.

#### NOTÆ

18. Plinius ipse supra cap. 19. 'Cum argento, ære, plumbo, lineæ producantur.'

<sup>a</sup> Venenum] Argentum vivum appellatur, cum sit venenum: nec vitam, sed necem afferat. Diosc. v. 110. 'Sunt et qui argentum vivum,' inquit, 'per sese in metallis inveniri affirmant.'

<sup>b</sup> Exest] Isidorus Orig. xvi. 18. de argento vivo: 'Servatur autem melius in vitreis vasis: nam ceteras materias perforat.' In argenteis quoque, ac plumbeis, stanneisque asseruari tuto auctor est Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> Omnia ei] Vitruvius vii. 8. pag. 141. de argento vivo: 'Cum in aliquo vase est confusum,' inquit, 'si supra id lapidis centenarii pondus imponatur, natat in summo: neque eum liquorem potest onere suo premere,

nec elidere, nec dissipare. Centenario sublato, si ibi anri scrupulum imponatur, non nabit, sed ad immum per se deprimetur. Ita non amplitudine ponderis, sed genere singularum rerum gravitatem esse, non est negandum.' Vitruvium totidem verbis Isidorus expressit, Orig. xvi. 18.

<sup>d</sup> Alutis [vestibus] injectis] A vestibus, inquit, injectis in vasa fictilia, et ibi crematis, auri sordes separat argentum vivum iis immixtum. Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>e</sup> Quapropter id furtum] Quærentes furtum tegere, ac simplices pro geminis, vel tenuiores pro crassioribus bracteis in ære inaurando adhibentes, pro argento vivo nativo ac fossili hydrargyrum sublinunt, aut candidum ovi.

candido usum cum adulteravere: mox et hydrargyro, de quo suo dicemus loco.<sup>f</sup> Et alias argentum vivum non largum inventum est.

XXXIII. In iisdem<sup>g</sup> argenti metallis invenitur, ut proprie dicamus, spumæ lapis<sup>d</sup> candidæ nitentisque, non tamen translucens: stimmi<sup>h</sup> appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbason.<sup>i</sup> Duo ejus genera,<sup>j</sup> mas et fœmina. Magis probant fœminam: horridior est mas, scabriorque, et minus ponderosus, minusque radians et arenosior: fœmina contra<sup>j</sup> nitet, friabilis, fissurisque, non globis dehiscens.

XXXIV. Vis ejus<sup>k</sup> astringere, et refrigerare: principalis autem circa oculos: namque ideo etiam plerique platyophthalmion id appellavere, quoniam in calliblepharis<sup>l</sup> mulierum dilatet oculos.<sup>m</sup> Et fluxiones inhibet<sup>n</sup> oculorum, ulcerationesque, farina ejus ac thuris, gummi admixto. Sistit<sup>n</sup> et sanguinem e cerebro defluentem.<sup>2</sup> Efficacior et contra recentia vulnera: et contra veteres canum morsus inspersus farina: et contra ambusta<sup>o</sup> igni, cum adipe, ac

<sup>d</sup> *Lapis spumæ concretæ similis.*

//////////

CAP. XXXIII. 1 Cod. Dalec. *turbasin*; Vet. Dalec. *labron*.

CAP. XXXIV. 1 Vet. Dalec. *oculos, et fluxiones inhibeat*.—2 Cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Suo dicemus loco*] Infra c. 41.

<sup>g</sup> *In iisdem*] Stibii fodinas in Senensi agro, Comitatu S. Floræ, et in Germania pluribus locis, etiamnum reperiri testantur Brasavolus, Matthiolus, Fallopius, aliique, quos laudat Cæsius de Mineral. II. 410. pag. 215. Sed frequentius illud est, quod factitium: nunc 'Antimoneum' vocant: ejus usum veteribus incognitum medici peritiores aiunt.

<sup>h</sup> *Stimmi*] Diosc. v. 99. Τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ λάρβασον, οἱ δὲ στίμμι ἐκάλεσαν.

<sup>i</sup> *Duo ejus genera*] Sic auctores proxime appellati.

*Delph. et Var. Clus.*

<sup>j</sup> *Fœmina contra*] Et hoc genus in primis a Dioscoride commendatur, loc. cit.

<sup>k</sup> *Vis ejus*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *In calliblepharis*] Calliblephari nomine palpebrarum fucus intelligitur.

<sup>m</sup> *Dilatet oculos*] Stibium nigro tingit colore: idcirco id mulieres ciliis illiunt: qua de causa et γυναικεῖον a Diosc. in Nothis vocatur: et quia artificiosa hæc tinctura dilatare oculos videtur, πλατυόφθαλμον.

<sup>n</sup> *Sistit*] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Et contra ambusta*] Vide Notas et Emend. num. 28.

*Plinius.*

12 X

spuma argenti, cerussaue, et cera. Uritur autem<sup>p</sup> offis bubuli fimi circumlitum in clibanis: dein restinguitur<sup>q</sup> mulierum lacte, teriturque in mortariis, admixta pluvia. Ac subinde turbidum<sup>3</sup> transfunditur in æreum vas, et mundatur nitro. Fæx ejus intelligitur plumbosissima, quæque subsedit in mortario, abjiciturque. Dein vas, in quo turbida transfusa sunt, opertum linteo per noctem relinquitur, et postero die quod innatat, effunditur,<sup>4</sup> spongiaque tollitur. Quod ibi subsedit,<sup>5</sup> flos intelligitur, ac linteolo interposito in Sole siccatur, non ut perarescat. Iterumque in mortario teritur, et in pastillos dividitur. Ante omnia autem<sup>r</sup> urendi modus necessarius est, ne plumbum fiat. Quidam non fimo utuntur coquentes, sed adipe.<sup>s</sup> Alii tritum in aqua triplici linteo saccant, fæcemque abjiciunt, idque quod de-



*profluentem.*—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ita quoque cod. Dalec. *pluriali.* Ac s. *turbida* Gronov. et vulgg. Mox, *et mundatum nitro* Vet. Dalec. —4 Vet. Dalec. *abjiciturque ea. Dein vas, in quod tur. trans. effunditur.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *subsedit*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Uritur autem*] Hunc fere urendi modum docet Oribasius lib. xiiii. pag. 231.

<sup>q</sup> *Dein restinguitur*] Diosc. similiter v. 99. Ἐξαιρεθὲν δὲ σβέννεται γάλακτι ἀββεντοκόκου γυναικὸς, ἢ οἴνῳ παλαιῷ. *Exemptum restinguitur lacte mulieris, quæ marem pepererit, aut vino vetere.*

<sup>r</sup> *Ante omnia autem*] Diosc. loc. cit. Καίεται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐπιτεθὲν καὶ ἐμφυσηθὲν ἄχρι πυρώσεως: ἐὰν γὰρ ἐπιπλέον καῖ, μολιβοῦται. *Uritur vero prunis impositum, sufflatumque, quoad ignescat: si enim amplius uratur, plumbi instar eliquescit.* Parum feliciter vertisse Plinius videtur τὸ μολιβοῦται, *ne plumbum fiat.* Quis enim non statim existimet, stibium diutius ustum in plumbum degenerare?

<sup>s</sup> *Sed adipe*] Hic vero Plinius, homonymia vocis delusum, στέαρ apud

scriptorem Græcum, a quo hæc mutatus est, pro adipe perperam accepisse, cum pro massa farinæ aqua subactæ accipi oportuerit, præne persuasum habeo. Dioscorides enim v. 99. de stibio: Ὀπτᾶται δὲ στέατι περιπλασθὲν καὶ ἐγκρυβὲν εἰς ἀνθρακας, ἄχρις ἂν ἀνθρακωθῇ τὸ στέαρ. *Torretur autem farinu subacta circumlitum, et carbonibus obrutum, donec crusta carbunculetur.* Quibus postremis verbis apparet vocem στέαρ hoc loco non adipem, sed farinam subactam, significare: nam crustam ea induit coquendo, quæ carbunculetur, cum torretur igni. Felicis certe interpretis Oribasii lib. xiiii. pag. 231. 'Crematur stibium crusta ex farina circumlitum, et carbonibus obrutum, donec crusta in carbones abeat: ab igni emotum lacte mulieris, quæ marem peperit, aut vetere vino restinguitur.'

fluxit,<sup>6</sup> transfundunt, quicquid subsidit colligentes: em-  
plastris quoque et collyriis miscent.

XXXV. Scoriam<sup>a</sup> in argento Græci vocant heleysma. Vis ejus<sup>b</sup> astringere et refrigerare corpora. Additur<sup>c</sup> em-  
plastris, ut molybdæna, de qua dicemus<sup>d</sup> in plumbo, cicatricibus maxime glutinandis: et contra tenesmos, dysente-  
riasque, infusa clysteribus cum myrteo oleo. Addunt et in  
medicamenta, quæ vocant liparas,<sup>e</sup> ad excrescentia ulcerum,  
aut ex attritu facta,<sup>a</sup> aut in capite manantia.

Fit in iisdem metallis et quæ vocatur spuma argenti.<sup>1</sup>  
Genera ejus tria: optima quam chrysitin vocant:<sup>2</sup> secun-  
da, quam argyritin: tertia, quam molybditin. Et plerum-  
que omnes hi colores in iisdem tubulis<sup>1h</sup> inveniuntur.  
Probatissima<sup>1</sup> est Attica, proxima Hispaniensis. Chrysi-  
tis ex vena<sup>2</sup> ipsa fit,<sup>j</sup> argyritis ex argento, molybditis

<sup>a</sup> Ad carnes in ulceribus excrescentes, ad ulcera ex attritu facta, &c.



Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. defluerit. Mox, et quicquid Vet. Dalec.  
id colligentes cod. Dalec.

CAP. XXXV. 1 Cod. Dalec. tabulis.—2 Vet. Dalec. ex auri vena. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Scoriam] Diosc. v. 101. Ἡ δὲ τοῦ ἀργύρου σκωρία καλεῖται ἔλκυσμα, κ.τ. λ. Nempe quoniam id recrementum adeo lentum est, ut instar visci trahatur, cum eximitur e catinis, ab ἔλκω, traho.

<sup>b</sup> Vis ejus] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> Additur] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> De qua dicemus] Lib. xxxiv. cap. 53.

<sup>e</sup> Quæ vocant liparas] De his egimus xxxiii. 81.

<sup>1</sup> Spuma argenti] Λιθάργυρος Dioscoridi v. 102. Nostris Litarge.

<sup>2</sup> Quam chrysitin vocant] A colore aureo, seu flavo, cum argenti venæ æris plurimum admixtum est.


<sup>h</sup> In iisdem tubulis] Reg. 2. et Colb. 3. in iisdem tabulis. Male. Fusores hodie panes vocant, seu massas offas-

que: tubulos, antiqui. Vide formam tubulorum expressam in icone apud Agricol. de Re Metall. lib. x. pag. 384.

<sup>1</sup> Probatissima] Sic Diosc. v. 102.

<sup>j</sup> Chrysitis ex vena ipsa fit] Ex ipsa argenti vena, seu terra arenave, unde argentum extrahitur coctura. Excoqui enim terra hæc non potest, ut dictum est c. 31. nisi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi, quæ juxta argenti venas plerumque reperitur: unde terra ea molybditis molybdæna nominatur. Oribasius l. xiii. fol. 228. b. et <sup>4</sup> Lithargyros, hoc est, argenti spuma, quædam ex arena fit, quæ molybditis nominatur, in fornace usque dum tota in ignem penitus transierit excocta: quædam vero ex argento, quædam ex plumbo... Appellatur vero quæ flavo colore est et

plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, et inde habet nomen.<sup>k</sup> Omnis autem fit excocta sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem, et ex eo sublata veruculis ferreis,<sup>l</sup> atque in ipsa flamma convoluta,<sup>3</sup> ut sit modici ponderis. Est autem, ut ex nomine ipso<sup>m</sup> intelligi potest, ferrescentis materiæ spuma. Distat a scoria, quo potest spuma a fæce distare. Alterum purgantis<sup>n</sup> se materiæ, alterum purgatæ vitium est. Quidam duo genera faciunt spumæ, quæ vocant lythrida et peumenem,<sup>4°</sup> tertium molybdænam, in plumbo dicendam.<sup>p</sup> Spuma ut sit utilis, iterum coquitur, confractis tubulis<sup>5</sup> ad magnitudinem annulorum: <sup>q</sup> ita accensa follibus, ad separandos carbones cine-



*ex arena ipsa, nempe 'plumbaria.'*—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *convoluta veruculo* Gronov. et vulgg. *verriculis ferreis*, . . . *convoluta verriculo* Vet. Dalec. Mox, *ferrescentis et futuræ materiæ* Gronov. et vulgg. *ferrescentis et fusæ materiæ* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. *stereolytida et pneumenem* Gronov. Harduin. et recentt. *stereotida et pneomenem* Agricola.—5 Cod. Dalec. *tubulis*. Mox, *ad m. avellanarum* margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

splendet, chrysitis, quæ est etiam potior: livida vero, argyritis,' &c. Diosc. v. 102. Λιθάργυρος ἢ μὲν τις ἐκ τῆς μολιβδλίτιδος καλουμένης ἕμμου γεννᾶται, χωνευομένης ἄχρι τελείας ἐκπυρώσεως ἢ δ' ἐξ ἀργύρου ἢ δ' ἐκ μολιβδου. *Spuma argenti quædam fit ex arena, quam molybdilin vocant, in furnacibus constata, donec perfecte igni incandescat: altera ex argento, tertia ex plumbo.*

<sup>k</sup> *Et inde habet nomen*] Ut Puteolana nominetur.

<sup>l</sup> *Veruculis ferreis*] Id quomodo fiat, et quæ sit forma veruculi, quo ignescens spuma convolvitur, vel ex icone intelliges, quam Agricola exhibet de Re Metall. lib. x. p. 384.

<sup>m</sup> *Ut ex nomine ipso*] Nam si spuma est, e ferrescente materia exire necesse est. In editis legebatur, *ferrescentis et futuræ*: sed has voces, et *futuræ*, nec Reg. 2. nec Colb. 3. representant: et superfluum eæ sci-

licet.

<sup>n</sup> *Alterum purgantis*] Spuma purgantis sese materiæ est; fæx, purgatæ: ut in vino probe intelligitur.

<sup>o</sup> *Lythrida et peumenem*] In his nominibus variant codices. Salmasius in Solin. pag. 1082. legit, *cerchnitida et pegnymenen*. Κερχνίτις ut sit ea spuma argenti, quæ soluta instar pulveris, quam Pollux κοριορδον vocet: πηγνυμένη, quæ concreta fixaque sit, non in pulverem putris.

<sup>p</sup> *In plumbo dicendam*] Lib. xxxiv. cap. 53.

<sup>q</sup> *Annulorum*] Ita etiam Mss. Avellanarum nuncum magnitudine, dixit Diosc. v. 102. de spuma argenti: Καύσεις δὲ αὐτὴν οὕτω κατακόψας εἰς κορύων μεγέθη, καὶ ἐπιθεῖς ἐπ' ἀνθρακας, ἐκρίπσας τε ἄχρι πυρώσεως, καὶ περιμάζας τὴν περικειμένην ἀκαθαρσίαν, ἀποτίθεσο. *Ures porro argenti spumam in hunc modum: ipsam in frustu dividito, quæ juglandium magnitudinem æquet:*

remque, abluitur aceto aut vino, simulque restinguitur. Quod si sit<sup>r</sup> argyritis, ut candor ei detur, magnitudine fabæ confracta, in fictili coqui iubetur ex aqua, addito in linteolis tritico et hordeo novis, donec purgentur.<sup>6 s</sup> Postea sex diebus<sup>t</sup> terunt in mortariis, ter die abluentes aqua frigida : et cum desinant,<sup>7</sup> calida, addito sale, fossili, in libram spumæ obolo.<sup>8 u</sup> Novissimo die condunt in plumbeo vase. Alii cum faba candida ac ptisana coquunt, et in Sole siccant. Alii in lana candida cum faba, donec lanam non denigret.<sup>9 v</sup> Tunc salem fossilem adjiciunt, subinde aqua mutata, siccantque diebus XL. calidissimis æstatis. Nec non in ventre suillo in aqua coquunt, exemptamque nitro fricant, et, ut supra, terunt in mortariis cum sale. Sunt qui non coquant, sed cum sale terant, et adjecta aqua abluant. Usus ejus<sup>w</sup> ad collyria, et litu ad muliebrum cicatricum fœditates tollendas, maculasque, et abluendum capillum. Vis autem<sup>x</sup> siccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, explere ulcera, tumores lenire. Talibusque emplastris



—6 Gronov. al. vett. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *donec ea purgentur*; margo edd. Dalec. et Gronov. *donec ea rumpantur*, e Diosc.—7 Vet. Dalec. *desinunt*.—8 Vet. Dalec. *pondo*.—9 Ita cod. Reg. Brot. 3. Vet. Dalec.

#### NOTÆ

*hæc prunis imposito, et ita follibus accendito, ut conflagent: tum abstersa quæ insidet spurcitia, recondito.*

<sup>r</sup> *Quod si sit*] Totidem verbis hæc Diosc. loc. cit. et Oribasius lib. XIII. fol. 228. b.

<sup>s</sup> *Donec purgentur*] Diosc. "Ἐψε δὲ ἕως ἂν βρωῶσιν αἱ κριθαί. Coquito, donec rumpatur hordeum. Oribas. *donec dirumpatur*. Sed purgari hoc loco idem est, quod dirumpi et dehiscere hordeum, hoc est, a sua divelli tunica. Sic xv. 25. purgabiles nuces appellat, quæ suo exui echino seu calyce facile potest.

<sup>t</sup> *Postea sex diebus*] Diosc. et Oribas. loc. cit.

<sup>u</sup> *Obolo*] Diosc. loc. cit. ad libram

argenti spumæ quinas salis fossilis uncias adhibet. Oribasius, ad libram spumæ, salis tantundem, hoc est, libram.

<sup>v</sup> *Non denigret* [*denigret*] Forsan rectius *denigret*. Diosc. loc. cit. ἕως τὸ ξριον μηκέτι βάπτηται.

<sup>w</sup> *Usus ejus*] Diosc. loc. cit. Ἀρόζ-ει εἰς τὰ ὀφθαλμικά, καὶ οὐλὰς ἀπρεπεῖς, καὶ ἐρῥακωμένα πρόσωπα, καὶ σπίλων ἔμπλεα. *Confert ad oculorum medicamenta, et ad cicatricum fœditates tollendas, itemque ad facies rugosas ac maculosas*. Et ad denigrandum præterea capillum, ex Theodoro Prisciano 1. 1.

<sup>x</sup> *Vis autem*] Diosc. et Oribasius, loc. cit. totidem fere verbis.

supra dictis<sup>y</sup> ignes etiam sacros<sup>z</sup> tollit cum ruta, myrtoque, et aceto: itemque perniones cum myrto<sup>10a</sup> et cera.

XXXVI. (VII.) Invenitur in argentariis metallis minium quoque, et nunc inter pigmenta magnæ auctoritatis, et quondam apud Romanos non solum maximæ, sed etiam sacræ. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, Jovis ipsius<sup>b</sup> simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque<sup>c</sup> corpora: sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cœnæ triumphalis, et a censoribus inprimis Jovem minian- dum locari. Cujus rei causam<sup>1</sup> equidem miror: quanquam et hodie id expeti constat Æthiopum<sup>d</sup> populis, to- tosque eo tingui procures, huncque ibi Deorum simulacris

//////////

et Editio princeps; *denigrent* al. ante Brotier.—10 Edd. ante Brotier *myr- tis*. ‘Ms. *myrto*; lege *myrteo*. Mox, *et cera, et abdomine* Ms. aliud: non placet.’ Dalec.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Talibusque emplastris supra dictis*] Nempe, quas liparas vocant, de quibus cap. sup. diximus.

<sup>z</sup> *Ignes etiam sacros*] Ad medendum huic morbo spumam argenti cum succo porrorum betarmve adhibet Theod. Priscianns 1. 21.

<sup>a</sup> *Cum myrto* [*myrtis*] Vetus Dalec. codex, *cum myrto*, hoc est, cum oleo myrteo; quæ nobis sincerior multo scriptura videtur: quod Celsus v. 19. in lenibus hisce emplastris myrteum pariter oleum asciscit: ‘Lenia quoque quædam,’ inquit, ‘emplastra sunt, quas λιπαράς fere Græci nominant,’ &c. Et mox: ‘Alia compositio generis ejusdem: ceræ . . . spumæ argenti, plumbi recrementi . . . cicieni olei et myrti, singulorum hemina.’ Iterumque: ‘Emplastra ejusdem generis ad leniendum apta . . . Cerati ex oleo myrteo facti . . . Aut spumæ argenti,’ &c. Ut nardum pro nardino oleo, aliaque similia, crebro usurpari alias admonuimus, sic et

myrtus usuvenit pro myrteo.

<sup>b</sup> *Jovis ipsius*] Plinius idem xxxv. 45. effigiem Jovis ait in Capitolio dicatam a Prisco Tarquinio fictilem fuisse, et ideo miniari solitam. De ceteris Diis Arnobius, hb. vi. contra gentes: ‘Inter Deos videmus vestros leonis torvissimam faciem, metro oblitam minio, et nomine Frugiferi nomenpari.’ Apud Virgilium, Pan sanguineis ebuli baccis ac minio rubet.

<sup>c</sup> *Triumphantumque*] Jo. Tzetzes Chiliad. xiiii. Hist. 461. vs. 44. Ὅπως τὸν θριαμβέσοντα χρίσαντες κυναβάροι ἢ καὶ σινωπιδίῳ δὲ ἐφ’ ἄρματος ἴστωσι. Quomodo triumphaturum illinentes minio, vel sinopide, in currum imponant.

<sup>d</sup> *Æthiopum*] Simile est quod de Gothis refert Isidorus, Orig. xix. 23. ‘Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum.’



colorem esse. Quapropter diligentius persequemur<sup>2</sup> omnia de eo.

XXXVII. Theophrastus<sup>e</sup> XC. annis ante Praxibulum<sup>f</sup> Atheniensium magistratum<sup>f</sup> (quod tempus exit in Urbis nostræ CCCXLIX. annum)<sup>2</sup><sup>g</sup> tradit inventum minium a Callia Atheniense, initio sperante aurum posse excoqui arena rubente in metallis argenti: hanc fuisse originem ejus. Reperiri<sup>3</sup> autem<sup>h</sup> jam tum in Hispania,<sup>4</sup> sed durum et arenosum: item apud Colchos in rupe quadam inaccessa, ex qua<sup>5</sup> jaculantes decuterent: id esse adulterum: optimum vero supra Ephesum Cilbianis agris.<sup>1</sup> Arenam cocci colorem habere: hanc teri,<sup>j</sup> dein lavari farinam: et quod subsidat, iterum lavari. Differentiam<sup>k</sup> artis esse,

//////////

CAP. XXXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Cujus rei quidem causam* edd. vett. et Gronov.—2 Vet. Dalec. *prosequemur*.

CAP. XXXVII. 1 *Thrasibulum* Vet. Dalec.—2 'Ita bene emend. Herm. Barbarus. Male codd. Regg. Ed. pr. et eruditus Harduinus in altera sua ed. *CCXLIX. annum*.' Brotier. *CCCXLIX. annum* Harduin. 1. *CCXLIX. annum* Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 *Repertum* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *Hispaniis* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Theophrastus*] Hæc Theophr. περὶ λίθων, p. 12. a quo Plinius ea mutuatus est, quæ hoc c. 37. toto continentur.

<sup>f</sup> *Magistratum*] Archonta Atheniensium.

<sup>g</sup> *CCCXLIX. annum*] Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>h</sup> *Reperiri autem*] Theophr. loc. cit. Ἄυτοφύες μὲν τὸ περὶ Ἰβηρίαν σκληρὸν σφόδρα παλὶ λίθῶδες. Quod de Iberia Colchica Delecaupius perperam accipit. Vide Notas et Emend. num. 30.

<sup>i</sup> *Cilbianis agris*] Dictum de his v. 31. Vitruvius VII. 8. p. 140. 'Ingrediar nunc minii rationes explicare. Id autem agris Ephesiorum Cilbianis primum memoratur esse inventum: cujus et res et ratio satis magnas habet admirationes. Foditur enim gleba quæ ἄνθραξ dicitur, antequam tractationibus ad minium per-

veniat, vena, uti ferreo magis subrufo colore, habens circa se rubrum pulverem. Cum id foditur, ex plaris ferramentorum crebras emittit lacrymas argenti vivi,' &c. Hoc porro metallicum minium, expetitur olim a pictoribus propter floridum colorem, nunc perrarum est: sed, quod letalius est, officinæ substitutum tsum, ut vocant aliqui, cinnabrium: hoc a Chymistis paratur ignis artificio, constatque argento vivo et sulfure ustulatis: vulgo *Vermillon, cinabre artificiel*.

<sup>j</sup> *Hanc teri*] Vitruvius loc. cit. 'Revertar nunc ad minii temperaturam. Ipsæ enim glebæ cum sunt aridæ, pilis ferreis contunduntur, et moluntur: et lotionibus, et cocturis crebris efficitur, ut adveniant colores,' &c.

<sup>k</sup> *Differentiam*] Hæc paulo aliter Theophr. loc. cit.

quod alii minium faciunt prima lotura : apud alios id esse <sup>6</sup> dilutius, sequentis autem loturæ optimum.

XXXVIII. Auctoritatem colori fuisse non miror. Jam enim Trojanis temporibus rubrica in honore erat, Homero teste,<sup>1</sup> qui naves ea commendat,<sup>1</sup> alias circa picturas pigmentaque rarus. Milton vocant<sup>m</sup> Græci : minium quidam, cinnabari.<sup>2 n</sup> Unde natus error,<sup>o</sup> Indico cinnabaris nomine. Sic enim appellant<sup>p</sup> illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto utriusque animalis sanguine, ut diximus.<sup>q</sup> Neque alius est color, qui in picturis proprie sanguinem reddat. Illa cinnabaris antidotis medicamentisque utilissima est. At hercule medici,<sup>r</sup> quia <sup>3</sup> cinnabarin vocant, pro ea utuntur hoc minio, quod venenum esse paulo mox <sup>s</sup> docebimus.

XXXIX. Cinnabari<sup>t</sup> veteres, quæ etiam nunc vocant mo-



—5 Cod. Dalec. a qua.—6 Cod. Dalec. lotura: id esse.

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. qui eam commendat; Gronov. et vulgg. qui naves ea commendat.—2 Cod. Dalec. cinnabarin.—3 Idem codex, quonium.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Homero teste] Iliad. B. 637. Τῶ δ' ἄμα νῆες ἔποντο δώδεκα μιλτοπαρῆοι. Ubi Scholiastes annotat, μιλτοπαρῆους dici, quod μίλτω, hoc est, rubrica, pietas haberent τὰς πρώτας βεβαμμένας.

<sup>m</sup> Milton vocant] Rubricam videlicet.

<sup>n</sup> Quidam cinnabari] Quod Indieum cinnabari colore referret.

<sup>o</sup> Unde natus error] Scilicet Medicorum, qui pro cinnabari Indica in medicamenta minium addebant, insectia nominis, ut Plinius ait xxix. 8. cum minium sit venenum.

<sup>p</sup> Sic enim appellant] De cinnabari quæ sit sanguis draconis, mera fabula est, ut Scaliger recte monet, Exerc. 172. et Constantinus in Lexico, verbo Κιννάβαρι. Neque enim est hoc κιννάβαρι sanguis draconis, ut Plinio affirmanti Solinus credidit cap. 25. pag. 47. et Isidorus xix. 16. sed lacryma arboris conereta, ut recte

dixit Arrianus in Periplo : quam opinionem veram esse oculata fide, καὶ ἐκ τῆς αὐτοψίας, confirmat Aloisius Cadamustus, laudatus a Constantino loc. cit. In officinis nunc quoque Sanguis draconis vocatur, ex colore nimirum, et Cinnabrium. Unde hæc de draconis elisi sanguine fabula orta sit, Cæsius docet de Mineral. 11. 4. 3. pag. 191. qui auctores sententiæ a nobis allatæ de lacryma arboris, quæ cinnabaris sit, laudat quamplurimos, Agricolam, &c.

<sup>q</sup> Ut diximus] Lib. viii. c. 12.

<sup>r</sup> At hercule medici] Id supra dictum xxix. 8. Errorem hunc pariter Dioscorides arguit v. 109.

<sup>s</sup> Paulo mox] Cap. 41.

<sup>t</sup> Cinnabari] Hæc picturæ: imo ac simplici colore constabant, ac fere rubro, qui maxime convenit cum humano colore. De monochromatis dicemus xxxv. 5.

nochromata, pingebant. Pinxerunt et Ephesio minio, quod derelictum est, quia curatio magni operis erat. Præterea utrumque<sup>1</sup> nimis acre existimatur. Idcirco transiere<sup>2</sup> ad rubricam,<sup>u</sup> et Sinopidem, de quibus suis locis dicam.<sup>v</sup> Cinnabaris adulteratur sanguine caprino, aut sorbis<sup>3</sup> tritis. Pretium sinceræ,<sup>4</sup> nummi quinquaginta.<sup>w</sup>

XL. Juba minium nasci et in Carmania tradit: Timagenes<sup>1 a</sup> et in Æthiopia. Sed neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde quam ex Hispania. Celeberrimum ex Sisaponensi<sup>2</sup> regione in Bætica, miniario metallo vectigalibus<sup>3</sup> populi Romani, nullius rei diligentiore custodia. Non licet id ibi<sup>b</sup> perficere excoquique. Romam defertur<sup>4</sup> vena signata, ad dena millia fere pondo annua. Romæ autem lavatur: in vendendo, pretio statuta lege,<sup>5</sup> ne modum excederet, H-S. LXX. in libras.<sup>c</sup> Sed adulteratur multis modis, unde præda societati.<sup>d</sup>



CAP. XXXIX. 1 Cod. Dalec. *relictum est . . . erat. P. quod utrumque.*—2 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. *Ideo transire* al. ante Brotier.—3 Vet. Dalec. *ac sorbis.*—4 Vet. Dalec. *sincero.*

CAP. XL. 1 *Hermagenes* Gronov. et al. ante Harduin.—2 *Olyspionensi* cod. Dalec.—3 Vet. Dalec. *rectigali.*—4 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. *excoctumque Romam perfertur* cod. Dalec. *excoquique. Romam perfertur* al. ante Brotier.—5 Vet. Dalec. *statuto lege.* Mox, X. LX. in libras Vet. Dalec. LXX. in

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Ad rubricam*] Apud Horat. II. Sat. 7. 98. 'Prælia rubrica picta, aut carbone.'

<sup>v</sup> *Suis locis dicam*] Lib. XXXV. c. 13. et 11.

<sup>w</sup> *Nummi quinquaginta*] Hoc est, sestertii quinquaginta in libras singulas. Gallicæ monetæ, asses centeni.

<sup>a</sup> *Timagenes*] De eo dicemus in Auctorum Indice. Sic porro codices Mss. Reg. 2. et Pintiani: non, ut editi, *Hermogenes*.

<sup>b</sup> *Non licet id ibi*] Vitruvius VII. 9. pag. 112. 'Quæ autem in Ephesiorum metallis fuerunt officinæ, nunc tractatæ sunt ideo Romam, quod id

genns venæ postea est inventum Hispaniæ regionibus: ex quarum metallis glebæ portantur, et per publicanos Romæ curantur. Eæ autem officinæ sunt inter ædem Floræ et Quirini.' Nempe Urbis Romæ regione sexta, ubi P. Victor 'Templum Floræ' locat, et 'Templum Quirini.'

<sup>c</sup> *H-S. LXX. in libras*] Sestertiorum nota desideratur in libris hactenus editis, unde divulso numero quidam X. LX. conjiciebant, hoc est, denarios LX. At sestertiorum notam habent codices Mss. Sunt porro sestertii Lxx. si ad monetam Gallicam exigas, libræ seu floreni septem.

<sup>d</sup> *Unde præda societati*] Nempe se-

Namque est alterum genus<sup>e</sup> in omnibus fere argentariis, itemque plumbariis metallis, quod fit exusto<sup>6</sup> lapide venis permixto, non ex illo, cujus vomicam<sup>f</sup> argentum vivum appellavimus, (is enim et ipse in argentum excoquitur,) sed ex aliis simul repertis. Steriles etiam<sup>g</sup> plumbi deprehenduntur suo colore,<sup>7</sup> nec nisi in fornacibus rubescentes exustique tunduntur in farinam. Et hoc est secundarium minium<sup>h</sup> perquam paucis notum, multum infra naturales illas arenas.<sup>i</sup> Hoc ergo<sup>j</sup> adulteratur minium in officinis sociorum:<sup>k</sup> item Syrico.<sup>8</sup> Quonam modo Syricum fiat, suo loco dicemus.<sup>l</sup> Sublini autem Syrico minium compendii ratio demonstrat. Et alio modo<sup>9</sup> pingentium furto<sup>m</sup> opportunum est, plenos subinde abiuentium penicillos. Sedit autem in aqua, constatque furantibus. Sincero cocci nitor esse debet. Secundarii autem splendor in parietibus sentit uliginem.<sup>a</sup> Quanquam hoc rubigo quædam metalli est.

<sup>a</sup> *Parietum uligo, sive humiditas, multum aufert splendoris secundario minio.*

//////////

*libras Gronov. et al. ante Harduin.—6 Cod. Dalec. ex Sardo; Vet. Dalec. exusto.—7 Herm. Barb. repertis, qui steriles, etiam plumbi deprehenduntur solo colore. Pro plumbi, cod. Dalec. plurimi.—8 Gronov. et al. ante Harduin.*

#### NOTÆ

cietati publicanorum, de quibus Vitruvius loco ante allato. *Corps, Compagnie, ou Communauté.* Nugantur, qui de sociis populi Rom. hoc est, Bæticis, læ accipiunt.

<sup>e</sup> *Namque est alterum genus]* Minii nimirum. Minium illud Dioscoridis est, v. 109. *Τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον σκευάζεται ἐν Ἰσπανίᾳ ἐκ λίθου τινὸς μεμυγμένου τῇ ἀργυρίδι ψάμμῳ.*

<sup>f</sup> *Cujus vomicam]* Supra cap. 32. 'Est et lapis in his venis argentariis, cujus vomica liquoris æterni argenti vivi appellatur.'

<sup>g</sup> *Steriles etiam]* Lapidem in plumbariis metallis, qui ne in plumbum quidem excoqui possunt.

<sup>h</sup> *Et hoc est . . . minium]* Nostris perinde incognitum.

<sup>i</sup> *Multum infra . . . illas arenas]* Cil-

biani supra Ephesum agri, aut Sisaponensis in Bætica.

<sup>j</sup> *Hoc ergo]* Hoc secundario minio.

<sup>k</sup> *In officinis sociorum]* Publicanorum: nam, ut superius dictum est, erant officinæ eæ Romæ: nec licebat id in Bætica perficere, vel excoqui.

<sup>l</sup> *Suo loco dicemus]* Lib. xxxv. c. 24.

<sup>m</sup> *Pingentium furto]* Inter colores quos pictori dominus præstabat, ut dicitur xxxv. 12. minium fuit, quoniam id perrarum erat. Pictores itaque sæpe ex eo furabantur, repletis penicillis, mox aqua ablatis: veluti alio utendum colore tum fuisset: nam minium statim sidebat in aqua: ubi integrum furantibus permanebat. Vel ex hoc loco intelligas aqua diluti colores solitos ab antiquis, non, uti

Sisaponensibus autem miniariis suæ venæ arena<sup>n</sup> sine argento excoquitur auri modo.<sup>o</sup> Probatur auro<sup>o</sup> candente: fucatum nigrescit: sincerum retinet colorem. Invenio et calce adulterari. Ac simili ratione ferri candentis lamina, si non sit aurum, deprehendi illico. Solis atque Lunæ<sup>p</sup> contactus inimicus: remedium,<sup>q</sup> ut parieti siccato cera Punicæ cum oleo liquefacta candens setis<sup>r</sup> inducatur: <sup>b</sup> iterumque admotis gallæ carbonibus aduratur ad sudorem usque: postea candelis subigatur: ac deinde linteis puris, sicut et marmora<sup>s</sup> nitescunt. Qui minium<sup>t</sup> in officinis po-

<sup>b</sup> *Confectis e seta penicillis extendatur.*

*Scyrico, et sic in seqq.—9 Et alias madidum Vet. Dalec.—10 Vet. Dalec. verum hoc modo. Grouov. et al. ante Harduin. excoquitur: auri modo probatur.*

#### NOTÆ

modo, oleo: nam nec ntilis esse possunt, semel oleo subacti: neque ex penicillis elui ulla vi aquæ possunt.

<sup>n</sup> *Suæ venæ arena*] In metallis miniariis, inquit, quæ sunt Sisapone, vena est minii propria ac peculiaris, nullo, ut fere alibi, argento admixto.

<sup>o</sup> *Probatur auro*] Vel, si aurum desit, ut mox ait ipse, lamina ferri candentis: sic enim probatur, nun calcem admixtam habeat. Vitruvius rem paulo dilucidius sic explanat, VII. 9. pag. 142. 'Vitiatur minium admixta calce. Itaque si quis velit experiri id sine vitio esse, sic erit faciendum. Ferrea lamna sumatur: in ea minium imponatur: ad ignem collocetur, donec lamna candescat: cum e candore color immutatus fuerit, eritque ater, tollatur lamna ab igne: et, si refrigeratum restituatur in pristinum colorem, sine vitio se esse probabit: sin autem permanserit nigro colore, significabit se esse vitiatum.'

<sup>p</sup> *Solis atque Lunæ*] Vitruvius loc. cit. 'Minium efficitur tenera natura,

et viribus imbecilla. Itaque cum est in expolitionibus conclavium tectoriis inductum, permanet sine vitiiis suo colore. Apertis vero . . . locis, quo Sol et Luna possit splendere et radios immittere, cum ab iis locis tangitur, vitiatur, et amissa virtute coloris denigratur.'

<sup>q</sup> *Remedium*] Vitruvius loc. cit. 'At si quis subtilior fuerit, et voluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere, cum paries expolitus et aridus fuerit, tunc ceram Punicam, igni liquefactam, paulo oleo temperatam seta inducat. Deinde postea carbonibus in ferreo vase compositis, eam ceram apprime cum pariete calefaciendo sudare cogat, fiatque ut peræquetur. Postea cum candela linteisque puris subigat, uti signa marmorea nada curantur . . . Ita obstans ceræ Punicæ lorica non patitur nec Lunæ splendorem, nec Solis radios, lambendo eripere ex his politionibus ceram.'

<sup>r</sup> *Setis*] Gallice, *des brosses*.

<sup>s</sup> *Sicut et marmora*] Quemadmodum suo nitore restituuntur marmora, ab-

liunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando perniciosam<sup>11</sup> pulverem trahant: et tamen ut per illas spectent. Minium in voluminibus<sup>12</sup> quoque scriptura usurpatur, clarioresque literas, vel in auro, vel in marmore, etiam in sepulcris facit.

XLI. (VIII.) Ex secundario<sup>a</sup> invenit<sup>1</sup> vita et hydrargyrum in vicem argenti vivi, paulo ante dilatatum. Fit autem duobus modis: æreis mortariis<sup>b</sup> pistillisque trito minio ex aceto: aut patinis<sup>c</sup> fictilibus impositum ferrea concha, calyce coopertum, argilla superillita: dein sub patinis accensum<sup>2</sup> follibus continuo igni, atque ita calycis sudore



*Auro candente fucatum nigrescit.*—11 Cod. Dalec. *perniciosum.*—12 Vet. Dalec. *voluminum.*

CAP. XLI. 1 Cod. Dalec. *invenitur.*—2 Vet. Dalec. *imposita, &c. cooperta*

#### NOTÆ

stera fuligine, quæ a sacrificiorum ignibus ac fumo adhæserat. Hoc esse illud arbitror, quod Juvenalis ait, Sat. x. 55. 'genua incerare Deorum:' etsi Turnebus, et alii eum secuti interpretes, in aliam sententiam trahant: sed nostram interpretationem fulcit alter ejusdem poetæ locus, Sat. xii. 88. ubi appellat 'fragili simulaera nitentia cera.'

<sup>a</sup> *Qui minium*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 109. et post eum Oribasius lib. xiii. pag. 228.

<sup>b</sup> *Minium in voluminibus*] Fortassis illud est cinnabari, quo CP. Imperatores usi in subscriptionibus olim fuerunt: ut in sexta Synodo, 'Imperator per cinnabarinum.' Ait M. Crusius in Turcogr. pag. 191. vidisse se Concilium CP. in quo subscriptio Joannis Cantacuzeni esset ex cinnabari, Episcoporum vero ex atramento. Vidimus et nos, in Cimelio Colbertino, Joannis Palaologi CP. Imp. subscriptionem ejusmodi, Decreto Unionis, consideratione digno.

<sup>c</sup> *Ex secundario*] Ex secundario minio, cujus natura sup. cap. explicata est. Diosc. v. 110. Ἐκ δευτέρου

δὲ σκευάζεται ἀπὸ τοῦ ἀμμιου λεγομένου, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τοῦτου κινναβαρέως λεγομένου. Oribasii interpretis lib. xiii. fol. 231. b. 'Hydrargyros, hoc est, argentum vivum, fit ex minio, quod falso cinnabaris dicitur,' &c. Delicias facit Dalecampius, cum hæc verba sic interpretatur: 'Ex secundario,' inquit, 'hoc est, invento minus quidem ingenioso et utili, non aspernando tamen.' Hydrargyrum Gallis, *Vif argent.*

<sup>b</sup> *Æreis mortariis*] Quod enim ex minio sic trito exprimitur, id argentum vivum est. Docet hunc modum Theophr. περὶ λίθων, p. 12. et 13.

<sup>c</sup> *Aut patinis*] Totidem verbis Diosc. xv. 110. Θέντες γὰρ ἐπὶ λοπάδος κεραμέας κόγχων σιδηροῦν ἔχοντα κιννάβαρι, περικαθάπτουσιν ἄμβικα περιελείψαντες πηλῶ, εἶτα ὑποκαίουσιν ἄνθραξιν· ἢ γὰρ προσίξουσα τῶ ἄμβικι αἰθάλη ἀποξεσθεῖσα καὶ ἀποψυχθεῖσα, ὑδράργυρος γίνεται. *Imposita siquidem patinae fictili concha ferrea minium continente, calcem seu operculum adaptant, quod undique luto superillunt, deindeque carbonibus succubunt. Tum quæ calici adhaerescit fullgo, crasa refrigerataque in argen-*

deterso,<sup>d</sup> qui fit argenti colore et aquæ liquore. Idem guttis dividi facilis, et lubrico humore confluere. Quod cum venenum<sup>e</sup> esse conveniat, omnia quæ de minio in medicinæ usu traduntur temeraria arbitror: præterquam fortassis illito capite ventre, sanguinem sistendum,<sup>3</sup> dum ne quid penetret in viscera, ac vulnus attingat: aliter utendum non equidem censeam.

XLII. Hydrargyro argentum inauratur solum nunc prope, cum et in æra simili modo duci debeat.<sup>a</sup> Sed eadem fraus, quæ in omni vitæ parte ingeniosissima est, viliorem excogitavit materiam, ut docuimus.<sup>2</sup> <sup>f</sup>

XLIII. Auri argentique mentionem comitatur<sup>r</sup> lapis, quem coticulam<sup>g</sup> appellant, quondam non solitus<sup>2</sup> inveniri, nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus:<sup>h</sup> nunc vero passim:<sup>i</sup> quem alii Heraclium,<sup>j</sup> alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias<sup>k</sup> longitudinis, binas-

<sup>a</sup> Cum et ad æra inauranda sublini hydrargyrum pariter oporteret.

arg. super illito. d. s. p. accenso.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Fortasse, quod illitum capiti, ventriæ, sanguinem sistit Gronov. et al. vett. Mox, pro penetret, cod. Dalec. prætereat. Vet. Dalec. aut vulnus.

CAP. XLII. 1 Cod. Dalec. et æri sim. mo. induci debeat.—2 Vet. Dalec. docuimus in auri argentique mentione, &c.

CAP. XLIII. 1 Vet. Dalec. conjungitur.—2 Cod. Dalec. quem non solere.—

## NOTÆ

tum virum coit. Sic etiam Oribasius loco cit. et Isidorus Orig. xvi. 18.

<sup>d</sup> Sudore deterso] Fuligine, quæ operculo adhæsit.

<sup>e</sup> Quod cum venenum] Potum vim perniciosam habet: suo enim pondere interna perrodit. Diosc. loc. cit. ubi adversus id venenum remedia prodit.

<sup>f</sup> Viliorem. . . ut docuimus] Nempe liquorem ovi candidum, ut docuit paulo superius cap. 32.

<sup>g</sup> Quem coticulam] Coticula lapis est, quo fit auri vel argenti experimentum: Pierre de touche.

<sup>h</sup> Theophrastus] Libro περὶ λίθων, pag. 9.

<sup>i</sup> Nunc vero passim] Et apud Germanos, prope Hildesheimum.

<sup>j</sup> Alii Heraclium] Ut a Lydia Lydium, sic ab Heraclea Lydiæ Heraclium. Zenobius in Paræmiis, cent. iv. num. 22. Ἡράκλεια λίθος. Ταύτην ἔνιοι μαγνήτην λέγουσι τὴν ἐπισπωμένην τὸν σίδηρον· ἢ δὲ ἑτέρα, παραπλήσιος ἀργύρω· κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως. Salmasius in Solin. p. 1103. dum Plinium falli ait, fallitur.

<sup>k</sup> Quaternas uncias] Hoc est, pollices quaternos. Nam ut rem integram quamcumque assem veteres appellarunt, sic partes illius, ut assis, unciam nuncuparunt. Sunt autem in asse uncia duodenæ, totidemque in pede pollices.

que latitudinis non excedentes. Quod a Sole<sup>1</sup> fuit in his, melius quam quod a terra. His cotiulis periti,<sup>m</sup> cum e vena ut lima rapuerint<sup>3</sup> experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scripulari<sup>4</sup> differentia, mirabili ratione, non fallente.<sup>c</sup>

XLIV. Argenti duæ differentiæ. Batillis ferreis<sup>n</sup> candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat, probatur. Proxima bonitas rufo, nulla nigro. Sed experimento quoque fraus interveit: servatis<sup>1</sup> in virorum urina batillis, inficitur ita ramentum obiter dum uritur, candoremque mentitur. Est aliud<sup>2</sup> experimentum politi, et in halitu hominis, si sudet protinus, nubemque discutiatur.<sup>d</sup>

XLV. (IX.) Laminas duci, et specula fieri non nisi ex optimo<sup>o</sup> posse creditum fuerat. Id quoque jam fraude corrumpitur. Sed natura mira est imagines reddendi, quod repercusso aëre atque in oculos regesto fieri convenit.<sup>e</sup> Eadem vi in speculis<sup>p</sup> usu polita crassitudine, paulumque propulsa<sup>q</sup> dilatatur in immensum<sup>1</sup> magnitudo imaginum.

<sup>b</sup> Quæ pars Soli objecta fuit.

<sup>c</sup> Cum e vena metallica abreptam aliquam partem cotiula ea ceu lima quadam attriverint, ad experimentum capiendum, protinus dicunt quantum auri vel argenti sit in ea vena, vel aris etiam, vix ut scripulo uno aberrent, ratione quidem incredibile, sed tamen non fallente.

<sup>d</sup> Sudoremque eum protinus deponat.

<sup>e</sup> Constat.

3 <sup>4</sup> Ms. cum exenerit in limarca rapuerunt. Lego, cum e vena rutro aut lima rapuerint. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. scrupulari Gronov. et al. vett.

CAP. XLIV. 1 Vet. Dalec. servatis enim.—2 Est aliquod Vet. Dalec.

CAP. XLV. 1 Vet. Dalec. prot. ita crust. pau. percussa dil. jam dimensa.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quod a Sole] Τὰ ἔνω πρὸς τὸν ἥλιον, inquit Theophr. loc. cit. ubi hujus experimenti causas affert.

<sup>m</sup> His cotiulis periti] Quos Spectatores et Expectatores dixit antiquitas.

<sup>n</sup> Batillis ferreis] Batillum instrumentum ferreum est, quo pinnas cineresque tollimus, transferimusque alio: Une pelle à feu.

<sup>o</sup> Non nisi ex optimo] Argento scilicet, de quo sup. cap. Plautus in Mos-


tell. 1. 3. 101. specula ex argento facta indicat: ‘Sc. Cape igitur speculum . . . . Linteam cape, atque exterge tibi manus. PUN. Quid ita obsecro? Sc. Ut speculum tenuisti, metno ne oleant argentum manus: Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.’

<sup>p</sup> Eadem vi in speculis] Quæ pariter erant ex argento conflata. Nunc fere fiunt ex optima durissimi ferri temperatura, quæ nostris de l’Acier.



Tantum interest <sup>r</sup> repercussum illum respuat, an excipiat.<sup>2</sup> Quin etiam pocula ita figurantur, exsculptis intus crebris ceu speculis,<sup>3</sup> ut vel uno intuente populus totidem imaginum<sup>5</sup> fiat. Excogitantur et monstifica,<sup>4</sup> ut in templo Smyrnæ dicata. Id evenit figura materiæ. <sup>f</sup> Plurimumque refert concava sint et poculi modo, an parmæ Threcedicæ,<sup>u</sup> media depressa an elata, transversa<sup>4</sup> au obliqua, supina an recta,<sup>5</sup> qualitate excipientis figuræ torquente venientes umbras.<sup>v</sup> Nec enim est aliud illa imago, quam digesta<sup>6 w</sup> cla-

*f Ex diversa speculi figura.*



2 Vet. Dalec. accipiat.—3 Cod. Dalec. tot speculis; edd. vett. et Gronov. seu speculis.—4 Threicæ modo an med. depr. an el. acersa Vet. Dalec.—5 Idem

#### NOTE

<sup>r</sup> *Paulumque propulsa*] Detrita usu, et cavata. Inde est quod in speculis concavis major cominus imago apparet.

<sup>r</sup> *Tantum interest*] Tantum interest an planum sit speculum, quod repercussum illum aëris respuat; an cavum, quod eundem veluti sinu suo et concavitate excipiat.

<sup>5</sup> *Populus totidem imaginum*] Eleganti translatione multitudinem imaginum populum vocat. Ita Seneca Natur. Quæst. 1. 5. 'Sunt quædam specula ex multis minutisque composita: quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet, unaquaque parte faciem suam exprimente. Hæc cum sint conjuncta et simul collocata, nihilominus seducunt imagines suas: et ex uno turbam efficiunt. Ceterum catervam illam non confundunt, sed directam in facies singulas distrahunt.' Frustra igitur Pintianus hunc locum sollicitat, ut *poculum* pro *populus* reponat.

<sup>4</sup> *Excogitantur et monstifica*] Quæ objecta sibi corpora vultusque sub monstifica effigie repræsentent. Seneca Natur. Quæst. 1. 5. 'Neque

enim omnia ad verum specula respondent. Sunt quæ videre extimescas, tanta deformitate corruptam faciem visentium reddunt, servata similitudine in pejus. Sunt quæ cum videris, placere tibi vires tuæ possint; in tantum lacerti crescent et totius corporis supra humanam magnitudinem habitus augetur. Sunt quæ dextras facies ostendant, sunt quæ sinistras, sunt quæ torqueant vel evertant.'

<sup>u</sup> *An parmæ Threcedicæ*] Parma Thracum propria, 'scutum breve,' ut ait Nonius. Glossæ Philoxeni: *Parmæ*, Θρακικὸν ἔπλον. Festus: 'Threces gladiatores, a similitudine parmularum Thraciarum.' Cicero Philip. v. 'Myrmillo pugnavit in Asia, cum ornasset Threcedicis comitem et familiarem suum.'

<sup>v</sup> *Venientes umbras*] Umbras vocant simulacra rerum ipsa a nostris corporibus missa, et profusa in corpus læve et splendidum et densum. Epicuri hæc sententia est de ratione speculorum.

<sup>w</sup> *Quam digesta*] Quam exactus corporis densi lævor ac splendor. Sunt

ritas materiæ excipientis umbram. Atque ut omnia de speculis peragantur hoc loco, optima apud majores fuerant Brundisina, stanno<sup>7</sup> et ære mixtis. Præлата sunt argentea. Primus<sup>8</sup> fecit Praxiteles,<sup>x</sup> Magni Pompeii ætate. Nuper credi cœptum, certiozem imaginem reddi, auro opposito<sup>9</sup> aversis.

XLVI. Tinguunt et Ægyptus argentum, ut in vasis Anubem suum<sup>a</sup> spectet: pingitque, non cælat argentum.<sup>1</sup> Transit inde materia et ad triumphales statuas: mirumque, crescit pretium fulgoris excæcati.<sup>a</sup> Id autem fit hoc modo: miscentur argento tertiæ æris<sup>2b</sup> Cyprii tenuissimi, quod coronarium vocant, et sulfuris vivi, quantum argenti. Conflantur ita<sup>3</sup> in fictili circumlito argilla. Modus coquendi, donec se ipsa opercula<sup>b</sup> aperiant. Nigrescit et ovi indurati luteo, ut tamen aceto et creta deteratur.<sup>4c</sup>

Miscuit denario triumvir Antonius ferrum. Miscentur æra<sup>5</sup> falsæ monetæ.<sup>d</sup> Alii e pondere subtrahunt, cum sit

<sup>a</sup> Obscurioris, minus clari.

<sup>b</sup> Fictilia.

//////////

Vet. an erecta.—6 Idem Vet. regesta.—7 Cod. Dalec. fuerant et blandissima e stanno.—8 Vet. Dalec. argentea, quæ primus.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. apposito Gronov. et vulgg.

CAP. XLVI. 1 Voc. *argentum* deest in cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tertia pars æris* Gronov. et vulgg. *miscetur*, &c. cod. Dalec.—3 Vet. Dalec. *ista*; in aliis cod. desideratur.—4 Vet. Dalec. *sic tamen ut ac. et cr. deteratur*.—5 Ita Budæus et al. ap. Dalec. *Miscent æra* cod. Dalec. *Miscetur æri* Gronov. et vulgg. Mox, verba *falsæ monetæ* glossema videntur

#### NOTÆ

enim duo omnium fere consensu necessaria ad speculorum naturam: nempe corporis lævitas, quæ nunquam est sine splendore; alterum est, densitas. In Reg. 2. *quam digesta claritate materia et accipientis umbram*: forte sincerius, si modo accipiens legas, pro accipientis.

<sup>x</sup> *Praxiteles*] De eo inferius cap. 55.

<sup>7</sup> *Auro opposito*] Sic Reg. 2. et alii, non *apposito*: hoc est, in aversa parte posito. Sic nostris in vitro speculis Veneti argenteam bracteam quando-

que in aversa parte alligant.

<sup>a</sup> *Anubem suum*] Ægyptiorum Deus 'Anouphis' est, quem Mercurium esse multi volunt. Canino is capite pingi in nummis solet.—'Canino is capite pingi in nummis vulgo, sed falso, creditur.' *Ed. sec.*

<sup>b</sup> *Tertiæ æris*] Subintellige, 'partes.'

<sup>c</sup> *Deteratur*] Abeat nigredo ea.

<sup>d</sup> *Miscentur æra falsæ monetæ*] Sic Reg. 2. non, ut in libris lætenuis editis, *Miscuit æri*.












UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 912 8

University Of California, Los Angeles



L 007 625 736 9

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

